### Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

### Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

### Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Ph. Sydenham

Ph. Sydenham

Digitized by Google

C.8.b.36.

Digitized by Google

JOANNIS SCHEFFERI
ARGENTORATENSIS

# SVECIA LITERATA

seu

# DE SCRIPTIS ET SCRIPTORIBUS GENTIS SVECIÆ,

*Opus poſtumum*,

Holmiæ initio Anno MDCLXXX,
excuſum,
Nunc autem denuo emendatius
editum,
&
Hypomnematis Hiſtoricis
illuſtratum,
à
JOHANNE MOLLERO,
Flensburga Cimbro.

*HAMBURGI*,
Sumptibus GOTHOFR. LIEBEZEIT,

ANNO M.DC.XCVIII.

Digitized by Google

MVSEVM
BRITAN
NICVM

Digitized by Google

S. R. Majeſt.tis Regniqve Sveciæ Senatori & Drotzeto, Juſtitiæ per patriam Directori Generali, Judici Provinciali Weſtrogothiæ & Daliæ, nec non Academiæ Upſalienſis Cancellario,

*Illuſtriſſimo Excellentiſſimoque Heroi, ac Domino,*

# DN.
# MAGNO GABRIELI
## DE LA GARDIE,

Comiti in Leckóö & Arensborg/ Lib. Baroni in Ekholmen/ Domino in Hapſals Gebiet/ Helmet/ Höyentorp/ Kägelholm/ Mariedahl/ Magnusberg & Wännegarn/ etc.

***Domino noſtro gratioſiſſimo***

SALUTEM & FELICITATEM.

Digitized by Google

# Illuſtriſſime & Excellentiſſ. Comes, Domine ac Patrone ſumme,

*ILluſtrisſimam Excellentiam* TUAM *præterire non poteſt, virtuti fideique tantam ineſſe vim ac potentiam animos hominum conciliandi, quantam nulli nunquam vel ceſto Veneris, vel turbini magico, tortiſve per eum verſicoloribus liciis fando auditum eſt fuiſſe. Nempe hæc duo vitæ humanæ lumina, remotisſimos etiam, nec unquam oculis uſurpatos admovent nobis haud ſecus ac familiares & domeſticos; hæc facultate quadam occulta & delenifica ſic homines invicem nectunt conſtringuntque, ut ne fatis quidem in ſanctam illam amicitiam, ejuſque monimenta, multum juris videatur eſſe relictum. Neque ſingula tantum pectora caſti hujus motus capacia; ſic aut cominus aut e longinquo quaſi* afflan-

Digitized by Google

*afflantur: Sæpe civitates genteſque integræ unum hominem alligant ſibi potenter adeo, ut peregrinus indigenis amore publici boni minime concedat. Hujus generis nodo patriæ noſtræ fuiſſe devinctum maritum parentemque noſtrum optimum nec unquam ſat nobis lugendum,* JOANNEM SCHEFFERUM, *equidem liquido affirmare poſſumus. Non illa nunc antiqua repetimus, quam ille promtus & alacer, ſimulac evocatus eſſet e patria ſua, vir ſuis merito carus, nec ulla ſpei rerumve preſſus egeſtate, in hunc venerit ſeptemtrionem, ac ipſius quaſi domicilium aquilonis. Luculentiora dedit in eandem Sveciam noſtram documenta, cum civitatis jure potitus, huc omnes contulit cogitationes, huc animi pariter & corporis vires intendit, ut publicis inſerviret commodis. Non veremur ne fides noſtra unquam domo productorum teſtium elevetur; Quot inſignes Viri jam inde a teneris annis admota parandæ prudentiæ adminicula B. parenti noſtro referant accepta, quot egregii cives e Scholis ejus prodierint, clamat utique res ipſa. Incredibili tamen labore allata eſſe in dies valetudinis detrimenta, vireſque per ſummam in ornanda multis modis Academia noſtra contentionem exeſas, nobis non poteſt non eſſe quam alienis multo notius. Neque tamen ſic remiſit ardor honeſtiſſimus, quamvis eum collapſus membrorum vigor deficeret; cupidam ipſius audiendi juventuten tunc quoque admiſit, cum pallidus, ſudans ac tremens vix per integram horam ducere ſermonem valeret. Tempora vero tantum non ſuprema, illa certe, quæ in Muſeo prope noviſſima exegit,*

*git, in meditationibus partim Orationis de Servatoris noſtri Natalibus, partim hujus opuſculi conſumſit: ut quemadmodum paullo valentior, totum ſe DEO patriaque noſtræ dicaverat, ita Chriſti laudibus, & libello hocce in Svecia decus unice compoſito, literarios ſuos labores clauderet. Hunc TIBI, Illuſtriſſime & Excellentiſſime Domine Comes, offerre tentamus, freti gratia qua maritum & parentem noſtrum non dedignabaris complecti: quam ut in domum ejus, dejecto columine tanto concuſſam penitus afflictamque prodas ac proferas & perpetuam ſerves, oramus quæſumusque ſupplices. DEUM immortalem totis veneramur animis, ut eminentiſſimum Drotzeti munus, quo nuper es auctus, S. R. Majeſtati TIBIQVE & patriæ univerſæ feliciter evenire jubeat.*

Illuſtriſſimæ Excellentiæ Tuæ

Upſaliæ, Kal. Nov.
A. cIɔ Iɔc LXXX.

*Clientes Humillimi*

JOANNIS SCHEFFERI
Vidua & Hæredes.

Digitized by Google

# LECTORI BENIVOLO, S. D.

DUæ res ſunt, quarum ope gens, ſi quæ unquam, aliqua, vel populus fama apud poſteros inclaruit; virtus bellica, & præſtantia ingenii. Ac de illa quidem pleni libri, plena vetuſtatis omnis monumenta. Hæc ſe prodit fere diverſarum artium inventis, aut doctrinis literarum. Itaqve nec defuerunt omni tempore, qui quæ præſtita generi humano a quaqve gente in utroqve diligenter annnotarent. Ante omnia hoc obſervatum circa eos, qui per litteras profuiſſent publico. Referre videlicet haut parum ad exiſtimationem & celebritatem viſum, ſi qui populus eorum multos & præſtantes ex ſe orbi datos, poſſet nominare. Hinc illi apud veteres omnis generis ſcriptorum indices catalogiqve qualem quondam Callimachus confeciſſe apud Græcos proditur. Pertinent huc quoque qui ejusmodi ingeniorum monumenta ipſa operaqve ſtudio conquiſivere magno, quales apud Græcos Philoſtratus, Ariſtoteles, Ptolemæus Philadelphus: apud Latinos Æmilius Paulus, Lucullus, Sulla, atqve alii fuere. Nominatim vero laudandæ Bibliothecæ Aſinii Pollionis, una Græca, altera Latina, itemqve Octavii Auguſti, quarum has Svetonius, illas Iſidorus locupletiſſimas fuiſſe teſtantur. Majori adhuc ſtudio elaborare partem hanc tentarunt proximorum temporum ſcriptores. Liquet NB. ſat ex iis, qui gentium ſingularum doctos commendare nobis ſuſceperunt. Quo ex numero ſunt Scardeonius, qui Paduanos, Pocciantius, qui Florentinos, Chioccus, qui Veronenſes, alii qui alios Italiæ viros ingenio præſtantes deſcripſere. Hiſpanos doctrina claros conſignavit Alphonſus Garcias Matamorus & Andreas Schottus; Gallos, Antonius du Verdier & Franciſcus de la Croix; Anglos, Johannes Lelandus & Johannes Balæus; Germanos, Johannes Tritthemius & Melchior Adamus; Belgas, Valerius Andreas & Franciſcus Svertius. Neqve defuerunt apud alios, qui ſuæ gentis viros doctos celebrarent.

brarent. Soli Sveci neminem invenerunt hactenus, qui orbi faceret teſtatum, inter ipſos etiam fuiſſe, qui ingenio ac literis pollerent. Negari equidem non poteſt, plures ſemper hic repertos, qui præclara faciendo, quam ſcribendo Patriam illuſtrem reddere maluerint. Neqve fieri aliter potuiſſe videtur in hoc Svetiæ per ſæcula non pauca, & præſertim mox poſt divulgatam religionem Chriſtianam ſtatu prorſus turbulento. Invadentibus nimirum undiqve ab una parte Finnonibus Æſthonibusqve ab altera Danis aut Norvagis, quid ſuper erat, quam ut ad arma confugerent, atqve prius de ſalute & libertate, quam fama eruditionis eſſent ſolliciti. Accedebat, quod in regiones tam remotas cultus litterarum pervenire, niſi ſero haut potuerit. Deerant quoque neceſſaria ſubſidia, cumprimis converſatio cum aliis eruditione ac ingenio præſtantibus, item librorum bonorum copia, non niſi ab exteris labore magno & pretio immenſo, id quid eſt aliud, quam difficillime comparanda. Adde, quod ne quidem præmia ſat idonea & notabilia propoſita fuiſſe videantur huic conatui, per quæ ad deſerenda ſtudia negotiorum actionumve aliarum, atqve amplectendas litteras poſſet animari. Non ergo niſi ſero, & parce cogitare hac de re videntur potuiſſe. Quanquam autem variis afflicta modis fuerit ſors literaria per Sveciam, non deſuere tamen, qui ſubinde difficultates iſtas conarentur ſuperare ac ingenii etiam operibus prodeſſe ſuæ patriæ. Quorum proinde nomina ſervare ad poſteritatem hoc ipſo æqvum magis, quo ſemper extitere pauciores. Meretur enim rara hæc & contra vulgi conſvetudinem contendere auſa virtus iſtoc præmium, ne ſinamus eam per oblivionem intercidere, ſed celebratione jugi faciamus æternam. Quid? quod memoriam ejuſmodi ingeniorum involvere oblivionis tenebris, nil credi poſſit aliud quam præſtita ab eis beneficia non agnoſcere, vel agnita mentibus turpiſſime ingratis repudiare. Adde quod pleriqve ſi recte æſtimaveris, extiterint non ſine cura quadam providentiæ divinæ, quæ miniſterio talium in conficiendis ſat plerumqve gravibus negotiis conſvevit uti. Quam non eo cenſeri loco neceſſe eſt, quo debebat, ſi memoriam iſtiuſmodi virorum patimur intercidere.

tercidere. Satis igitur habemus cauſæ,cur & Svecos doctos, quamvis paucos memoremus. Eorumqve opera etiam etiamqve aliis faciamus nota. Quamquam hoc agentibus occurrant alia etiam, quæ obſervationem aliquam mereantur. Intelligimus nimirum opera eadem quam fuerit arduum difficileqve literis præſertim Latinis invenire ſedem in his terris,quam in eis excolendis pauci curas ſuas voluerint occupari. Sed & qua in eruditionis parte occupatam eſſe voluerint, hinc intelligimus; ea ſcilicet, quæ ad ſacrorum & Eccleſiarum commoda maxime refertur. Nam & quæ Hiſtorica commemorant, alio vix ſpectant. Scilicet id erat ævum, quo multos poſſe gentis ſuæ nominare Sanctos, credebatur facere potisſimum ad ſplendorem famæ nominisqve, nec Svecia cæteris terris ſterilior hac parte videri volebat. Itaqve huc quidem conferebant vires ſuas,ut ubiqve fierent noti etiam Svecorum Sancti. Hi omnium induſtriam occupabant, & utramqve Hiſtoricæ ſcriptionis implebant paginam. Donec temporum calamitas, & Reipublicæ labentis reputatio jubebat & ad cætera attendere, quæque olim facies rerum in patria fuiſſet, inquiſitione diligentiori ſcrutari. Cæteræ eruditionis partes manſerunt fere intactæ, donec novum Sydus Guſtaviana virtus oriretur. Quanquam ne tum quidem res proceſſerit fervore illo,ut nonnullis debuiſſe viſum.Itaq;& hodie reperiuntur non profecto pauci, qui Svecorum populum incuſant, tamquam nimis a re literaria alienum,nullisq;doctrinæ ſuæ ſpeciminibus in orbe erudito notum. Verum hujus rei non tam apud ipſum culpa quam alia incommoda,quæ hac occaſione conabimur aperire.Jam primum enim obſervamus,pleroſq; ſua ſcribere ſermone voluiſſe non Latino, verum patrio,qui cum ſolis Svecis ſit in uſu,quid eſt mirum,alios ad eorum operum notitiam non potuiſſe pervenire. Quærat forſan aliquis, cur ſermone illo uti voluerint? in promptu eſt reſponſio,quia res uſusq; ita exigebant. Argumenta pleraqve ſpectabant ad religionem, quæ non plebi vulgoqve minus, quam eminentioribus & doctioribus inculcanda,id quod niſi populari & plebejo fieri non poterat ſermone. Sed & ea ſubinde oriebantur tempora, quæ non patiebantur aliter negotium



Digitized by Google

hoc expediri. Quid enim futurum erat, ſi ſub Johanne recrudeſcente religione pontificia, Latinis libris ſe tueri, contraqve ire Theologi decreviſſent? Ac ne ſub Carolo quidem omnia erant tuta ſatis per inſidias eorum, qui Calvini dogmata tuebantur. Ne itaqve dubia incertaqve erraret multitudo, Scriptis Sveticis erudienda erat. Et quoniam id genus alibi, præſertim per Germaniam comprehenſum literis fuerat, videbatur utile, id vertere in ſermonem patrium, ut ſimul conſenſus cum Eccleſiis iſtis, unde lux accenſa hiſce regionibus, oſtenderetur. Quo pertinet, quod legantur tot ex Germanico Latinovo factæ verſiones, ut in eis pæne ſolis occupati tum fuiſſe videantur. Voluerunt inquam per eas vulgo notum facere, non doceri alia in Svecia, quam quæ in Germania, ac idcirco temere ab his doctrinis non eſſe recedendum. Quamquam & hi ſua ſenſerint obſtacula. Typographi vel nulli vel pauciſſimi tum in Svecia; Cogebantur ergo ſua mittere nunc Wittebergam, nunc Roſtochium, nunc Lipſiam, aliaqve loca longe diſſita, quod nec ſine incommodo, nec ſine ſumptu magno fiebat. Ac niſi ſubinde interveniſſent, qui ſcribentes aliquo erexiſſent præmio, mirum poterat videri, quenquam animum ad ſcribendum adplicare. Quæſiverunt quidem malis hiſce ire obviam per idonea remedia etiam Imperantes, ſed res ad hunc diem caruit optabili eventu, ſicut mox oſtendam. Deinde licet extiterint ſubinde, qui & alia & alio ſermone ſcriberent, tamen quoniam quæ volebant typis edi, ea mittere ad exteros, & in eam rem ſumptus facere cogebantur, ideo deſcripta typis ad ſe reverti volebant domum, tamquam quæ ſuo paraſſent ſibi ære. Sic ne iſta quidem extra Sveciam potuere fieri nota. Accedebat tertio & paucitas bibliopolarum. Nam ſuperioribus temporibus in Svecia fuere nulli; ac ne peregrini quidem huc ſolebant ventitare, quod exiguum ſperarent lucrum in gente; ut perſvaſum habuere, bellis tantum dedita nec curante libros: quod ſi qui deinde auſi ominari meliora, & delati huc, ii fere tenuioris ſortis erant homines, qui malebant ſua qualiacunqve diſtrahere, quam labores Svecorum ſuo comparatos ære ad exteros deferre. Jacebant igitur ſic quoque do-

mi,

Digitized by Google

mi, quæ typis erant excuſa, nec in aliorum temere, quam Svecorum perveniebant notitiam, & poteſtatem. Effecerunt hæ difficultates, ut pleriqve a ſcribendo plane abſtinerent, cur enim ſcriberent, quod ad paucos forte, forte ad nullos, ſaltem reliqui eruditi orbis neminem eſſet perventurum? Alii ſi quæ ſcribebant, contenti privatim communicaſſe cum uno alterove ex diſcipulis vel amicis, reponebat deinde in ſcriniis ſuis, ubi ſervabantur abdita & ignota. Quorum pars non exigua ſitu & pulvere, pars incuria hæredum ut chartas rejiculas & precii nullius ad culinas deferentium intercidere. Quæſitum equidem non ſemel, ſicut dixi, de idoneis remediis, quibus hæc obſtacula ſubmoverentur. Inſtructæ hic illicqve ſumptu non exiguo officinæ typographicæ, invitati conceſſis immunitatibus variis bibliopolæ, promiſſa deniqve ſalaria nec minuta iis, qui rem literariam juvare, ac labores in Svecia expolitos orbi reliquo notos facere ſuſciperent. Verum expugnari malum inveteratum hactenus non potuit. Primum enim ea eſt typographorum plerorumqve conditio, ut pro pecunia præſtare ſuam poſſint operam, & librum typis deſcribere, ipſi ſumptus in editionem operis alicujus facere non valeant, deſtituti quippe facultatibus neceſſariis. Quod ſi qui ſunt paulo locupletiores, illi præſens ſpectant lucrum, maluntqve in fabellas & cantiunculas impendere pecuniam, modo celeres habituras emptores, quam in librum idoneum, ſed aliquanto tardius vendendum. Nemine igitur ſubminiſtrante impenſas ex typographis, ſupereſt, ut auctor ipſe ſuo ære curet imprimi. Quod nec promptum omnibus per facultatum tenuitatem, & moleſtum, ex auctore facere ſe typographum. Quod ſi tamen etiam hanc devorare moleſtiam quis velit amore publici, jam reſtat alia nova. Liber magno labore ſumptuqve impreſſus, divendendus eſt. Ergo libri unius faciendum bibliopolium, quod quam facile & proficuum ſit, quis non intelligit? interim exempla venduntur pauca, aliis neſcientibus, aliis faſtidientibus, aliis per ſortis tuæ tenuitatem non valentibus emere. Sic & magni temporis labor, & ſumptus non exiguus perditur. Nam Bibliopolis peregre adventantibus



Digitized by Google

opera ejusmodi offerre, id vero quid eſt aliud, quam fabulam narrare ſurdis? Nihil illi præſenti emunt pecunia, ſed aliis permutant libris; qui modus cui ex ſcriptoribus poſſit eſſe acceptus? Itaqve ſcio doctorum virorum opera non pauca eaqve ſatis pulchra & egregia, quæ jacuerunt jacentqve tempore longiſſimo inempta. Super hæc accedit & id incommodum, quod quæcunq; hic eduntur, evadant cariora, quam quæ locis aliis. Nempe nihil eſt quod ſpectat ad Typographum, cujus copia non peregre ſit advocanda. Typi, prælum, charta, atramentum, oleum ex Germania, Gallia, Hollandia petenda. Jam ſi operas paulo exercitatiores ac ſcientiores velis habere, illæ quoque aliunde accerſendæ, quod niſi duplici præmio promiſſo fieri non poteſt. Nemo patriam ſuam deſerit, aut præſentem conditionem mutat gratis. Et qui tot promiſſis invitantur, immorigeri plerumqve evadunt, unde æterna in typographis certamina, & infinita mala. Sed nec eo cibi potusqve genere ſunt contenti tales, quod facile parabile: Laute ſplendideqve cupiunt haberi. Sic ab omni parte creſcente ſumptu, fit, ut nec æquo pretio vendi liber aliquis, nec cum peregrinis poſſit permutari. Cum ergo Sveci tot ſemper conflictati ſint, & adhuc conflictentur difficultatibus in edendis ſuis, pauca eorum alibi per eruditum orbem legi ſcripta mirum non eſt, mirum potius aliqua tamen legi. Et leguntur, nec ea contemnenda, quod docent publica teſtimonia edita præſertim ſub GUSTAVO ADOLPHO, & ſequentibus temporibus. Id quod patebit amplius ex præſenti hoc opuſculo: Quod eo libentius componere aggreſſi ſumus, quia vidimus, ab aliis tanqvam minutum atqve pretii exigui intermitti. Noſtra enim alia ſententia, qui putamus etiam hac parte famæ ac exiſtimationi publicæ eſſe conſulendum, & per recenſionem bonorum in his terris ingeniorum, operumqve ab eis confectorum demonſtrandum fuiſſe etiam in Svecia quod conferri cum aliis orbis partibus mereatur. Cæterum in adornando hoc catalogo dedimus operam primo, ne quem nominaremus, niſi quem gentis eſſe Svecicæ conſtaret, ne permiſcere peregrina cum domeſticis videremur, aut aliena celebrare pro noſtris. Si qui tamen inter Svecos

gentis

gentis peregrinæ extitiſſent literis clari, eis ſeorſum ſuum aſſignavimus locum. Deinde in nominibus collocandis eum ſecuti ſumus ordinem, non quem ſeries exigebat alphabeti, quod rectius per indicem fieri putavimus, ſed quem ſubminiſtrabat ratio temporis, quo quisque vixiſſe reperiebatur. Ita nempe poſtulabat lex Hiſtoriæ, quam ſimul hic voluimus attendere, non modo ut liqueret, vetus ne an recens eſſet ſcriptor, cujus laudaretur nomen, ſed & ut cognoſceretur ortus progreſſusqve eruditionis præſertim Latinæ his in regionibus, conſtaretqve quibus temporibus vel adjuta creverit vel impedita ceſſaverit item qualibus in negotiis ſubinde plus minusve voluerit occupari. Sed & in ipſis Scriptoribus nominandis illud tempus voluimus attendere, non quo quisque vixiſſet inter ſuos, aut ad publicum aliquod veniſſet munus; ſed quid prodidiſſet literis & publicaſſet typis. Hinc fit ut ſæpe juniores præponantur ſenioribus, & privati aut in tenui officio conſtituti, poſitis in magnis dignitatibus, Id quod monendum fuit, ne quis gratia vel odio exiſtimet peccatum. Similem obſervavimus ordinem in recenſendis cujusque operibus, quoties de eo poteramus eſſe certi. Accidit enim aliquando ut libri unius vel alterius nullum inveniretur adſcriptum tempus; aliquando primum ultimumve folium erutum fecit nos ambiguos, nec haberi aliunde liber ille poterat. Traditi quoque nobis catalogi, qui hanc partem obſervationis neglexere. Produximus autem omnis generis ſcriptores, etiam deperditos, etiam in ſcripto tantum extantes, nec publicatos typis. Nam & illos noviſſe ratio exigit Hiſtoriæ nec minorem merentur gratiam, quod deſiderantur, aut paucorum tractari poſſunt manibus, cum hoc fiat culpa non ipſorum, verum temporum aut typographorum. Quamquam eos nominaverimus non ex conjecturis, ſed ſcriptorum, aut alias bonorum virorum certis teſtimoniis, indicatisqve locis, ubi qui extant hodieqve poſſint reperiri. Ne quis ficta pro veris, aut umbras pro hominibus protuliſſe nos calumnietur. Sed & quotquot ad notitiam pervenere noſtram, memorare ſtuduimus, modo quid ſcripſiſſent memoratu dignum. Ideo nec poëmata, orationes,

diſputatio

diſputationes ſelectioris alicujus argumenti, aut accuratius & diligentius tractati voluimus præterire. Nam cæteras referre laboris fuiſſet infiniti pæne, cum quotidie in Academia proponantur, nec ad rem feciſſet quidquam. Etsi autem ſtudium adhibuerimus & diligentiam non parvam, ut conquireremus omnes, tamen fieri aliter non potuit, quam ut multi ſe ſubducerent cognitioni noſtræ. Primum quia perierunt multi, ſive caſu per incendia & id genus, ſive culpa poſſeſſorum, per incuriam & negligentiam projectantium & lacerantium quæ debebant integra ſervare. Deinde quoniam ex iis, qui ſervati ſunt, multi latent, paucis exemplis ſuperſtitibus, quæ a privatis hic & illic habentur, cæteris ignoti. Accedit tertio, quod ad conquirendos Scriptores Svecos nemo hactenus debitam adhibuerit diligentiam, verum jacent multi neglecti viliusqve habiti, quam oportebat. Quod ſi ergo aliqui hic non leguntur, quorum tamen labores memoratu erant digni, factum id non negligentia vel malignitate quadam, ſed quod notitia eorum nulla ad nos eſſet perlata. Et quod primæ huic editioni deeſt, explebitur in ſecunda, ſi tam diu vivere nos ſinet indulgentia Divina. Neque enim differendum nobis, quicquid eſt hujus operæ, donec conſtet, neminem omiſſum, partim quia ſciri certo hoc non poterit ullo tempore, partim quia num victuri eo uſqve ſimus, ut rem abſolvamus omnem, ignoramus. Et fors ipſe labor hic efficiet, ut defectus ejus citius feliciusqve ſuppleatur, quam ſi intermitteretur. Invitabit inqvam, alios ad indicanda nobis ea, quæ videbunt hic deſiderari. Neque enim noſtræ poteſtatis eſt noſtrarumve virium, luſtrare bibliothecas omnes, omnia Muſea per Regnum univerſum. Qui ne ad eorum quidem omnium pervenire notitiam potuimus, quæ hic proponuntur, ſine amicorum ſtudio operaqve. E quorum numero nominatim hic laudandus venit pl. Rever. & Cl. Dn. Martinus Brunnerus, Doctor & Profeſſor Theologiæ in hac Academia, qui non modo per ſe ſuggeſſit mihi nomina nonnullorum Scriptorum, eorumqve opera ex Bibliotheca ſua inſpicienda præbuit, ſed & a Rev. Dn. M. Erico B. Tybelio, Paſtore in Delſbo Geſtricia Indicem

non

Digitized by Google

non paucorum librorum Sveticorum mihi comparavit. Similiter commendanda propenſio Dn. Samuelis Steen Subpræfecti Regii Arcis Upſalienſis, qui ex Bibliotheca paterna libros non paucos mihi notos fecit. Adjumento quoque mihi fuit Dn. M. Joh. Sparman / Paſtor in Tuna Roſſagiorum, partim propriorum librorum indice ad me miſſo, partim procurato eô quem ſatis copioſum confecit Dn. Olaus Sparman / Verbi Divini miniſter apud Holmenſes. Non minori ſedulitate ſuam præſtitit operam Dn. Ericus Wennæſius Gevalienſis, conquiſitis undiqve libris, & monſtratis mihi. Quibus proinde omnibus ut debeo gratias, ita publice nunc ago, qui ſine horum & quorundam aliorum ope ad multorum notitiam venire nunquam potuiſſem. Quod ſi qui ſeqq. temporibus ſe exhibebunt faciles in augendo & locupletando iſto argumento non ſumus defuturi noſtro officio, quo minus conſtet per quos profecerimus. Et iſta quidem hactenus. Porro, ſi præter ingenia Svecorum litterariis nota monumentis, memorare vellem etiam alia, quæ diverſis artibus & patriam ſuam ornârunt, ipſaqve magnam a poſteritate inierunt gratiam; multo largior dicendorum materia, ultra præſens inſtitutum longe lateqve ſe diffunderet. Ob rerum tamen affinitatem nonnullam neqveo Dn. Arvidum Karlſtenium præterire, virum tantæ in effingendis ingenioſâ cælaturâ humanis vultibus ſolertiæ, ut vix cuiquam (certe qui apud nos vixit) exterarum gentium homini ſit conceſſurus. Quod a me veriſſime dici, docet res ipſa, exhibitaqve principibus & magnis viris aliis, quodqve in talibus haud minus valet, ſummis artificibus, ſpecimina omnia cum applauſu excepta & prædicata, ſatis ſuperqve loqvuntur. Svecis igitur Naturam minime novercam, ſed diſpertiendis ingeniorum dotibus perquam benignam matrem contigiſſe, cum a me ipſo, ut aliis, ita hoc inſigni documento ſit ſpectatum, obiter hoc viſum fuit hoc loco attingendum. Nam plenius exſequi hujus otii aut propoſiti non eſt. Vale, conatibusqve noſtris æqvum te ac faventem præbe.

JOAN-

Digitized by Google

# JOHANNIS SCHEFFERI
## ARGENTORATENSIS
# SUECIA LITERATA,
## Seu
# De Scriptis & Scriptoribus Svecorum
## LIBER SINGULARIS.

ACturo de operibus monu-
mentiſque literariis, quorum viri
docti Gentis Sveticæ produntur
auctores, initium à ſeculo duo-
decimo, nominatimque anno
poſt ſalutem generi humano per
Chriſtum DEI filium reparatam, milleſimo cen-
teſimo & quinquageſimo, quo ad Sveciæ imperi-
um Rex Ericus, vulgo Nonus atque Sanctus nun-
cupatus venit, faciendum videtur. Licet enim
haud ſit dubium, quin & diu ante illa tempora gens
Svetica habuerit, qui valerent ingenio, ejuſque rei
ad poſteritatem darent documenta, ut vel ex Scal- NB.
dris priſcis certum ſit, clariſſimeque docet exem-
plum Starkoteri, quem ex Svecis ortum, & pro Sve- NB.
cis militantem res ſuorum temporum bellaque car-

mine complexum Saxo auctor eſt; tamen cum & ætas plerorumque ſit incerta, opera etiam atque tituli eorundem non ſat noti, ratio eſt manifeſta, cur a ſupra memorato demum tempore incipiendum. Servaturi autem eam in ſcribendo ſumus rationem, ut ponamus primo nomen Regis cujusq: una cum anno, quo eorum quilibet venit ad imperium; dein ſubjiciamus, quotquot eo imperante conſignaſſe quidpiam literis vel publicaſſe compertum habebimus.

## ERICUS IX. MCL.

Sub hoc vixerunt

*Anonymi*, qui primi Leges veteres gentis Sveticæ juſſu Regis recenſuerunt, ac ejectis emendatisve, quæ de paganiſmo ſervata, Chriſtianæ religionis ſtudioſos offenderant, condiderunt codicem, *S. Erici* poſtea dictum, qui tamen hodie, qualis tum eſt conditus, non extat. Vide Præfationem Regis Birgeri ad Leges veteres Vplandicas, & Iſraelis Erlandi vitam S. Erici c. I.

## CAROLUS VII. MCLXII.

vixit illo tempore

*Anonymus* qui compoſuit conſcripſitq; Codicem Legum Oſtrogothicarum, ſic in ſpecie vocatum. Docet Nob. Dn. Stiernhöök in de Jure Sueonum vetuſto lib. I. c. I. p. 15.

## CANUTUS MCLXVIII.

Floruerunt tum

*Halbiörn Hale*, unus eſt antiquis Scaldris, uti docet Index Scaldrorum, Cl. Olai Wormii Literaturæ Runi-

Digitized by Google

Runicæ, ut nominat, ſubjectus. Quæ illius fuerint carmina, quibusque inſignita titulis hactenus non licuit cognoſcere.

*Torſtein* Thorbiörnaſon/ Scaldus & ipſe temporum illorum, cujus nomen cognitum ex eodem indice habemus. Opera vero pariter ignorantur.

*Anonymi* (ſive unus, ſive plures fuerint) qui ſuperius memoratum Codicem Legum Oſtrogothicarum accuratiorem atque emendatiorem publicarunt, ut ex titulo ipſius hodieq; intelligitur. Adde tamen & Dn. Stiernhöök dicto loco.

## SVERCHERUS VII. MCXCII.

Inveniuntur ſub ipſo

*Sumerlide*, itidem ex Scaldis unus, ut nos docet ſupra dictus Index. Quæ ejus fuerint cantilenæ, nusquam reperi memoratum.

*Torgeir Danaskald*, Scaldus & ipſe, de quo tamen ſimiliter præter nomen ex Indice Wormiano cognitum habemus nihil, quod ego quidem ſciam. Quanquam cum vocabulum titulusq; Scaldi datus fuerit nemini, niſi qui res geſtas carmine complexus aliquas fuiſſet, de neutro prædictorum dubitari debeat, quin aliqua prodiderint, quæ deinde interciderunt.

## ERICUS X. MCCII.

Ejus tempore occurrunt

*Grane Hialbianarſon*, Scaldus Sveticus, ſicut præcedentes. Carmina ipſius an reperiantur aliqua inveſtigandum aliis relinquo.



Digitized by Google

*Jonas Sverkeri*, memoratur pariter inter Scaldos. Videtur autem a vero non omnino alienum, credere fuiſſe filium Regis proxime ante hunc Ericum Imperantis, vel propter ſolum ejus nomen. Cum præſertim dignitas Scaldorum fuerit quondam maxima, ipſiq; Reges etiam annumerari ſeſe ſodalitio eorum non libenter modo tulerint, ſed & ambitu quæſiverint, de quo alia occaſione.

## JOHANNES I. MCCXX.

Vixit ſub eo

Nemo, quantum hactenus ex monumentis antiquis obſervare licuit, qui quid eo quidem triennio, quo præfuit imperio, ediderit.

## ERICUS BALBUS MCCXXIII.

Sub eo reperiuntur

*Auctor Anonymus*, qui conſcripſit Catalogum Regum Sveciæ, poſitum in calce Legum Weſtrogothicarum, deſinentemq; in morte Johannis primi. Publicatus eſt Holmiæ una cum dicto Codice per Ignatium Meurer An. 1663.

*Olaus Tordeſon*, Scaldorum Sveticorum unus, ut ex ſuperius laudato Indice cognoſcimus. Carmina ejus periere.

NB. *Concilium Scheningenſe*, celebratum ſub Jerlero Archiepiſcopo Upſalienſi Anno 1240. in quo actum præcipue de cœlibatu ſacerdotum. Extat Mſ. in Archivo Regio.

WAL-

Digitized by Google

## WALDEMARUS MCCLI.

Occupati tum fuere

*Anonymus*, qui juſſu nomineq; Birgeri Jerl altera vice perluſtravit emendavitq; Codicem Legum Oſtrogothicarum. Vid. Stiernhöök ſup. d. loco.

*Anonymus* alius, qui voluntate ejusdem prima vice perluſtravit correxitq; Codicem Legum Vplandicarum, a Vigero Spa tempore paganiſmi concinnatum. Conſule eundem.

## MAGNUS LADULAS. MCCLXXVI.

Quo imperante floruerunt

*Jacobus Erlandi*, Archiepiſcopus Vpſalienſis, NB. Cujus ſunt

I. Statuta Provincialia Provinciæ Vpſalienſis. Edita typis Vpſaliæ per Bartholom. Fabrum A. 1525.

II. Statuta Synodalia Provinciæ ejusdem, junctim edita cum ſuperioribus.

*Anonymus*, qui conſcripſit Catalogum Regum Sveciæ Paganorum juxta atque Chriſtianorum. Habetur in Membranis antiquis Eccleſiæ Vpſalienſis, ſervaturq; nunc in Archivo Regio.

## BIRGERUS MAGNI. MCCXC.

Ejus ætate ſcripſerunt

*Birgerus Petri*, Legifer ſeu Judex ſupremus Vplandiarum, qui cum nonnullis aliis ſecunda vice emendavit Codicem Vplandicarum Legum. NB. Videatur præfatio ei præmiſſa, & Dn. Stiernhöök d. loco.

*Anonymus Auctor* (ut videtur) Codicis peculiaris de Co-



Digitized by Google

de Coronatione Regum. Mentio illius eſt in quadam Birgeri Regis epiſtola ad Capitulum Vpſalienſe, quam alio loco publicavimus.

NB. *Brinolphus*, Domini Algoti Sture filius, Canonicus Scarenſis, Decanus Lincopenſis & poſt Epiſcopus Scarenſis, tandem quoque in Sanctorum numerum relatus, ut teſtatur Vaſtovius in Vite Aquilonari p. 85. & Meſſenius in Chronico Epiſc. p. 78. Edidit in lucem, quemadmodum habetur in vita ejus typis vulgata.

I. Cantum & Hiſtorias de Spinea Chriſti Corona, ob laudem & reverentiam cujusdam ſpinæ de Corona Domini, per Regem Norvagiæ ipſi dono miſſæ. Hiſtoriam hanc ſcriptam inter ſacras reliquias & ornamenta Regalia ſervaverat Birgerus Rex, ut ex eadem epiſtola, quam ſuperius memoravi, cognoſcitur.

II. Hiſtoriam de Beata Virgine Maria.

III. Vitam & miracula S. Helenæ de Schedvi, quæ floruit circa ann. Chr. 1160. Adde Vaſtovium & Meſſenium ſup. de l.

IV. Vitam & miracula S. Eskilli, Epiſcopi Strengnenſis, qui vixit circa annum 1163. Conſule eosdem. Num ex hiſce omnibus qvid extet hodie, indagare hactenus non potui. Negat & Vaſtovius ſibi quidquam viſum.

V. Notas in Tractatum de pœnitentia, quæ habentur Mſſ. in Bibliotheca Academiæ Vpſalienſis.

VI Epiſtolam ad Clericos ſuæ Diœceſis de decimis, & juribus Epiſcopalibus, vernaculo ſermone. Extat edita typis in calce Codicis Legum Weſtrogothicarum.

*Nicolaus*

Digitized by Google

*Nicolaus Allonis* Archiepiſcopus Vpſalienſis. Scripſit NB.

I. Statuta provincialia, publicata poſt cum Statutis Jacobi Erlandi, per Bartholomæum Fabrum. de quo in ſuperioribus.

*M. Andreas* Præpoſitus Vpſalienſis, Frater Iſraelis Petri & Birgeri Legiferi, qui fuit pater S. Birgittæ. Ejus reperitur NB.

I. Confeſſio Catholica Mſ. in Bibliotheca Vpſalienſi.

II. Legum Vplandicarum Codex, ex mandato Birgeri Jerl reformatus & correctus, ut apparet ex præfatione dicti Birgeri ſcripta an. 1296.

*Iſrael Erlandi* (quem Hallervordius non recte vocat *Iſraelem Erlandum*, quia Erlandi nomen fuit non ipſius, ſed parentis) Ordinis Minorum monachus, & Prior monaſterii Sictonnienſis, poſtremo Epiſcopus Aroſiienſis. Per eum habemus NB.

I. Vitam S. Erici Regis Sveciæ.

II. Ejusdem Regis miracula. Scriptum utrumq; ex membranis vetuſtis Eccleſiæ Vpſalienſis primi nos protulimus in lucem, atque edi curavimus Holmiæ per Nicolaum Wankiff/an. 1675. in 8vo.

*Olaus Magnus* de *Scheningia* tum etiam vixiſſe videtur. Laudat eum Vaſtovius in Vite Aquilonari p. 81. & 82. nos eum ipſi non vidimus. Patet autem ex Vaſtovio, ſcripſiſſe.

I. Vitam S. Ingridis Scheningenſis, viduæ, Ordinis S. Dominici.

II. Vitam S. Mechtildis, Ordinis ejusdem monialis.



Digitized by Google

MAGNUS ERICI SMEK. MCCCXIX.

Eo imperante ſcripſerunt

*Laurentius Vlphonis*, Legifer Sudermanniæ, qui cum aliis undecim compoſuit Codicem Legum Sudermannicarum. Qua de re videndus Dn. Stiernhööf in de jure Sveog. p. 14.

*Auctor Anonymus*, qui conſcripſit Codicem Legum Helſingicarum, quemadmodum dicto opere docetur p. 13.

*Vlpho Amberni*, Legifer Vplandiarum.

I. Compilavit Codicem Juris ex omnibus Codicibus Legum Provincialium, valiturum per provincias omnes & Regnum univerſum, qui dein reviſus tempore Chriſtophori Regis, *Chriſtophorianus* nuncupatus eſt, eodem Dn. Stiernhööf auctore.

*Algothus Benedicti*, Legifer & ipſe ſociatam navavit operam prædicto Vlphoni in conficiendo memorato Legum Codice.

NB. *Matthias*, S. Theol. Doctor, Canonicus Lincopenſis, S. Birgittæ a confeſſionibus & Studiis literarum. Scripſit

I. Commentationes in univerſam S. Scripturam, præcipue vero Apocalypſin, de quo teſtatur Vaſtovius in Vite Aquilonari p. 93.

II. Revelationes quasdam S. Birgittæ, quas a dictante ipſa habuerat, cum prologo ſeu præfatione prolixa. Idem Vaſtovius.

NB. *Anonymus*, qui conſcripſit Chronicon Archiepiſcoporum, Præpoſitorum, Decanorum, Canonicorum & Clericorum reliquorum Eccleſiæ Vpſalienſis, primum editum a nobis cum Notis, Upſaliæ per Henricum Curio Anno 1673.

*Ano-*

Digitized by Google

*Anonymus* alius, qui edidit ſermone populari Inſtitutionem Regiam, quam ipſe vocavit Konunga Styrelſe hoc eſt, *Regum Regimen*, ſeu Rationem gerendi Regii imperii. Publicavit eum librum primo ex Bibliotheca Illuſtriſſ. Regni hujus Senatoris, Dn. Johannis Skytte, Johannes Buræus An. 1634. Holmiæ. Poſt recuſus eſt cum verſione noſtra Latina Notisque ibidem per Nic. Wankijff/ An. 1669. NB.

*Anonymus alius*, qui conſcripſit Chronicon rythmicum majus ut vocatur, aditum per Dn. Johannem Hadorphium Holmiæ apud Nicol. Wankijff An. 1674. Conſule dicti Dn. Hadorphii præfationem.

# ALBERTUS. MCCCLXIII.

Sub eo inveniuntur

*Birgitta*, Birgeri Petri de Finſtad, Legiferi per Uplandiam & Ingeburgis filia, uxor Domini Ulphonis Gudmari, poſt relata in numerum Sanctorum per Bonifacium nonum Pontificem. Ejus ſunt NB.

I. Precationes variæ populari lingva compoſitæ Mſſ. Laudantur cum ab aliis, tum a b. m. Dn. Loccenio in Lexico Juris, voce *ambagt*, *brigt*, atq; alibi.

II. Inſtitutiones & admonitiones, Roma ad filium, Dn. Birgerum Ulphonis, Legiferum Nericiæ perſcriptæ lingva Latina. Editæ reperiuntur in Genealogia Brahæa Holmiæ An. 1647. pag. 5.

III. Revelationes variæ, ſed quæ conſcriptæ poſt ac editæ ab aliis, ut liquebit ex ſequentibus.

*Anonymus*, qui ad voluntatem S. Birgittæ Sacra Biblia vertit in idioma Gothicum, ſeu lingvam Sveticam vulgarem, meminit Vaſtovius in Vita Birgittæ ut extat in Vite Aquilonari p. 100.

*Stephanus* Abbas Cœnobii Husbyenſis, quem deinde numero Sanctorum intulerunt. Ejus reliqua eſt

I. Epiſtola ad S. Birgittam de præſtandis ex charitate mutua ſacris Chriſtianorum officiis, ſermone populari. Habetur Mſ. cum alibi, tum etiam in mea Bibliotheca.

NB. *Birgerus Gregorii*, Archiepiſc. Upſalienſis. Scripſit

I. Hiſtoriam Eccleſiaſticam Regni Sveo Gothici, ſi vera ſunt, quæ tradit D. Joh. Baazius Hiſtoriæ ſuæ p. 124. Vide quæ notata mihi ad Chronicon Archiepiſcoporum Upſalienſium, p. 84.

II. Vitam S. Birgittæ Vadſtenenſis. Sic Meſſenius in Chron. Epiſc. p. 32. quibus adde noſtra dicto loco.

III. Vitam S. Botvidi Martyris. Vide Chronicon Epiſc. Upſalienſ. p. 83.

NB. *Nicolaus Scheningenſis*, Archidiaconus primum, dein Epiſcopus Lincopenſis, poſtremo relatus in numerum Sanctorum in Concilio Baſileenſi. Vide Vaſtovii Vitem pag. 138. Is, ut cognoſcitur ex ejus Epitaphio, publicato a Meſſenio in Chronico Epiſcopor. pag. 60. conſcripſit

I. Vitam S. Anſcharii monachi, qui primus religionem Chriſtianam intuliſſe dicitur in Sveciam, publicatam a Cl. Arrhenio Holmiæ per Henr. Käyſer / An. 1677.

II. Vitam S. Annæ Vadſtenenſis, quæ fuit ſocia S. Birgittæ.

III. Vitam Birgittæ ipſius.

IV. De

Digitized by Google

IV. De Jurę Canonico & Dictis Patrum, volumen, ut habetur in vita ejus ab Anonymo conſcripta, ubi dicitur, vocaſſe Hwiteboof/ i. e. librum album; unde ſimul patrio ſermone, quia Svecicus is eſt titulus, elaboratum colligitur.

V. Moralia Gregorii,ut ex eodem ſcripto conſtat.

VI. Cur DEus & homo. Ex eodem.

*Petrus Olai* Prior ordinis Ciſtercienſis in Cœnobio Alwaſtra/& Confeſſionarius S.Catharinæ,quæ fuit filia S.Birgittæ,ut habetur apud Vaſtovium pag. 117. Edidit in lucem, teſte dicto Vaſtovio pag. 137.

I. Libros octo Revelationum S. Birgittæ, ſermone Latino, cum prius ſcriptæ eſſent ſermone Svetico.

II. Regulam S. Birgittæ, ut appellant.

III. Cantum cum Hymnis & antiphoniis a ſe compoſitum pro Ordine S. Birgittæ.

*Anonymus*, qui ſcripſit Hiſtoriam Alexandri Magni rythmis Sveticis ad voluntatem mandatumque Dn.Boo Jonſon, Regni Sveciæ Drotſeti. Edita eſt ſtudio Dn. Joh. Hadorphii in Wiſingzborg per Johannem Kanckel/Illuſtriſſ.Comitis & Drotſeti Dn. Petri Brahe Typographum Anno 1672.

# MARGARETA. MCCCXCV.

Ejus ætate invenitur

*Matthias Laurentii* Monaſterii Vadſtenenſis, Ordinis S. Birgittæ monachus. Is ſcripſit, teſte Vaſtovio pag. 139.

I. Vitam &miracula S.Petri,qui fuit B.Birgittæ atque Catharinæ domus ac familiæ Magiſter,ac œconomus, & poſt Prior monaſterii Vadſtenenſis primus

mus, cum reverſus eſſet domum ex itinere, quod peregit per Europam pæne univerſam cum prædicta Birgitta.

## ERICUS POMERANUS. Mcccxcvii.

Quo imperante ſcripſerunt

NB. *Brynolphus*, Epiſcopus Scarenſis. Conſcripſit

I. Chronicon omnium Epiſcoporum Scarenſium ad ſuam ætatem usque rythmis Sveticis. Hactenus ineditum ſervatur Mſ. in Bibliotheca Dn. Hadorphii, inter libros Dn Buræi, & alibi.

*Ulpho*, Ordinis S. Birgittæ Monachus. Scripſit

I. Vitam S. Catharinæ Vadſtenenſis, S. Birgittæ filiæ Catharinæ ſociæ ac comitis, cum miraculis ejusdem, ex voto quod ægra conceperat de ea re perficienda, ut docet Vaſtovius in vita ejus, quam edidit in Vite Aquilonari pag. 143.

*Anonymus* qui ſcripſit

I. Codicem examinis vitæ & miraculorum S. Catharinæ Vadſtenenſis, qui habetur in Bibliotheca Regia arcis Cracovienſis in Polonia. Vide Vaſtovium pag. 141.

## CHRISTOPHORUS. MCDXXXIX.

Floruit ejus temporibus

NB. *Nicolaus Ravaldi*, (vel ut ſcribitur in Chronico Archiepiſcopor. Upſalienſium, *Ragualdi*) Archiepiſcopus Upſalienſis, cum ante fuiſſet deputatus ad Concilium Baſileenſe per Ericum Pomeranum Regem, extitiſſetque Vexionenſis Epiſcopus, ut conſtat ex nominato Chronico pag. 102. & Johanne Magno. Ejus extat

I. Co-

Digitized by Google

I. Codex legum ex variis Codicibus legum Provincialium mandato Regis Magni Smeek collectus, tum a Nicolao reviſus emendatusq; atq; publicatus Anno 1442. qui vulgo Chriſtophorianus dicitur.

II. Oratio, quam habuit in Concilio Baſileenſi de præſtantia Gothorum, & vindicanda Regi Regnoque Sveciæ præcedentia contra Reges Regnaq; alia Europæ. Subjecta eſt Hiſtoria Johannis Magni.

## CAROLUS CANUTI. MCDXLVIII.

Eo imperante vixerunt

*Anonymus*, qui ſcripſit Chronicon Rythmicum minus, ut appellant. Deſinit enim in obitu Regis Chriſtophori, ut apparet ex Scriptis codicibus antiquis. Editum, ſed interpolate a Joh. Meſſenio Holmiæ An. 1615 per Chriſt. Reuſnerum, qui Laurentii Aroſienſis eſſe putabat, ut cum aliunde, tum ex operum ejus catalogo Mſ. apparet, & ſecunda vice per Ignatium Meurer Anno 1643. Tertia vero vice ad fidem Mſſ. veterum junctim cum Chronico rythmico majore per Joh. Hadorphium Holmiæ apud Nic. Wankijff Anno 1674. cujus præfatio videnda.

*Anonymus* alius, qui ſcripſit Chronicon Regum lingua vernacula ſoluta, deſinens quippe in vita Caroli Canuti recens imperio admoti, ut teſtantur manu exarati codices, mihi ipſi cum Meſſeniana editione collati. Unde conſtat, ſequentia Meſſenii eſſe, qui & alibi nonnulla aliunde inſeruit. Editum eſt junctim cum ſuperiori Chronico.

*Anonymus alius*, qui confecit Regulas ut appellant, pro Ordine S. Birgittæ in Wadſtena / confirmatas per

per Dn. Nicolaum Epiſcopum Lincopenſem An. 1451. Habentur inter libros Mſſ. Monaſterii Vadſtenenſis.

## CHRISTIERNUS I. MCDLVII.

Floruerunt eo tempore

*Chriſtophorus* Archidiaconus Upſalienſis, cum fuiſſet ante S. Theologiæ Profeſſor, ut apparet ex Chronico Vet. Archiepiſcoporum Upſalienſium p. 155. Hunc ſcripſiſſe obſervamus

I. Orationem Dominicam, Symbolum Apoſtolicum, Ave Maria, Decem præcepta cum explicatione. Liber habetur inter codices Mſſ. Monaſterii Vadſtenenſis.

*Anonymus*, qui in Schola Vadſtenenſi propoſuit Tractatum de modo & ordine confitendi, Latine excepit eum calamo quidam Sigfridus Johannis An. 1463. ut legitur in calce libri, qui habetur Mſ. in Bibliotheca Upſalienſi.

## CAROLUS CANUTI RESTIT. MCDLXIV.

Vixerunt tum

NB. *Ericus Olai*, Magiſter artium, Sacræ Theologiæ Profeſſor, & Decanus Eccleſiæ Cathedralis ut vocatur in lapide ſepulchrali. Scripſit

I. Hiſtoriam Svecorum Gothorumque annorum MCCCCLX. circiter, quam præmiſſis paucis de origine Gentis orditur ab Erico Sapiente. Publicata primum eſt ex Bibliotheca Illuſtriſſ. Regni hujus Senatoris, Dn. Johannis Skytte per Joh. Meſſenium Holmiæ typis Reuſnerianis An. 1615. poſtea Joh.

Joh. Loccenio Vpſaliæ per Henric. Curio An. 1654. cum Notis. tandem in lingvam vernaculam translata à Joh. Sylvio editaq; per Nic. Wankijf 1678.

II. Epiſtolam quandam alicujus Damiani, ex Latino verſam in ſermonem vernaculum. Extat Mſ. in Sumbla Joh. Buræi.

*Anonymus*, qui ſcripſit continuationem primam Chronici Rythmici majoris, ſicut liquet ex editione Hadorphiana pag. 442.

## STENO STURE SENIOR. MCDLXX.

Eo imperante ſcripſerunt

*Conradus Rogge* J. U. Doctor, Archidiaconus Upſalienſis, & poſtremo Epiſcopus Strengnenſis, ut habetur apud Meſſenium in Chron. Epiſc. pag. 90. Emiſit in lucem

I. Breviarium Strengnenſe novum, collatis inter ſe ac emendatis prioribus, eique præmiſit præfationem. Excuſ. eſt Holmiæ per Joh. Fabrum An. 1495.

*Ragvaldus Ingemundi*, Archidiaconus Vpſalienſis & Doctor in Decretis. Publicatus eſt ab eo

I. Codex Legum Provincialium ex vernaculo verſus in ſermonem Latinum. Editus eſt per Joh. Meſſenium Holmiæ An. 1614.

*Hemmingus Gadd*, Alexandri Pontificis Mathematicus initio, ut refert Meſſenius in Chron. Epiſcop. p. 64. poſt Advocatus Sturiorum in aula Pontificia, & denique Epiſcopus Lincopenſis. Scripſit

I. Orationes varias pro Svecis contra Danos, teſte Joh Magno.

II. Orationem unam pro Lubecenſibus, in qua ſub-

ſubdolum Danorum erga Svecos animum propoſuit oſtendere. Habita eſt in Senatu Regni, & dein poſt intervallum temporis a Joh. Magno cum Hiſtoria ejus publicata.

III. Commentationes de Antiquitatibus Sveticis & Danicis, qvas laudat ipſe in Epiſtola ad Archiepiſcopum Jacobum Ulphonis.

IV. Epiſtolam ad Jacobum Ulphonis modo laudatam, quam & ipſam exhibet Johannes Magnus in Hiſtoria ſua.

*Laurentius Aroſienſis* (clericus haud dubie) conſcripſit Hiſtoriam ſuorum temporum, ut colligitur ex Johannis Magni lib. XXIII. c. 5. Sunt, qui accipiunt de Chronico veteri parvo, lingva vernacula ſcripto, ut notavi Epiſtola mea de Situ & Vocabulo Upſaliæ pag. 30. Verum tempus diſcrepat, cum hic Laurentius deſcripſerit prælium inter Carolum Canuti & Chriſtiernum, alter deſinat in vita Caroli Canuti recens ad imperium admoti, nec ullam prælii illius, aut numeri in eo cæſorum, qvod ex ipſo tamen adducit ac commemorat Johannes Magnus, faciat mentionem.

*Anonymus*, qui edidit breviarium horarum Canonicarum ſecundum veram Rubricam Epiſcopalis Lincopenſis Eccleſiæ atque ſtudioſæ caſtigationis prævia impenſis & ſolerti cura ingenioſi viri Georgii Stureſz, quam nitidiſſime in inclyto Norinbergenſium oppido impreſſum An. 1493. Ita habent ipſa tituli ſeu Inſcriptionis verba.

*Anonymus* alius, qui compoſuit breviarium Strengnenſe Anno 1495. ut habet Meſſenius in Indice

Scri-

Scriptorum Mſ. quibus uſus eſt in Scondia ſua.

*Anonymus* alius, qui ſcripſit Chronici Rythmici majoris continuationem tertiam, ut apparet ex editionis Hadorphianæ p. 498.

*Anonymus* alius, qui ejusdem Chronici ſcripſit continuationem quartam, quod docet eadem editio pag. 529.

## JOHANNES II. MCDXCVII.

Sub quo vixit

*Anonymus* cujus eſt dicti Chronici Rythmici continuatio quinta, ut colligitur aperte ex editionis Hadorphianæ pag. 554.

*Anonymus* alius, qui ſcripſit Breviarium Scarenſe An. 1498. ut teſtatur Meſſenius in ſupradicto Indice. Mihi hactenus videre non contigit.

## SUANTO STURE. MDIV.

Floruerunt ætate illa

*Otto*, Epiſcopus Aroſienſis, qui publicavit Breviarium ſecundum ritum almæ Eccleſiæ Aroſienſis, editum An. 1504. in Aroſia in octavo. Ita habet Hallervort in Bibliotheca ſua Curioſa, ipſum hactenus videre non licuit. NB.

*Jacobus Ulphonis* Archiepiſcopus Upſalienſ. Ejus eſt NB.

I. Epiſtola ad Gaddum, quam habet Joh. Magnus in Hiſtoriæ ſuæ libro XXIII. cap. 20.

II. Pſalterium verſum in ſermonem popularem, atque publicatum An. 1510. ut eſt teſtis Baazius in Hiſt. Eccleſ. lib. I. cap. 12. p. 147.

III. Miſſale, impreſſum Baſileæ per Jacobum de Pfortzheim An. 1513.



Digitized by Google

# STENO STURE JUNIOR. MDXII.

Sub quo vixit

Præter ſuperius nominatos nemo, quem quidem illo nominatim tempore ſcripto aliquid compoſuiſſe, vel in publicum dediſſe, hactenus repererim. Excepto Anonymo auctore Breviarii Aroſienſis, ſcripti An. 1513. ut habet Meſſenius in ſupra laudato Indice Mſ.

# CHRISTIERNUS II. TYRAN. MDXX.

Inveniuntur tum

*Olaus Laurentii*, qui ſcripſit Chronicon Epiſcoporum Lincopenſium, publicatum typis Sudercopiæ per Olaum Ulrici Presbyterum, An. 1523. ut habetur in titulo libelli. in octavo.

*Anonymus*, qui ſcripſit Hiſtoriam S. Nicolai, Epiſc. Lincop. Edita eſt Sudercopiæ per Olaum Ulrici Presb. An. 1523. Ut eſt in fine libelli, qui extat in Bibliotheca Cl. Domini Claudii Arrhenii, Hiſtoriarum Profeſſoris.

*Anonymus*, qui adjunxit Chronico rhytmico majori eam partem quæ comprehendit vitas Stenonis Sturii ſenioris, Johannis, Svantonis Sturii Stenonis Sturii Junioris & nonnulla Chriſtierni. Ex Mſ. Joh. Buræi primus edidit, & Chronico veteri adjunxit Dn. Johann. Hadorphius. Vide editionem ejus p. 555.

*Anonymus* alius, qui ſcripſit de fructu capiendo ex auſcultatione Miſſæ, cum Appendice, qui continet explicationem veſtimentorum ſacerdotalium adhiberi ſolitorum in Miſſæ celebratione, ſermone populari. Editum eſt Sudercopiæ An. 1523.

GUSTA-

# GUSTAVUS I. MDXXIII.

Floruerunt ſub eo

*Laurentius Andreæ* Presbyter Stregnenſis primum, poſt Archidiaconus Upſalienſis, tum Cancellarius Regni Sveciæ, ut vult Meſſenius in Chron. Epiſc. p. 45. poſtremo Nuntius Regius & Præſes ſedis Archiepiſcopalis, ut ſeipſum nominat in Decreto Concilii Orebrogenſis. Scripſit NB.

I. Verſionem Novi Teſtamenti ad exemplum & imitationem verſionis a B. Luthero confectæ, ad mandatum Regis Guſtavi circa An. 1523. Vide Baazii Hiſtor. Eccl. Lib. II. p. 163. Puto eandem eſſe, quæ excuſa Holmiæ An. 1526. in fol. reperitur in Bibliotheca Dn. D. Martini Brunneri.

II. De fide & bonis operibus, editum Holmiæ An. 1528. in 8.

*Anonymi* alii, qui ad ejusdem Regis mandatum in Sveticum idioma tranſtulerunt Agenda in Eccleſia, ut Miſſam, preces, ritus Baptiſmi & Sepulultu-ræ, item Pſalmos Davidis. Idem Baazius dicto loco. Holmiæ 1553. & 1557. in 4.

*Petrus Galle*, Doctor & Profeſſor Theologiæ in Academia Upſalienſi. Scripſit Articulos fidei, in quibus Lutherani diſſident a Pontificiis, ad mandatum Regis, eosque Diſputationi publicæ propoſuit Anno 1524. NB.

*Olaus Petri* Nericius, cognomento *Phaſe* ut habetur nomen ejus in Matricula Vittenbergenſi, a Munſtero dictus *Holmenſis* (qui eum ſimul vocat *præter Sacrarum literarum ſyncerum cognitionem, etiam in Hiſtoriis expertiſſimum*) Frater Laurentii Petri, ætate NB.



Digitized by Google

major, primo Canonicus Stregnenſis, poſt Lutheri diſcipul9 Vittembergæ, dein purioris doctrinæ præco in Schola & Eccleſia Stregnenſi, poſt Secretarius Civitatis Holmenſis, & poſtremo ejus etiam Eccleſiaſtes. Hic in lucem dedit

I. Reſponſionem ad literas impias Pauli Heliæ contra Sanctum Evangelium, editam Holmiæ An. 1527. vernaculo ſermone. in 4.

II. Reſponſionem ad quæſtiones XII. de partibus quibusdam doctrinæ Evangelicæ, in quibus cum Pontificia non convenit, qua refelluntur reſponſiones, quas de eis dedit D. Petrus Galle. eadem lingva, Holmiæ An. 1527. in 4.

III. Piam admonitionem de Guſtavo Rege coronando. Edita eſt Upſaliæ An. 1528. Sveticè in 4.

IV. Librum de numero Sacrament. titulis XXXII. diſtinctum. Holmiæ An. 1528. ſermone populari in 4.

V. Concionem ſacram adhortatoriam ad incolas Sveciæ, habitam Coronatione Guſtavi An. 1528. die 12. Januarii. ſermone populari. in 4.

VI. Adhortationem Chriſtianam ad congregationem Sacerdotum Upſaliæ, Stergneſiæ, Aroſiæ habendam, de officio ſacerdotum erga Auditores, & verſa vice Auditorum erga ſacerdotes ſuos, ſermone populari, ut cætera. Excuſa eſt Hol. An. 1528. in 4.

VII. Piam & neceſſariam informationem primo de verbo Dei & præceptis humanis in rebus ſpiritualibus. Secundo de fide & bonis operibus. Tertio de conjugio Sacerdotibus æque ac Laicis conceſſo, eodem ſermone. Holmiæ An. 1528. in 4 & 1594. in 8.

VIII. Librum de vita monaſtica, cum admonitio-

no

ne ad monachos eorumque amicos, ſermone populari. Holmiæ 1528. in 4.

IX. Manuale, ut appellant, ſeu de ordine celebrandæ Miſſæ, ac cæteris ad cultum divinum neceſſariis, ſermone populari editum An. 1529. in 4. quod omnium Manualium fuit primum.

X Librum De juſtificatione hominis peccatoris coram DEO ſermone populari Hol. 1535. in 4. & 8.

XI. Admonitionem ad Sacerdotes Evangelicos per Sveciam, & in univerſum ad Chriſtianos omnes qua ratione gerere ſe debeant, ſi perſecutio propter verbum DEI immineat, editam An. 1535. in 4. & deinde recuſam Roſtochii ſumptibus Petri Johannis Gothi An. 1612. in 8. continet expoſitionem cap. X. Matthæi in 4.

XII. Poſtilla, edita Holmiæ 1530. & poſtea Lubecæ 1537. per Georg. Richolf. forma eadem.

XII. Introitum ad S. Scripturam XLII. Quæſtionibus comprehenſum de præcipuis fidei articulis, ſermone populari denuo ab illo editus eſt Holmiæ 1538. cum ejusdem præfatione in 4.

XIV. Concionem ſacram contra juramenta impia & blasphemias in DEum, publicatam Holmiæ An. 1539. ſermone populari in 4.

XV. De mundi maximis mutationibus & ætate, eadem lingva. Holmiæ An. 1558. in 8.

XVI. Chronicon Rerum Sveticarum, ſermone populari, continens res Gentis Sveticæ ab initio ad tempora auctoris. Extat Mſ. paſſim in Bibliothecis, alias ineditum, a Münſtero plurimum deſideratum, ut ex Coſmographia ejus liquet.

XVII. Fragmenta de Regibus Sveciæ ſermone Latino, quæ ex veteri Mſ. deſcripta extent penes me.

XVIII. De Urbibus præcipuis, Templis, Monaſteriis per univerſam Sveciam Index brevis ſermone populari. in me Bibliotheca.

XIX. De modo legendi literas Runicas, brevis informatio, ſermone populari. Mſ. in mea Bibliotheca.

*Anonymus* cujus eſt Animæ ſolatium & medicina in agone mortis. Svetice ab illo denuo editus Holmiæ per Amundum Laur. An. 1552. in 8. & 1592. eadem forma.

*Anonymus*, qui ſcripſit Preces ad B. Virginem Mariam temporibus certis habendas, ſermone Latino, cum verſione Svetica interlineari An. 1538. Habetur Mſ. in Bibliotheca Upſalienſi.

NB. *M. Laurentius Petri Nericius*, frater prædicti Olai, ætate minor, primo Scholæ Upſalienſis Rector, poſt Archiepiſcopus primus religionis Lutheranæ. Emiſit is in publicum

I. Explicationem aquæ luſtralis, per modum epiſtolæ, ſermone populari, edita An. 1538. in 4.

II. Verſionem Bibliorum in ſermonem Sveticum, aſſumpto laboris ſocio Laurentio Andreæ, de quo ſupra. Publicata eſt An. 1541. in fol.

III. Novum Teſtamentum ſermone populari denuo editum Holmiæ per Amundum Laurentii An. 1550. in 4.

IV. Poſtilla, ſeu Explicationem Evangeliorum Dominicarum ad exemplum Brentzii, editam eodem ſermone Holmiæ, per Amundum Laurentii,

Anno

Digitized by Google

An. 1555. in 8. & altera vice per Ignat. Meurer An. 1641. eadem forma

V. Dialogos quatuor, I. de natura Liturgiæ. II. De injuria per eam facta omnibus, dum verus ſenſus verborum Chriſti corrumpitur. III. De injuria per eam facta ſpoliatione unius ſpeciei. IV. De impia ejusdem idololatria, Interlocutoribus Simone & Petro. Scripti ſunt An. 1542. editi vero Vittenbergæ ſermone Svetico per Abrahamum Andreæ Angerm. An. 1587. apud Clementem Schleich. in 8.

VI. De ceremoniis Eccleſiaſticis & ritibus, qui utiles retinendi, qui inutiles rejiciendi. Scriptus liber ſermone populari An. 1566. editus Vittembergæ per Abr. Andreæ Angerman. An. 1587. apud Simonem Grönberg. in 8.

VII. Admonitionem ad preces & pœnitentiam, ſcriptam ad Præpoſitos & Paſtores totius Sveciæ, publicatam primo Upſaliæ An. 1558. in 4. & iterum juſſu Regis Caroli IX. An. 1607. in 8. ſerm. popul.

VIII. Martini Lutheri informationem de S. Cœna, translatam in ſermonem popularem, editam Holmiæ An. 1558. in 8.

IX. Cauſas ob quas ebrietatem fugere cuncti debeant, exceptiones potatorum contra eas, cum earum refutatione, ex Germanico in ſermonem popularem verſas, editasque Holmiæ per Anundum Laurentii An. 1557. in 8.

X. Contra impia juramenta, uſu vulgari frequentata, ſermone populari, ut cætera. Holmiæ An. 1560 in 8.

XI. Concionem ſacram de Magiſtratu Politico, habi-

habitam in Coronatione Regis Erici d. 29. Junij A. 1561. eodemqve anno editam per Amundum Laurentii in 8. ſermone populari.

XII. Dialogum inter Chriſtophorum & Georgium de Cœna Domini, ſermone populari publicatum Holmiæ per eundem An. 1562. in 8.

XIII. Juſti Menii, qvod recte adhiberi poſſit Exorciſmus in Baptiſmo, declarationem, verſam ex Germanico in ſermonem popularem, atqve per eundem editam Anno 1562. alteraqve vice Aroſiæ An. 1624. in 8.

XIV. Concionem ſacram de Homicidio. Miſſa eſt in lucem per prædictum eodem anno, & denuo Aroſiæ An. 1622. in 8. Svetice.

XV. Refutationem Dionyſii Beureri Calviniani, pertinentem ad articulum de Cœna Domini, editam Upſaliæ An. 1563.

XVI. Diſſertationem contra eos, qvi matrimonium contrahunt in gradu ſecundo, vel ſunt conſobrini, ſermone populari publ. An. 1572. in 8.

XVII. Conciones Sacras in Paſſionem Dominicam, editas Holmiæ per Amundum Laurentii An. 1573. in 8. alteraq; vice Roſtochii 1609. apud Stephan. Möllmañ. eadem forma codemq; ſermone.

XVIII. Diſſertationem de conſecratione Euchariſtiæ & utraq; ſpecie, ſub nomine Eraſmi, Epiſcopi Aroſienſis, contra Herbeſtum Sacerdotem Pontificium, & Catharinæ, Regis Johannis uxoris Concionatorem & Confeſſionarium, conſcriptam An. 1573. & deinde typis editam ſtudio Abrahami And. Angerm. Hamburgi An. 1588. in 8.

XIX.

XIX. De ordinatione Miniſtrorum Eccleſiæ contra Pontificios, ubi agitur & de ratione legitimæ vocationis.

XX. Notationem ſeu conſignationem actuum Liturgicorum Mſ.

XXI. Chronicon ab Erico, primo Rege Sveciæ (ut ipſe quidem prodit) usqve ad obitum Regis Guſtavi primi, ſermone populari, hactenus ineditum, habetur Mſ. in Bibliothecis plurimorum.

XXII. Confeſſionem propriam de omnibus fidei Chriſtianæ articulis Mſ. qvam laudat M. Abrahamus Andreæ apud Baazium.

XXIII. Libellum de literatura Runica Mſ. Extat in Bibliotheca Dn. Samuelis Steen/ arcis Upſalienſis Præfecti.

XXIV. Libellum de tribus coronis in inſignibus Regni Veciæ ſermone populari. Habetur Mſ. in Archivo Regio.

XXV. Scriptum breve, ſed valens in Danorum uſurpationem trium coronarum, pro legitima uſurpatione Svecorum. Habetur Mſ. in Bibliotheca Oxenſtierniana, uti per Laur. Norrmannum mihi eſt ſignificatum. Forte idem eſt cum ſuperiori.

*Anonymus*, qui edidit Comœdiam Tobiæ rythmis Sveticis, excuſam Holmiæ An. 1550. in 8.

*Johannes Magnus* Swinſot Lincopenſis, filius Magni Petri, cognomento *Store*, quod Latine *magnum* ſignificat, teſte Meſſenio in Chronico Epiſcop. p. 40. ut utroqve modo, & *Johannes Magnus* propter cognomentum, & *Johannes Magni* propter patrem poſſit dici; primo Canonicus Lincopen- NB.

ſis & Scarenſis, poſt nuntius Pontificius Adriani, quem Lovani habuerat Præceptorem, mox Archiepiſcopus Upſalienſis, tandem ſponte ſua exul, & defunctus Romæ, ubi ſcripſit

I. Hiſtoriam Gothorum Svecorumque libris viginti quatuor, quam poſt ejus obitum publicavit Olaus Magnus, cum figuris excuſam primo Romæ in ædibus Birgittæ An. 1554. in fol. poſt Baſileæ, atque alibi.

II. Hiſtoriam Metropolitanam, ſeu Epiſcoporum & Archiepiſcoporum Upſalienſium, publicatam per Olaum eundem Romæ An. 1560. in fol.

III. Epiſtolas varias, quarum aliquot leguntur ſubjectæ modo dictæ ejus Hiſtoriæ Metropolitanæ.

NB. *Olaus Magnus*, non nepos prædicti Johannis, ut perperam eum vocat Theodorus Zvingerus in Opuſculo de Hiſtoria & Hiſtoricis: ſed frater, ut ipſe paſſim de ſe teſtatur, primo Præpoſitus Stregnenſis, poſt cum fratre exul, & in exilio a Pontifice Paulo deſtinatus fratris ſucceſſor & Archiepiſcopus Upſal. verum mortuus Romæ in exilio. Scripſit

I. Tabulam terrarum Septentrionalium, & rerum mirabilium in eis, ac Oceano vicino. Edita eſt primum Venetiis An. 1539. cum ſuccincta omnium explicatione, libello exiguo propoſita.

II. De Gentium Septentrionalium variis conditionibus, ſtatibus, & moribus libros viginti duos cum figuris, qui primi lucem viderunt Romæ An. 1555. in fol. poſt ſunt editi Baſileæ, 1567. forma eadem, atque aliis locis. Etiam Argentorati Germanice.

III. Epi-

III. Epitomen Revelationum S. Birgittæ duplicem, ſimiliter Romæ publicatam in fol. ut teſtatur Joh. Meſſenius in Chronico Epiſcoporum Sveciæ p. 44. nobis enim hactenus non eſt viſa.

*Anonymus*, qui edidit librum precationum jungendarum Orationi Dominicæ & paſſioni Chriſti. Editus eſt Holmiæ An. 1553. in 8. cum figuris.

*Anonymus alius*, qui ſcripſit de Paſſione & reſurrectione Chriſti, cum informatione, qua meditari ea oporteat, rythmis Sveticis. Liber editus eſt Holmiæ An. 1556. in 8. & An. 1561. forma eadem.

*Petrus Benedicti*, Canonicus Lincopenſis. NB.

Teſtamentum Novum transtulit in lingvam vernaculam, & docte fideliterq; (verba pono Johannis Magni ex libro ejus VI. Hiſtor. Metropol.) reſtituit plus, quam in mille locis, in quibus ab Hæreticis (Laurentium Petri & Laurentium Andreæ intelligit, de quorum verſionibus dictum eſt ſuperius) corruptus erat, petita ex ſacris doctoribus omnium ſcriptorum ſuorum probatione fideliſſima & conſtanti. Et hoc quidem fecit juſſu voluntateq; Johannis Magni Archiepiſcopi, cujus hoc quod attuli, de illo opera fuit judicium. Adde & Meſſenium in Chronico Epiſcop. p. 43. Sed liber quantum ſcio, non eſt editus. Saltem ipſe is Johannes Magnus conqveritur pluribus, ſe per tenuiſſimas facultates ſuas eum edere non poſſe.

*Anonymus*, qui edidit Chronicon rythmicum Danice ac Svetice, impreſſum Holmiæ An. 1558. in 8.

*Ericus Falk* Scharenſis, cujus eſt NB.

Brevis informatio de præcipuis fidei articulis,

capi-

capitibus L. diſtincta, ex lingva Germanica in popularem tranſlata, editaq; Holmiæ per Amundum Laurentii Anno 1558. in 8.

*Georgius Gylte*, Nobilis. Cujus eſt

Chronologia incipiens ab An. 1326. & deſinens in annum 1415. Nondum edita habetur in Bibliotheca Upſalienſi Mſ. Floruit circa annum 1559. ut Meſſenius in Indice ſuo Mſ, alibi a me laudato indicavit.

NB. *M. Martinus Olai Helſingus*, Paſtor primum civitatis Gevalienſis, poſt Epiſcopus Lincopenſis. Scripſit

I. Epiſtolam ad Archiepiſcopum Laurentium de Calvino & Beza, religionisque Calvinianæ progreſſu in Helvetia vicinisque locis, cum peregrinaretur in Gallis An. 1559. Extat publicata per Johannem Baazium in Hiſtoria Eccleſiaſtica pag. 287.

II. Sententiam de Liturgia contra Archiepiſcopum Upſalienſem, quæ proponitur ab eodem Baazio in dictæ Hiſtoriæ pag. 403.

III. Librum precationum ex priſcis novisq; Eccleſiæ doctoribus compoſitum & verſum in ſermonem vernaculum. Editus eſt Holmiæ per Ignatium Meurer An. 1622. in 8. & denuo An. 1670. in 12.

*Anonymus*, qui ſcripſit Epitomen Rerum Sveticarum ab Erico Sapiente orſus, usq; ad exactum Chriſtiernum Tyrannum. Extat Mſ. in Bibliotheca Dn. Laurentii Normanni, ut ipſe mihi ſignificavit.

## NB. ERICUS XIV. MDLX.

Scripſerunt tum

Ipſe *Rex Ericus*, cujus extant

I. Cauſæ

I. Cauſæ belli inter ipſum & Fridericum, Daniæ Regem, ſermone Latino explicatæ, juſtæ magnitudinis & eruditionis haud protritæ opuſculo. Habetur Mſ. in Archivo Regio.

II. Cantiones aliquot ſacræ, ſermone Latino ut: *In te Domine ſperavi*, &c. Item: *Cor mundum crea in me DEus* &c. arte Muſica per omnes voces, ut appellant, compoſitæ.

III. Cantiones aliquot ſacræ, ſermone populari, ut: Beklaga aff alt mitt Sinne etc. item: O Gudh hwem ſtal jagh klaga etc. quæ receptæ in Eccleſia cantantur hodieque.

IV. De ordinandis aciebus & re militari aliqua, ſed imperfecta, quæ extant propria ipſius manu ſcripta, & explicata idoneis picturis atque imaginibus ut ipſe vidi, elaborata ab eo in carcere, cum nonnullis aliis, præſertim de obſequio ſubditorum Regi debito, verum mutilis & ipſis atq; imperfectis.

*Petrus Andreæ* Swart/Guſtavi I. Regis Concionator aulicus initio, dein Epiſcopus Aroſienſis. Scripſit NB.

I. Chronicon rythmicum ſermone populari, quo complexus eſt res Guſtavi primi. Laudat Vexionius in Deſcript. Sveciæ lib. X. c. 9. typis quoq; publicatum ſcribit Meſſenius in Chron. Epiſc. pag. 99. Mihi tamen hactenus non eſt viſum.

II. Concionem funebrem in funere Regis Sveciæ Guſtavi I. Upſaliæ habitum 1560. 21. Decemb. & in lucem editam Holmiæ 1620. per Sylveſtrum Phrygium, ex Typographeo Olai Olai. in 4.

*Johannes Ofreg* (Meſſenio eſt *Ofeg*, perperam, & NB.

vitia

vitio Typographi, ut arbitrior, licet inter errores ejus notare omiſerit) Epiſcopus Aroſienſis, cui fecerunt nomen *Liquoriſta*, ob ſententiam peculiarem, quam habuit de S. Cœna, Nam occaſione, quod ob bellum cum Danis vini laboraretur inopia, ſcripſit epiſtolam ad Clericos ſuæ Diœceſis, dictam S. Cœnam etiam alio liqvore, quam vino, poſſe administrari. Publicata eſt Aroſiæ An. 1564. in 4. ſumma vero habetur apud Baazium Hiſt. Eccleſ. pag. 306.

*Petrus Michaelis* Præpoſitus Lincopenſis. Ejus eſt

I. Panegyricus ſive Xenium ad Mag. Ericum Falck & Svenonem Magni. Roſtochii An. 1562. per Stephanum Möllemann in 4.

II. Pſalterium Davidis cum explicatione Spangenbergeri ex Germanico tranſtulit in Sveticum, ediditq; Roſtochii A. 1574. per Jacob. Lucium in 8.

*Olaus Nicolai* Nericius, Diaconus Stregn. dein Paſtor Wålingenſis. Cujus eſt Verſio Svetica Dialecticæ Petri Rami. Mſ. ipſius auctoris autographum in forma folii majoris ſervat nunc in Bibliotheca ſua, ex donatione M. Abrah. Valingii nepotis ex filio, Paſtoris Nycop. Dn. Olaus Sparman Miniſter Evangelii in Eccleſia Ridderholmen.

*Johannes Olai Lincopenſis*, Conſul Lincopiæ. Relationem de Chriſtierni Secundi Tyrannyde rythmis Sveticis. Edita eſt poſt, ſed verſibus interpolatis per Schroderum, de quo dicetur inter ejus opera.

*Anonymus*, qui ſcripſit Veram & brevem narrationem eorum, quæ tam in pacificatione, quam ter-



Digitized by Google

ſtri bello inter Svecos & Danos geſta ſunt Anno 1565. Habetur Mſ. in Collegio Antiquitatum

*Anonymus* alius, qui ſcripſit Vitas Pontificum Romanorum usqve ad exceſſum Pii quarti. Mſ. habetur in Bibliotheca Dn. Olai Sparman.

# JOHANNES III. MDLXIX.

Sub ejus imperio ſcripta ſua publicarunt

*Laurentius Petri*, Sudercopenſis, Oſtrogothus, NB. primum Concionator aulicus Regis Erici, dein Profeſſor Theologiæ & Rector Academiæ Upſalienſis, poſtremo Archiepiſcopus. Scripſit

I. Præfationem ad Liturgiam, ſive novam Ordinantiam Miſſæ ad Pontificiorum conſvetudinem inſtituendæ, qua ſe facit auctorem ejus Ordinantiæ, licet alii fuerint. Edita eſt An. 1576. in fol. Vide Baazium.

II. Programma ad Studioſos Academiæ Upſalienſis, qvo eos invitat ad diligentem lectionem Patrum, & audiendam eorum explicationem, quæ ſit inſtituenda publice. Editum eſt An. 1576.

III. Epiſtolam contra diſpenſationem matrimonii inter adulterum & adulteram, factam per Laurentium Norvagum, Sacerdotuem Pontificium. Scripta eſt An. 1578. Vide Baazium.

IV. Declarationem Liturgiæ contra Momum.

V. Refutationem Apologiæ Stregnenſium, ſicut quidem Baazius eſt auctor. Nam cum Mſ. ſit, nondum potuit videri.

VI. Contra Catechiſmum Cromeri, & in eo nominatim contra locum de Sacrificio Miſſæ. Conf. p. 325.

M. Le-

*M. Petrus Fechten*, Regis Johannis Secretarius. Ejus eſt

I. Tractatus de moribus Clericorum & diſciplina Eccleſiaſtica, ſcriptus An. 1574.

II. Liturgia, ſeu nova miſſæ Ordinantia, Pontificio modo celebranda, quam vulgo Rödboken/ i. e. *librum rubrum*, ob vocabula & verſus plurimos rubri coloris literis exaratos appellabant: alias liber forma plerumque rubra impactus reperitur, in qua concinnanda habuit adjutores Johannem Herbeſtum & Laurentium Norvagum, vulgo Kloſter Laſſe dictum. Edita eſt Holmiæ cum præfatione Laurentii Petri Gothi, Archiepiſcopi Anno 1576.

*Jonas* Klint/Paſtor in Steen Oſtro Gothiæ. Scripſit aliqua de ſignis, quæ præceſſerunt motus Liturgicos, ut & de illis ipſis motibus, ut Baazius teſtatur.

NB. *M. Abraham Andreæ Angermannus*, Rector Scholæ Holmenſis, deinde Paſtor Oregrundenſis, mox a R. Johanne ejectus in exilium, tum Paſtor in Salawijk Alandiæ, & privatus Lubecæ victitans, poſtremo Archiepiſcopus Upſalienſis. Ejus reperiuntur

I. Scriptum contra Liturgiam publicatum An. 1579. in 8.

II. Apologia pro fuga ſua ex Regno Sveciæ, lingva Latina Hamburgi per Heur Broderi Anno 1588. in 8.

III. Liber de Sacerdotio Chriſti lingua Latina ibidem in 8.

IV. Forum Adiaphororum, editum Vittembergæ Anno

Digitized by Google

gæ An. 1587. in 8. eo probavit, fieri etiam adiaphora tempore confeſſionis neceſſaria, ut ait Micrælius de eo in Hiſtor. Eccleſ. P. III. p. 347. lingva Latina.

V. De cerimoniis ſeu ritibus Eccleſiaſticis præfatio ampla, præfixa Dialogo Laurentii Petri Archiepiſcopi, ejuſdem argumenti, edita Vittembergæ per Simonem Grönenberg An. 1587. in 8. ſermone populari.

VI. De Statu Eccleſiæ Svecanæ duplici, Evangelico & Liturgico, ſeu Hiſtoria Liturgica, cum Laurentii Petri libro de probatione veri & falſi ſacerdotii, ſeu refutatione Herbeſti, de Conſecratione Sacramentali Euchariſtiæ Lingva Latina. Hamburgi ex officina Henrici Binderi An. 1588. in 8.

VII. Exegeſis ſeu Explicatio Danielis ſcripta per Johannem Draconitam, Theologum Marpurgenſem, ejusqve copioſa mercede, qui DEo recte ſerviat, verſa in ſermonem popularem, cum dedicatione prolixa ad Reginam Gunilam. Vittembergæ per Sim. Grönenberg An. 1592. in 8. Conf. p. 326.

*Petrus Johannes Gothus*, Norcopenſis. Ejus hæc inveniuntur:

I. D. Johannis Groſch Paſtoris Coburgenſis Sententiæ conſolatoriæ ex Scriptura S. pro conſcientiis perturbatis; in Sveticum ſermonem verſæ, editæqve An. 1577. & denuo una cum Molleri natalitiis Chriſti, Roſtochii An 1605. in 8.

II. Auguſtana Confeſſio in Sveticum idioma translata, Dn. Eliſabethæ Svecorum &c. Principi dedicata. Roſtochii per Steph. Möllemann An 1581. in 8.



Digitized by Google

III. Qvæſtiones & Reſponſiones XX. D. Mart. Lutheri & Matheſii pro iis, qui cupiunt abſolutionem & S. Cœnam accipere Holmiæ, 1587. in 8. & iterum una cum Molleri natalitiis Chriſti Roſtochii An. 1605. eadem forma. lingva Svetica.

IV. De cruce ac tentationibus informatio Sanctorum Patrum Martyrumqve cum precibus, imminente morte, ſermone populari. Editum An. 1588. in 8. & ſecunda vice per Thorſtenium Johannis, Muſicum Holmenſem, Holm. An. 1606. eadem forma.

V. Liber precationum ad Catecheſin & Dominicam Paſſionem cum figuris & Calendario, ſermone vernaculo. Editus Anno 1590. Roſtochii apud Mölmann in 8.

VI. Savanarolæ commentatio in Pſalmum 51. verſa in ſermonem popularem. Holmiæ per And. Gutterwitz An. 1591. in 8.

VII. Miles Chriſtianus, ſermone populari. Excuſus Roſtochii per Mölmannum An. 1592. in 8.

VIII. Sententiæ de eadem materia ex Enchiridio Militis Chriſt. Eraſmi Roterodami eodem ſermone ibidem in 8.

IX. Informatio de doctrina Chriſtiana ſermone vernaculo. Ibidem An. 1592. in 8.

X. Savanarolæ Speculum Peccatoris ſeu 7. conciones de pœnitentia verſæ in ſermonem Sveticum ibidem 1593. in 8.

XI. De potentia & viribus Sanctorum Dialogus. Item informatio, qua quis ratione præparare ſe ad preces debeat, ſcriptum utrumqve D. Lutheri, verſum

Digitized by Google

verſum in ſermonem vulgarem. atque publicatum ibidem An. 1593. in 8.

XII. M. Andreæ Muſculi Catechiſmus veterum Doctorum. Item

XIII. Hieronymi Savanarolæ compendium aureum Bibliorum, h. e. ſumma & nucleus Doctrinæ Chriſtianæ in S. Scripturis contentæ, articulis XVII. Item

XIV. Bernhardi ſermo conſolatorius de vita, paſſione, morte, reſurrectione & adſcenſu Chriſti ad cœlos, idiomate populari reddita junctimq; edita Holmiæ per Andr. Guttervitz A. 1595. in 8.

XV. Ordinantia Eccleſiaſtica Heidelbergenſis. Lingva vernacula reddita. Roſtochii A. 1596. in 8.

XVI. Enchiridion religionis Chriſtianæ eodem ſermone translatum. Holmiæ An. 1596. in 8.

XVII. Solatium pro viduis inermibus. Svetico. Roſtochii An. 1597. in 8.

XIIX. Poſtilla in Evangelia Dominicalia, Svetico ſermone. Ibidem per Möllemannum Anno 1597. in 4.

XIX. Breves expoſitiones quarundam inſignium ac memorabilium ſcripturæ ſententiarum ex D. Martino Luthero ſummisque Theologis aliis. ſermone vernaculo editæ ibid. anno eodem in 8.

XX. Pſalmi Davidis cum brevibus ſummariis, gloſſa interlineari & præfixo Calendario, eo adornato pacto, ut ſimul indicetur qvænam & qvot capita ex S. Bibliis ſingulis per annum univerſum diebus legi debeant, nimirum ut Pſalmi Davidis duodecies, h. e. ſingulis menſibus ſemel: Epiſto-

læ Apoſtolorum qvater reliqvi v. Bibliorum libri ſemel abſolvantur. Svetice. Ibid. anno eod. eademqve forma.

XXI. D. Lutheri Paſſionale, ſeu libellus de Paſſione Chriſti cum picturis & precibus, verſus in ſermonem popularem & editus Roſtochii per eundem, ſumptibus Hermanni Sulckes Bibliopolæ Holmenſis An. 1600. in 8.

XXII. De Patientia Chriſtiana ſub cruce. ſermone populari. Ibid. An. 1601. in 8.

XXIII. Theodori Fabricii Hiſtoria certaminis de S. Cœna, verſa in ſermonem popularem, & edita per Stephanum Mölmannum Roſtochii, An. 1601. in 8.

XXIV. Matthæi Tragi concio Sacra de Cœna Domini, verſa ſimiliter & edita An. 1601. Roſtochii apud eundem in 8.

XXV. Georgii Mylii concio de Cœna Dominica, edita An. 1601. in 8. ibidem.

XXVI. Georgii Mylii Parentatio D. Lutheri, verſa pariter in ſermonem Sveticum & edita An. 1601. Ibidem in 8.

XXVII. Caſparis Meliſandri informatio de Jurejurando, Svetice. edita per Reuſnerum Anno 1601. in 8.

XXVIII. D. Lutheri libellus de Baptiſmo, cum explicatione miniſterii Brunſvicenſis, ſermone eodem. Roſtochii per Chriſtophorum Reuſnerum An. 1602. in 8.

XXIX. Philippi Nicolai informatio de Calvinianis ſermone eodem. Ibid. An. 1602. in 8.

XXX.

XXX. Lucæ Pollionis conciones ſeptem de filiorum DEI vita æterna. Subjicitur D. Georgii Mylii concio ſacra, habita in funere Nob. Generoſiſſimiqve Domini b. m. Dn. Achatii Johannis in Tiddön & Eknaholm &c. filii, reliqvorum ultimi ſuperſtitis, defuncti ſepultiq; Jenæ An. 1601. Verſa omnia, editaque Roſtochii An. 1602. in 8.

XXXI. Lucæ Oſiandri Articuli Religionis. Svetice. Roſtochii apud Chriſtoph. Reuſner. 1603. in 4.

XXXII. Poſtilla in Epiſtolas & Evangelia Feſtorum, item in omnes Epiſtolas Dominicales ſermone Svetico, publicata per eundem Roſtochii An. 1603. in 4.

XXXIII. M. Ludovici Mulhuſini Breviarium Bibliorum monoſtichis Latinis ſingula exprimens capita. Item M. Vincentii Schmuck ſententiæ præcipuæ in libro qvolibet occurrentes ſermone populari. Roſtochii per eundem An. 1604. in 8.

XXXIV. Martini Molleri Manuale de præparatione ad mortem. Item

XXXV. Hieronymi Welleri Paſſionale, quo pacto cum fructu paſſionem Chriſti conſiderare, atq; ex ejus reſurrectione conſolari nos debeamus; ſubjuncta ad calcem brevi expoſitione præcepti I. Decalogi. verſa in ſermonem Sveticum & junctim edita ibid. An. 1604. & iterum An. 1632. in 8.

XXXVI. Martini Molleri Myſterium magnum ſeu Meditatio ſacra de Nuptiis Jeſu Chriſti Spiritualibus, verſa in ſermonem popularem editaque Roſtochii per Reuſnerum An. 1604. in 8.



Digitized by Google

XXXVII. Mart. Molleri Soliloquia in Paſſionem Dominicam ſermone Svetico verſa, ibidem per eundem An. 1605. in 8.

XXXVIII. Molleri ejusdem Natalitia Chriſti, ſeu doctrina de nativitate & circumciſione Chriſti, verſa & ipſa ex Germanico in ſermonem popularem editaq; Roſtochii per eundem An. 1605. in 8.

XXXIX. Samuelis Huberi Antipoſitio vel Collatio doctrinæ Lutheranorum & Calvinianorum in præcipuis articulis fidei, lingva Svetica. ibid. An. 1605. in 4.

XL. Urbani Regii Inſtitutio caute ac ſine ſcandalo loqvendi de præcipuis fidei Chriſtianæ articulis. Svetice. Ibid. per eundem An. 1605. in 8.

XLI. Ægidii Hunnii Regulæ vitæ Chriſtianæ in tabulam œconomicam, XII. concionibus comprehenſæ pro ſtatu ac conditione cujuslibet, eodem ſermone. Ibid. An. 1606. in 8.

XLII. D. Eſaiæ Heidenreichs conciones ſacræ decem in Pſalmum qvinqvageſimum primum, verſæ in Sveticum & editæ ibid. An. 1607. in 8.

XLIII. M. Johannis Spangenbergii Explicatio brevis in Acta Apoſtolorum, per qvæſtiones, Svetice. Ibid. An. 1607. in 8.

XLIV. Michaelis Saxen Speculum crucis & conſolationis, deſumptum ex ſimilitudine puerperæ, verſum in ſermonem popularem, atqve editum Roſtochii per eundem An. 1607. in 8.

XLV. Savanarolæ liber conſolationum & expoſitio Pſalmi 31. Svetice. Ibidem An. 1612. in 8.



Digitized by Google

XLVI. Deſ. Eraſmi Adhortatio fidelis ad Chriſtianos omnes, ut diligentia ſumma legant, diſcant, atqve venerentur verbum Divinum & Evangelium, Svetice publicatum ibidem An. 1612. in 8.

XLVII. Avenarii ſcripta conſolatoria in ſermonem vernaculum verſa. Ibidem An. 1612. in 8.

XLVIII. Arnobii Cheffirei Ethici de Antichriſti & Eccleſiæ Romanæ defectione, ſermone Svetico. Ibidem An. 1613. in 8.

XLIX. Johannis Bildſtenii a Marsberg Chriſtianæ Catholicæ doctrinæ demonſtratio accurata, contra hæreticos, verſa in ſermonem eundem, atqve publicata Roſtochii An. 1613 in 8.

L. Virginum corona ſive ſertum honoris, ex Germanico translatum in Sveticum & publicatum Lubecæ An. 1614. in 12.

LI. Pollionis conciones de extremo judicio atq; inferno. eodem ſermone Roſtochii An. 1614. apud hæredes Johannis Reichelii. in 8.

LII. Collectio precationum Sacrarum ſermone populari, miſſa in lucem eodem loco An. 1615.

LIII. De Magiſtratu Politico. Roſtochii An. 1615. ſermone vernaculo. apud hæredes Johannis Richelii in 8.

LIV. B. Cypriani commentatio in Orationem Dominicam, verſa in Sveticum, & edita ibidem An. 1615. apud Joachimum Voth. in 8.

LV. Michaelis Eylers Qvæſtiones & reſponſiones in Pſalmum LXXIII. in ſermonem Sveticum verſæ. Ibidem per eundem eodem anno in 8.

LVI. Enchiridion, id eſt; Clenodium aureum,

ſeu expoſitio Catechiſmi minoris D. Lutheri, ex Germanico D. Johannis Tetelbachii verſa in Svecicum & edita Upſaliæ apud Æſchill. Matthiæ An. 16 8. in 8.

LVII. Quæſtiones & reſponſiones pro iis, qui S. Cœnam cupiunt celebrare, verſæ ex Germanico & publicatæ Holmiæ An. 1618. in 8.

*Benedictus Olai* Svecus, Med. Doctor. Scripſit Librum medicamentorum utilium contra omnis generis morbos, præcipue vero mulierum & infantum, ſermone populari capitibus CXXV. Editus eſt Holmiæ per Andream Torſtani An. 1578. in 4.

*Petrus Brahe*, Senior, Comes in Wiſingborg/ ſcripſit OEconomiam, ſeu de re familiari recte administranda librum, in uſum nobilitatis. Sermone populari. Scriptus eſt An. 1581, editus autem in Wiſingsborg per Johannem Kankel An. 1677. in 4.

*Georgius Olai*, Upſalienſis. Ejus ſunt

I. Calendarium duplex Chriſtianorum & Judæorum, cum Prognoſtico Aſtrologico in annum 1580. Item

II. Prophetiæ de quibusdam ſummis in orbe mutationibus ex ſacris literis deſumptæ. Ut &

III. Prognoſtica Aſtrologica de Anno 1588. ad Annum 1599. incluſivè. Hæc tria junctim edita in lucem ſermone populari Holmiæ per And. Guttervitz An. 1588. in 4.

IV. Hiſtoria Johannis Huß ſermone populari edita Griphisvaldiæ An. 1586.

*Jeſperus Marci*, Paſtor Vadſtenenſis. Scripſit Cantionem de prolapſo ſaxo in Grönendaal/ loco Nor-

Norvagiæ vicino, qva in cantione hortatur populares ſuos ad pœnitentiam, quod lapſus ille regno mala plurima crederetur portendere. Scripta eſt ſermone populari.

*Anonymus* ſcriptor, qvi edidit in lucem Refutationem Declarationis Liturgicæ.

*Anonymus* alius, qui publicavit Admonitionem ad miniſtros Eccleſiæ Svecanæ, iteratam ſubſcriptionem Liturgiæ ab Epiſcopis factam periculo amittendæ ſalutis æternæ non carere, ſcriptam An. 1582. Servabatur in Bibliotheca M. Martin Epiſcopi Lincopenſis, ut ex Baazio apparet.

*Nicolaus Olai* Bothnienſis, LL. Orientt. & poſt Theol. Profeſſor Upſalienſis, tandem electus Archiepiſcopus. Ejus extant NB.

I. De S. Scriptura theſes editæ Roſtochii per Steph. Myliandrum An. 1584. in 4.

II. De libero & ſervo hominis arbitrio theſes in Regia Schola Stockholmenſi ad diſputandum propoſitæ. editæ Holmiæ per Andr. Guttervitz An. 1588. in 4.

III. Analyſis in Apocalypſin B. Johannis. edita poſt Holmiæ opera Engelberti Petri Angermanni An. 1621. in fol.

*M. Andreas Servius*, Gymnaſii Niſſenſis Prof. Philoſophiæ. Edidit Preces collectas undiqvaque, & translatas in ſermonem Sveticum, dedicatas Sigismundo Regi Poloniæ, & Sveciæ hæreditario. Niſſæ. Annus ob laceratum librum non potuit cognoſci. in 8.

*M. Jacobus Erici Skinnerus* Stockholmenſis, Eloq. & Theol. Prof. Vpſal. Ejus reperi



Digitized by Google

I. Epithalamium in nuptias Reginæ Gunilæ, Regis Johannis conjugis ſecundæ, cui etiam inſcriptum & dedicatum eſt. An. 1585.

II. Pſalterium Davidicum verſum in vernaculum, emendatum per Archiepiſcopum Laurentium Nericum, edidit Upſaliæ Amundus Olai An. 1604. in 8.

III. Scripſit aliàs Orationes & Carmina varii argumenti, diverſis temporibus, qvæ hactenus ad me non pervenerunt.

NB. *M. Petrus Jonæ* Theol. Prof. Upſalienſis, poſt vero factus Epiſcopus Stregnenſis. Scripſit

I. Apologiam in ſatisfactionem negatæ Liturgiæ, nomine totius Cleri in diœceſi Stregnenſi. An. 1586.

II. Apologiam pro innocentia ſua & totius Cleri a Rege Johannne condemnatorum perjurii, qvod Liturgiam nollent amplecti, ad Clerum Regni totius, nomine dicti Cleri Stregnenſis An. 1689.

III. Conciones ſacras duas excuſas per Andr. Gutervitz publicavit Holmiæ An. 1600. in 4.

*Elaus Petri* Helſingus. Scripſit Indicem vocabulorum phraſiumqve Latinarum & Græcarum alphabeti ordine, cum explicatione Svetica, ad exemplum Johannis Serrarii Synonymorum, immutatis tamen & adjectis plurimis, vulgo Schwinmagen dictum. Liber dedicatus eſt Sigismundo Principi hæreditario, editusqve Holmiæ per eundem Gutervitz An. 1587. in 8.

*Nicolaus Ringius* Smalandenſis, ſcripſit Prognoſticon Theologicum, ſeu argumenta & teſtimonia

petita

Digitized by Google

:rita ex S. literis de fine mundi imminente, ſerm.
'etico Vittemb. per Grönenberg An. 1587. in 4.

*Andreas Simonis* Paſtor Eccleſiæ Barcharenſis,
us extat Hortulus animæ, ſermone populari.
olmiæ per And. Gutervitz An. 1587. in 12.

*Petrus Pauli* Schedvienſis, Corpus doctrinæ
hriſtianæ vertit in lingvam Sveticam ex Germa-
co, ediditqve Gryphiſvaldii An. 1587. apud Au-
ıſtinum Ferberum in 8.

*Anonymus* de peſte, ejus origine, loco, nota, cau-
; & curatione. Holmiæ excuſus An. 1588. in 8.

*M. Olaus Luth*, compoſuit

I. Dialecticam ſermone Svetico.

II. Aſtronomiam eodem ſermone. Liber uter-
ve ineditus habetur Mſ. inter libros Dn. Joh. Bu-
ei Matth. qvodam Upſal. Profeſſoris.

*Petrus Benedicti* Upſalienſis. Edidit

I. Qvæſtiones & Reſponſiones Lutheri de S.
œna verſas ex Germanico in Sveticum ſermo-
em. Holmiæ An. 1588. in 8.

II. Ejusdem Lutheri libellum de fuga tempore
eſtis, itidem verſum in Sveticum publicavit ibi-
em per And. Gutervitz An 1588. in 8.

*Johannes Petri* Gevalienſis, Rector Scholæ Upſ.

I. Oratio de Reipublicæ cura futuro Regi matu-
; arripienda, habita in Synodo Upſalienſi Anno
89. edita Holmiæ per Gutervitz An. 1604. in 4.

II. Liber de Antichriſto, lingva vernacula. Hol-
ıiæ per eundem anno eodem in 8.

Simon Berchelt pharmacopola Regis Johan-
is, ſcripſit ediditq; librum de medicamentis, lin-
gva

gva vernacula Anno 1589. in 8. titulus ipſe lib
nobis periit.

NB Andreas Laurentii, primo Paſtor Gevalienſis, docet Meſſenius in Chron. Epiſc. p. 50. dein Superintendens Wexionenſis, ut ſe appellat ipſe in ſubſcriptione declarationis Liturgicæ An. 157 poſtremo Archiepiſcopus Upſalienſis. Reperit ejus Epiſtola ad Profeſſores Upſalienſes, carc Holmenſi ob rejectam Liturgiam incluſos, qua purgare conatur a ſuſpicione religionis Papiſtic Scripta eſt An. 1590.

*Petrus Petri Gothus* Sudercopenſis, Paſtor Stoc holmenſis. Edidit

I. Informationem hominis Chriſtiani, exemp plurimis ex Hiſtoriis Sacris pariter ac prophanis luſtratam, ad ſuperanda qvævis mala, peſtem & a mortis pericula, ut ſervetur DEO, bene moriat & vitam conſeqvatur æternam, ſermone popula Holmiæ apud And. Guttervitz. An. 1590. in 8.

II. Precationes pro auſpicio novi anni. Ibid An. 1592. in 8.

NB. *M. Ericus Olai Skepperus* Rector Scholæ Ho menſis, mox Paſtor ibidem primarius, tandem in tumultu Liturgico relegatus Paſtor Civitatis En copenſis factus. Scripſit

I. De periodo Liturgica ſententiam ingenua & apertam, oblatam & inſcriptam Regi Johan An. 1591. Ipſum auctoris autographum, nomen cti Regis forma libri exteriore exprimens, inter bros Dn. Beniamin Skepperi ejuſdem filii Senat ris Gevalienſis poſtea repertum, ſtudio III. Reg

Ca

Cancellarii habetur nunc in Bibliotheca Collegii Antiquitatum.

II. Apologiam pro ſe ac cæteris carceri incluſis Profeſſoribus, qua redduntur rationes, ob quas præſcriptæ a Rege obligationi non poſſint ſubſcribere. Anno 1591.

III. Cœpit etiam ante prædicta ſcribere concordantiam Liturgiæ & Religionis Evangelicæ ad mandatum Regis Johannis: ſed in media ſcriptione ſubſtitit, eamqve reliqvit inconfectam, deterritus ſtimulis diſſvadentis conſcientiæ. Vide Baazium.

*M. Jacobus Gislonis*, Paſtor & Præpoſitus in Wesrol. Scripſit Chronologiam ab initio mundi ad ſua usqve tempora idiomate Latino, qvam poſt filius ipſius Giſſo Jacobi publicavit; dedicavitqve Sigismundo Principi hæreditario. Liber impreſſus eſt Holmiæ apud Andr. Gutervitz An. 1592. in 4.

*Laurentius Johannis Lælius*, Collegii Holmenſis Profeſſor Phyſices. Ab eo publicatum reperitur

I. Speculum virginum, ſecundum decem præcepta, cum Appendice qva continet narrationem brevem de virginibus, qvarum nomina leguntur in Faſtis vulgaribus. ſermone populari. Holmiæ An. 1591. in 8. & iterum Roſtochii apud Chriſtoph. Reuſner. An. 1601. eadem forma.

II. Buntingi Itinerarium S. Scripturæ verſum in lingvam vernaculam cum dedicatione ad Sigismundum Regem. editum Holmiæ per Andr. Gutervitz An. 1595. in fol.

III. De Monetis & menſuris S. Scripturæ eadem lingva ibid. per eundem in fol.

SIGIS-

Digitized by Google

## SIGISMUNDUS MDXCII.

**Hoc imperante publicata reperiuntur ſeqventia.**

NB. *Johannes Schroderus Skytte*, Nicopenſis, ex in- formatore Guſtavi Adolphi poſtea Regis, factu Regni Sveciæ Senator & Baro, in Duderhoff, mu- tisq; Legationibus illuſtris. Emiſit is in publicu

I. Orationem de primis Scandiæ inhabitato- bus, qvam habuit & edidit Marpurgi A. 1592. in 4.

II. Animadverſiones contra Danielem Crame- rum, Profeſſorem Vittembergenſem pro Logica Ramæa, editas Francofurti ad Mœnum ex officin Palteniana An. 1595. in 4.

III. Diſſertationem Mathematicam de Mecha- nicæ artis præſtantia, emolumentis ac fundamenti adverſus Ariſtippeos & Epicureos Philoſophos Adjecta eſt Epiſtola M. Nicolai Cheſnecophor adverſus Antiqvarium Vittembergenſem. Item Lazari Schoneri Tabula artium & profeſſionum Mathematicarum. Lemgoviæ An. 1598. in 4.

IV. Orationem, qva docetur, ſine Eloqventia ad eruditionis faſtigium perveniri non poſſe, habi- tam Marpurgi ad Ducem Brunſvicenſium & Lu- neburgenſium Wilhelmum An. 1598. & poſt e- ditam Holmiæ per Andream Gutervitz Anno 1604. in 4.

V. Orationem de Svecorum Gothorumqve ve- tuſtate & fortitudine, habitam Marpurgi An. 1509. & poſt editam Holmiæ per Andr. Gutervitz Anno 1604. in 4. cum præfatione ad Carolum, Regem deſignatum, eodemq; anno ab authore in lingvam vernaculam emiſſam & excuſam per Amundum

Olai

Digitized by Google

Olai in 8. & altera vice per Nicolaum Wankif An. 1678. eadem forma.

VI. Orationem, qva oſtenditur artium liberalium majeſtas & nobilis eloqventiæ dignitas, habitam Nycopiæ An. 1599. ad Illuſtriſſimum optimæqve ſpei Principem hæreditarium Sveciæ, Dn. Johannem, ipſius diſcipulum, & poſt editam Holmiæ per eundem An. 1604. in 4.

VII. Orationem de ſplendore Collegii Mauritiani, ad Mauritium Haſſiæ Landgravium, habitam Caſſellis An. 1600. & poſt editam Holmiæ per prædictum Gutervitz An. 1602. in 4.

VIII. Informationem brevem, qvibus artibus virtutibusqve oporteat inſtructum eſſe ac exercitatum Principem, qvi ſe ſperet olim ad Regni gubernacula venturum. Ad Guſtavum Adolphum, Principem Sveciæ hærediturium. Holmiæ per Amundum Olai, impenſis Hermanni Sulkens Anno 1604. in lingva populari. Et iterum per Nic. Wankif An. 1678. forma eadem.

IX. Orationem de cauſis tumultuum in Svecia publicatam Holmiæ An. 1609.

X. Orationes tres, habitas in Legatione ad Magnæ Britanniæ Regem, excuſas An. 1618.

XI. Orationem inauguralem, qua inſtituit Profeſſionem, ab ipſo dictam Skyttianam in Academia Upſalienſi, primumq; illi dat Profeſſorem ordinarium, M. Johannem Simonium, antea in Academia Roſtoch Eloqventiam docentem, ut deinceps in hac Skyttiana Eloqventiæ ac Politices profeſſione proponeret juventuti Sveticæ, habitam Upſaliæ

d. 4.

d. 4. Decembris An. 1625. eodemque anno ibi editam per Eſchillum Matthiæ. in 4.

XII. Orationem habitam coram Rege Angliæ Jacobo in reſtitutione periſcelidis Eqveſtris, poſt obitum Guſtaphi Adolphi, una cum deſcriptione ſolennium omnium illius actus, editam Upſaliæ per Eſchill. Matthiæ An. 1635. in 4.

XIII. Enarrationes titulorum octo Juris Municipalis Svetici. Habentur Mſſ. in Bibliotheca Oxenſtierniana & alibi.

*Johannes Erici Salamontanus.* Ejus extat editio ſecunda opuſculorum M. Olai Petri de verbo DEI & præceptis humanis, de fide & bonis operibus, de conjugio clericorum, qvæ vulgavit adjecta præfatione prolixa, ſermone populari. Lubecæ apud viduam Aſveri Krogeri An. 1594. in 8.

*Nicolaus Balck, Holmenſis.* Edidit

I. Catecheſin Muſæi, tranſlatam in ſermonem popularem, Holmiæ per Gutervitz An. 1596. in 8.

II. Militem Chriſtianum Caſparis Huberini pariter verſum in ſermonem Sveticum. Editus eſt Roſtochii per Stephanum Müllmann / impenſis Hermanni Sulkens, civis & Bibliopolæ Holmenſis An. 1599. in 8.

III. Librum diverſarum precum, ſermone populari. Editus & ipſe ibid. An. 1603. in 8.

IV. Æſopi & aliorum fabulas centum eodem ſermone publicatas per Reuſnerum An. 1608. in 8.

V. Opuſculum de reconciliatione fraterna D. Johannis Matthei Smalcaldenſis, verſum in vernaculum ſermonem editumqve Holmiæ apud Reuſnerum An 1611. in 8.

M. Ni-

Digitized by Google

*M. Nicolaus Cheſnecophorus*, Cancellarius Caroli IX. Ejus eſt Epiſtola adverſus Antiqvarium Vittembergenſem, edita per Dn. Johannem Skytte, qui eam orationi aut diſſertationi de diſciplinis Mathematicis ſubjunxit, An. 1598. in 4.

*Laurentius Raimundius*, Paſtor Turingēſis in Sudermannia. Scripſit

I. Hiſtoriam Liturgicam de ortu, malis & fine Liturgiæ in Svecia ſub Johanne Rege inſtitutæ. Cui annexa eſt deſcriptio Liturgiæ, ſeu conſignatio rituum, ſecundum Liturgiam in Miſſa obſervandorum. Liber ſcriptus lingva vernacula habetur Mſ. in Bibliotheca Collegii Antiqvitatum. Adde Baazium in Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. III. c. 47.

II. Exercitium Theologicum, continens difficilioris textus Sacrorum Bibliorum explicationem, ut & locos communes commentarii Lucæ Oſiandri, in breviſſimas & ſimpliciſſimas qvæſtiones & reſponſiones digeſta. Extat Mſ. propria auctoris manu in bibliotheca Dn. Johannis Heyſig tomis duobus, qvorum prior continet Pentateuchum, poſterior Prophetas. Cæteri deſiderantur.

*Johannes Thomæ Agrivillienſis Buræus* Uplandus, Nr in Concilio Upſalienſi Notarius, Secretarius Regius & poſtremo Antiqvarius Regni. Publicavit

I. Runa Rånſiones Läreſpåån / h. e. Elementa Runica uſurpata a Sveo Gothis veteribus, prout ea, cum ex alphabetica doctorum traditione, tum ex lapidibus Runicis imprimis, aliisq; monumentis patriæ ſeu Kalendario paſſim agricolis etiamnum uſitato, adhuc eruere & invenire licuit, obſervatio-

 nibus

Digitized by Google

nibus qvibusdam & exemplis explicata & illuſtrata; Patriæ junctim, ejusq; ſeorſim Principibus hæreditariis Carolo, Johanni & Guſtavo Adolpho ſacrata. in tabula æri propria auctoris manu inciſa, publicata eſt Upſaliæ An. 1599.

II. Tabulam Hieroglyphicam & Emblematicam in Feſtum Coronationis Caroli IX. Regis Veciæ. Servatur ſcripta pictaque propria ipſius manu arte ac induſtria ſingulari in Collegio Antiqvitatum Regio alias non edita.

III. Relationem de ratione & via Regiones Septentrionales ad cultum ſedit Romanæ reducendi, auctore Ditmarſo qvodam Jona Henricſono, de Meldorp, verſam in ſermonem popularem juſſu Regis Caroli. Holmiæ An. 1604. & denuo ibidem apud ignatium Meurer An. 1656. in 8.

IV. Admonitionem Secretarii cujusdam Pontificii ad agnitionem veræ fidei converſi, ad omnes Reges Principesqve Evangolicos, verſam ex Latino in Sermonem Sveticum juſſu Regis ejusdem, editamqve Holmiæ per eundem in 4. An. 1604.

V. Donum nuptiale Informatori Guſtavi Adolphi Principis, Johanni Skytte, ſponſæqve ejus Mariæ Naſwe/oblatum: carmine populari. Excuſum Holmiæ per Amundum Olai An. 1606.

VI. Libellum Alphabetarium, literis Runicis cum interlinearibus Sveticis editum An. 1608. & iterum per Eſch. Matthiæ Upſaliæ An. 1624. in 8.

VII. Primam juventutis Chriſtianæ inſtitutionem literariam, lingva & characteribus Latinis

& Go

& Gothicis ſeu Runicis Holmiæ per Chriſtophorum Reuſnerum An. 1612.

VIII. Famam e Scantzia reducem, ſeu buccinam Jubilæi ultimi, Ecæ Hyperboreæ prænunciatam &c. An. 1616. in 8.

IX. Clangorem bu[illegible]cinæ reducis Eliæ ultimi Jubilæi. An. 1616. in 8.

X. Aram fœderis Theraphici, aſſertioni fraternitatis R. C. quam Roſæ Crucis vocant, conſecratam, carmen elegiacum. An. 1616.

XI. Monumenta Hellingica a Thorone in Angedaal ante aliquot centurias annorum poſita. Subjuncta promiſſione præmii ab ipſo impetrandi, qui lectionem eorum inſolitam incognitamqve potuerit demonſtrare. Edita ſunt Holmiæ Anno 1624. in charta patente.

XII. Konungaſtyreiſe/ id eſt Auctorem veterem de imperio Regis, ex Bibliotheca Illuſtriſſ. Senatoris Domini Johannis Skytte, veteri lingva Svetica ſcriptum primus edidit cum præfatione, gloſſario, & indice. Holmiæ An. 1634. in 4.

XIII. Specimen primariæ lingvæ Scantzianæ, continens declinationes nominum adjectivorum & ſubſtantivorum, ut & ſintaxin eorum in tabula. Holmiæ apud Heinricum Keiſer An. 1636. in charta patente.

XIV. Runam reducem, ſeu Regis Daniæ Waldemari prædictionem de literarum Runicarum reditu ad ſuos, rythmis Sveticis. Holmiæ apud Petrum von Selau An. 1636.

XV. Nymäre Wijſor/ i.e. cantiones ſacras duo-



Digitized by Google

decim, lingva populari. Upſaliæ per Eſchillum Matthiæ An. 1637. in 8.

XVI. Smaragdinam tabulam Chronologiæ Cherubinicæ, hactenus ſigillatæ, pro aſſertione veritatis Evangelicæ ex ungvibus beſtiæ in confirmationem fidelium Auguſtanæ Confeſſionis, & ſolatium gentium, & infidelium emendationem. Upſaliæ per eundem An. 1639. in charta patente.

XVII. Hebræorum Philoſophiam antiqviſſimam, novis artificum obſervationibus illuſtratam, editam in charta patente. Ibid. An. 1641.

XVIII. Kerubiniſta / i. e. Supputationem temporum de diverſis Domini noſtri JEſu Chriſti regnis. Suetice per eundem An. 1644.

XIX. Rugitum leonis Septentrionalis, revelatum ex menſuratione altaris ænei, lingva vernacula impreſſum Upſaliæ per eundem An. 1644. in 8.

XX. Onomaſticon Sveo-Gothicum, continens omnia nomina propria, qvæ in monumentis Runicis occurrunt, cum eorum explicatione. Mſ.

XXI. Antiqvitates Scantzianas. Mſſ.

XXII. Adelrunam redivivam, ſeu ſapientiam Svecorum veterum, & de myſteriis Alphabeti trium Coronarum Regni &c. Sermone populari Mſ.

XXIII. Monumenta vett. Sveonum & Gothorum in patria proprias eorundem literas exprimentia additis verſionibus interlinearibus Latino-Sveticis. Holmiæ typis Petri a Selon in fol.

XXIV. Sumla / i. e. Collectanea varia, pertinentia ad Antiqvitates Sveo-Gothicas, ex novis & veteribus ſcriptoribus, ſine ordine, ut qviq; offerabantur

bantur. Extat Mſ. in Collegio Antiquitatum.

XXV. Collectanea varia, ſervientia Lexico veteris lingvæ Gothicæ conficiendo. Habentur Mſſ. ibidem.

# CAROLUS IX. MDC.

Eo imperante publicaverunt ſua.

*Carolus* Rex ipſe, qui ſcripſit

I. Chronicon Regum Sveciæ a primo Rege ad ſua usque tempora, ſermone populari. Habetur Mſ. in quorundam Bibliothecis, laudaturqve b. m. D. Loccenio inter ſcripta ea, per quæ fuit adjutus in componenda Hiſtoria Svetica.

II. Hiſtoriam vitæ propriæ, rerumque a ſe geſtarum rythmis Sveticis. teſtatur Georgius Tegel in præfatione ſua ad Hiſtoriam Guſtavi primi.

III. Ejusdem juſſu, partim & opera, ſcripta quoque Ordinantia Eccleſiaſtica in aula Principis Caroli obſervanda, edita lingva vernacula per And. Gutervitz An. 1602. in 4.

IV. Reſponſionem ad argumenta contra dictam Ordinantiam prolata ab Archiepiſcopo M. Olao Martini. Mſ.

V. Argumenta quædam ex Patribus, Luthero, & Philippo deſumpta de unione perſonali duarum naturarum in Chriſto, Sacramento Euchariſtiæ illiusq; vero uſu, ex Anonymo verſa in ſermonem Sveticum atq; publicata Holmiæ An. 1604. in 4.

VI. Reſponſionem ad argumenta M. Olai Archiepiſcopi, oppoſita argumentis antea nominatis. Edita Holmiæ per Andream Gutervitz An. 1606. ſermone populari.

VII. Catechiſmum, ſeu ſignum Chriſtianum de fidei articulis & capitibus neceſſariis. Lingva vernacula. Holmiæ An. 1604. in 4.

*Anonymus*, cujus eſt Reſponſio ad orationem habitam a Legato Regis Sigismundi, junctim edita cum oratione ejus Legati Holmiæ per Andr. Gutervitz An. 1604. in 4.

NB. *Petrus Jonæ* Angermannus primo Arbogenſium Paſtor, poſt Epiſcopus Wexionenſis. Publicavit

I. Mylii concionem ſacram de S. Cœna ex Germanico in Sveticum ſermonem a ſe verſam. Roſtochii apud Möllemannum An. 1601. in 8.

II. Reſponſionem ad Epiſtolam Dn. Petri Magni præpoſiti Angelſtadenſis ad qvæſtiones: 1. quo tempore celeberrimi patres N. T. ſucceſſive vixerint. 2. Ubinam in ſcriptis ſuis de præſentia corporis & ſangvinis Chriſti in S. Cœna mentionem faciant. 3. De vetuſtate dogmatis Calviniſtarum, & qvinam ejus præcipui extiterint patroni: lingva vernacula ibidem per eund. anno eodem in 8.

III. Remedia tria contra peſtem, ſermone populari. Liber editus eſt Holmiæ An. 1602.

IV. Normam recte viſitandi Eccleſiam Chriſti eodem ſermone. Excuſa eſt Roſtochii per Reuſnerum An. 1603. in 8.

V. Curſum viſitationis per diœceſin Wexionenſem, fundamentalia capita informationis Eccleſiæ Chriſtianæ in viſitationibus ſecundum ordinem Catechet. proponi ſolita, breviter complectentem. II. Tabulam Oeconomicam concionibus VI. explicatam. Qvibus accedit cantilena, ex Germanico

Phi-

Digitized by Google

Philippi Nicolai verſa, poſtmodùm in Pſalmos Ecclesiæ quoq; recepta, Så ſtiön lyſer then Morgonſtiern / honor nuptiarum Dn. Stenonis Magni Archipræpoſiti Wexionenſis, cujus nomen initiales ſingularum ſtropharum litere exprimunt, idiomate Svetico junctim excuſa An. 1605. in 8.

VI. Concionem ſacram in obitum Dn. Petri Magni Præp. & Paſt. in Angelſtada. Holmiæ per Gutervitz An. 1605. in 4.

VII. Conciones ſacras novem in Evangelia die qvarto feſtorum Natalitiorum Chriſti, Paſch & Pentecoſtis. II. In Evangelium Dominicæ Rogate, ſeqventiumq; dierum Lunæ & Martis. III. De atrocia fornicationis ex 1. Corinth. X. Junctim edita ſunt Holmiæ per Gutevitz An. 1606. in 8.

VIII. Concionem ſacram de miniſterio Verbi ex 1. Cor. IV. in funere Dn. Magni Michaelis Paſtoris in Rorsberga & Præp. Oſtrebårad Holmiæ per Anundum Olai anno eodem in 8.

IX. Concionem ſacram ex Evangelio Dominicæ Eſto mihi, Luc. XVIII. in funere Chriſtinæ Petri filiæ in Hwetelanda. Ibid. per eundem anno eodem in 8.

X. Concionem ſacram de Eleemoſinis ex Tob. XII, 5. ad 9. in 8.

XI. Homilias in textus pænitentiales Anni 1615. ex Joel. II, 1. ad fin. Dan. V, 1. ad 25. Jonæ III, 1. ad fin. Pſalm. LXXV, 1. ad fin. 2. Paral. XX, 1. ad 31. 1. Sam. VII, 1. ad 12. Pſalm. CXXX, 1. ad fin. Exod. XVII, 1. ad 13. Pſalm. III, 1. ad fin. Addita ad calcem Confeſſio & mors duodecim Apoſtolo-

ſtolorum, Evangeliſtarum, aliqvot Prophetarum & prædariorum Martyrum. ſermone Latino. cum prolixa ad Guſtavum Adolphum Regem dedicatione. Witteberga per Joh. Gormannum An. 1616 in 8.

XII. Conciones funebres triginta in textus varios V. & N. Teſtam. qui in manuali Eccleſiaſtico Svetico extant, ſermone vulgari. Roſtochii per Joach. Fuſs An. 1623. in 4.

XIII. Concionem funebrem ſuper obitu Dn. Annæ Trolle. Holmiæ apud Ol. Olai An. 1620. in 4. in qua relatio Hiſtorica de origine Trollorum, citata poſtmodum a Nob. Dn. Gyllenſtolpe in deſcript. Svec. l. VIII. c. 7.

XIV. Concionem ſacram in funere M. Jonæ Rothovii Superintendentis Calmarenſis ex Matth. XXV, 14. ad 31. excuſam Calmariæ per Chriſt. Gunther. An. 1627.

NB *Olaus Martini* Nycopenſis, Martini Epiſcopi Lincopenſis filius, Scholæ Nycopenſis (Neapolitanam vocat Meſſenius in Chron. Epiſc. p. 51.) Rector & poſt Archiepiſcopus. Hic edidit

I. Refutationem theſium Theodori Micronii Calviniani, publicatam An. 1602. Habetur Mſ alias inedita.

II. Collectanea veterum doctorum de perſona Chriſti & Cœna Dominica oppoſita collectaneis Caroli Regis. ſermone populari. Holmiæ per Amundum Olai An. 1606. in 4.

III. Concionem ſacram de cavendis pſeudoprophetis ad Matth. c. VII. cum dedicatione ad Civitatem

tatem Holmenſem. Ibid. per eund. anno eod. in 4.

IV. Conciones nundinales IV. ex Amoſ. IV, 6. ad fin. Ezech. VI, 11. ad fin. Jerem. XVIII, 7. ad 13. & c. XXX, 12. ad 18. poſtea ibidem editas per Reuſnerum An. 1615, in 4.

V. Concionem ſacram in dictum Pauli ad Rom. XIV, 7. 8. 9. in vernaculam lingvam poſtea verſam & editam per Ol. Olai ibid. An. 1620.

*Petrus Kenicius* Bothnienſis, Logices, mox Theo- NB. logiæ Profeſſor Upſalienſis, dein Epiſcopus Scarenſis, & deniqve Archiepiſcopus. Reperiuntur ejus

I. Diſputationes variæ, præſertim Synodales diverſis editæ temporibus in 4.

II. Compendium Theologicum Matth. Haſenreſſeri editum cum præfatione ad Rectores & Collegas Scholarum per Sveciam, Holmiæ An. 1612. in 8.

III. Admonitio ad pœnitentiam & celebrationem Anni Jubilæi ſermone populari edita Anno 1621.

IV. Feſtum Jubilæum primum, ſeu tres conciones ſacræ in Exod. c. I. v. 14. & ſeq. habitæ in die precum publicarum, celebratarum d. 21. Januarii An. 1621. ſermone populari, & excuſæ Upſaliæ per Æſchillum Matthiæ annno eodem in 4.

V. Concio funebris in obitum Gulich Pauli, Andreæ Laurentii Paſtoris ad Ridderholmen uxoris, Holmiæ An. 1622. per Meurerum in 4.

VI. Eccleſiæ liber manualis ab eo reviſus, addita præfatione ad lectorem Chriſtianum, ut apparet ex editione Holmenſi per Meurerum An. 1637. in 4.



Digitized by Google

NB. *Laurentius Paulinus* Sudercopenſis Oſtrogothus, Mathemathum primo, poſt Theologiæ Profeſſor Upſaliæ, tum Epiſcopus Stregnenſis, & tandem Archiepiſcopus. Hic in lucem miſit

I. Panegyrin Philoſophicam, ſeu deſcriptionem Actus promotorialis in creatione Magiſtrorum ſeptem & Baccalaureorum qvindecim, quæ fuit promotio prima, Upſaliæ facta poſt religionis reformationem, contigitqve An. 1600. in 4. Holmiæ typis Gutervitz An. 1604. in 4.

II. Analyſin Catecheſeos Chythrei expoſitam in Academia Upſalienſi, An. 1602. Mſ.

III. Theſes de Officio Chriſti diſqviſitioni publicæ propoſitas in Conventu Stregnenſi Anno 1609. in 4.

IV. Auream ſalutis catenam, i. e. Exegeſin duorum præcipuorum doctrinæ Chriſtianæ capitum de Prædeſtinatione & Juſtificatione. Holmiæ per Reuſnerum An. 1610. in 4.

V. Concionem ſacram in funere Dn. Georgii Claudii Stiernſfold de Wijby & Tuna R. Sveciæ Senatoris &c. ex 2. Sam III, 31. ad fin. An. 1611. Holmiæ apud Anund. Olai An. 1612.

VI. De bonis operibus. ibidem per Meurerum An. 1613. in 4.

VII. Joſiæ Regis Judæ Hiſtoriam, propoſitam in depoſitione funeris Regis Caroli IX. ſermone populari, Nycopiæ habitam 1612. Edita eſt Holmiæ per eundem An. 1613. in 4.

VIII. Explicationem Symboli Carolini, *Jehova Solatium meum*, in funere Sophiæ filiæ Regis &

Du-

Digitized by Google

Duciſſæ Saxoniæ in Engern ac Weſtphalen/lingva Svetica. ibid. excuſa per eundem An. 1613. in 4.

IX. Doctrinam de peccato tum Angelorum, um hominum, ex articulo ſecundo & decimo no-no Confeſſionis Auguſtanæ. Holmiæ per Meure-rum An. 1614. in 4.

X. Piam disqviſitionem de termino vitæ huma-næ ſermone populari ex Pſal. CII, 25. in funere Dn. Olai Erici Geſtricii, Paſtoris in Kiulà & Sund-by Holmiæ typis Reuſnerianis An. 1615. in 4.

XI. Dyatipoſin Eccleſiæ Chriſti & Sathanæ, Holmiæ apud eundem An. 1615. in 4.

XII. Theſes de Eccleſia Chriſti & Sathanæ, cum Appendice de Ethicæ Gentilis e Scholis Chriſtiano-rum ejectione. Holmiæ apud Meurerum An. 1615. Suſpicor, eſſe idem ſcriptum cum ſuperiori, nam il-lud quidem ſeorſum hactenus non vidi.

XIII. Orationem de Studio S. Theologiæ recte inchoando, editam Holmiæ An. 1616. cum eſſet habita An. 1600. qvo Profeſſionem Theologicam Upſaliæ ordiebatur, ad retundendas (ut ipſe indi-cat) malevolorum criminationes. in 4.

XIV. Scholas Ethicas, ſeu Animadverſiones in impiam defenſionem a Practico Upſalienſi in cau-ſa Ethicæ Gentilis ſuſceptam, editas Holmiæ prælo Reuſneriano An. 1616. in 4.

XV. Concionem in funere Dn. Nicolai Stiern-föld R. Sveciæ Senatoris &c. An. 1618. ex 1. Mac-cab. IX, 1. ad 22. Stregneſii per Joh. Barck. A. 1630.

XVI. Exegeſin Articuli de S. Cœna. Holmiæ An. 1620. in 4.

XVII.

XVII. Feſtum Jubilæum Guſtavianum. Ibidem An. 1621. in 4.

XVIII. Analyſin textuum Biblicorum, in dicto Jubilæo pro concione explicandorum, utpote d. 20. Januarii pro concione præparatoria ex Joh. II, 1. ad 12. die ſeqvente Exod. I, 1. ad fin. cap. XIV, 1. ad fin. c. XV, 1. ad 22. d. 20. Febr. Pſal. C, 1. ad fin. die ſeq. 2. Paral. XIX, 4. ad fin. c. XX, 1. ad fin. Pſal. LXV, 1. ad fin. d. 20. Martii Pſal. CXXXIII, 1. ad fin. die ſeq. Deut. VIII, 1. ad fin. c. XI, 1. ad 29. Pſ. CXXXII, 1. ad fin. Ibid. Anno eod. prælo Reuſneriano in 4.

XIX. Ethicam Chriſtianam tomis ſeptem, ſermone populari, cujus ſunt

Pars I. de ratione bene vivendi, in Decalogum. Holmiæ per Reuſnerum An. 1617.

Part. II. de rat. bene vivendi tom. I. in Symbolum Apoſtolicum & Orationem Dominicam. ibid. per eund. An. 1624.

Tom. II. de Sacramentis. ibidem per eundem An. 1621.

Prax. General. de Pœnitentia ejusq; partibus &c. capp. XX. Stregneſii per Ol. Olai Enæum An. 1615. typis Conſiſtorii.

Prax. Special. partis II. tom. I. de Monarchia Pacata, articulis V. ibid. per eund. An. 1628. typis Paulin.

Tom. II. De Monarchia Turbata capp. XXIII. Ibid. per Barkenium An. 1629. typis Paulin.

Tom. III. De Archomenoſcopia. Ibid. per eund. An. 1630. omnia in 4.

XX. Cometoſcopian, eadem lingva, partibus III.

III. capitibus 21. diſtributam. Holmiæ per Meurerum An. 1623. in 4.

XXI. Loimoſcopian, ſive ſpeculum peſtis, ſermone populari. Stregneſii per Olaum Enæum Anno 1623. in 4.

XXII. Orationem de Angelicis & Pythonicis adparitionibus, nominatim vero de præſtigiis Kumblæis. ibidem typis Paulinianis per Barkenium An. 1630. in 4.

XXIII. Præfationem ad Scholam Captivitatis Dn. Caroli Gyldenhielm editam An. 1632. in 4.

XXIV. Clenodium Eccleſiæ Dei, in quo Calendarium, Catechiſmus, Precationes, liber Pſalmorum continens emendationes cantionum vulgo receptarum in Eccleſiis Svecanis & novas non paucas ipſius aliorumque; Evangelia & Epiſtolas, Paſſionem Dominicam, excidium Hieroſolymitanum cum ſummariis & analyſi Logica, publicatum primum eſt Stregneſii An. 1633. in 8. per Barkenium typis Paulin.

XXV. Hiſtoriam Arctoam, tribus comprehenſam libris ab orbe condito ad ipſius usqve tempora; Stregneſii per eundem An. 1636. in 4.

XXVI. Orationem de Regni Chriſti in his terris conſtitutione & conſervatione habitam Upſaliæ 21. Septemb. An. 1637. cum factus eſſet Regni Archiepiſcopus, ibidemqve editam per Æſchilum Matthiæ. Adjuncta eſt Confirmatio Regia, cum literis mandatorialibus ad Clerum Diœceſeos Upſalienſis in 4.

XXVII. Conſtitutiones Eccleſiaſticas propoſitas

d. 22.

Digitized by Google

d. 22. Septemb. An. 1637. & communi conſenſu approbatas (verba ejus propria pono) ut per Regnum univerſum obſerventur. Adjunctæ ſunt Orationi præmiſſæ in 4.

XVIII. Orationem de Doctrinæ cœleſtis promptuario & duplici eandem recte propagandi methodo, Concionatoria & Catechetica, habitam in Synodo d. 8. Septemb. A. 1640. eodemq; anno excuſam typis Paulinianis per Amund. Greſwe in 4.

XXIX. Theſaurum Catecheticum, Theoreticum & Practicum. Editum Holmiæ per Reuſnerum An. 1640. in 4.

XXX. Orationem habitam in promotione qvinqve Doctorum Theologiæ, publicatam Anno 1640. in 4.

XXXI. Declarationem Exegeſeos in Catachiſmum Lutheri lingva populari a ſe conſcriptæ. ſermone Latino: typis Paulin. Upſaliæ per Amundum Greſwe An. 1641. in 4.

XXXII. ExegeſinCatecheticam ſermone vernaculo eâ ipſa auctiorem paulo ac emendatiorem, qvæ in Declaratione comparet. Upſal. per Eſch. Matth. An. 1624. in 8.

XXXIII. De jure patronatus & vocatione Miniſtrorum verbi Divini. ibid. per eund. An. 1643. in 4.

XXXIV. Clenodium conſolationis. De ſummo bono. lingva vernacula. Chriſtinæ Reginæ conſecratum. Ibidem apud eundem An. 1646. in 4.

XXXV. Commonefactionem ſeu principaliſſima duo doctrinæ cœleſtis Legis & Evangelii fundamenta, ibid, per eundem An, 1646, in 4.

XXXVI

XXXVI. Ordinem ſeu formulam præcationum, ſecuntam approbationem Conſiſtorii Upſalienſis 12. Sept. An. 1638. factam. ibid. per eund. Anno 1646. in 4. lingva vernacula

*Magnus. Jonæ* Parochus in Mjöleby Oſtrogothiæ. Ejus reperitur Informatio de juramentis & blasphemiis, ſermone populari. Holm. A. 1601. in 8.

*Gutmundus Petrejus Salverpianus* Smalander, Paſtor in Acker Sudermanniæ, de Anno novo recte inchoando. lingva vernacula Edit. An. 1602. in 8.

*Johannes Laur. Becchius*, Paſt. in Bro Roſſag. Analyſin Catecheſeos Chytrei a D. L. Paulino in Acad. Upſal. expoſitæ publice, excepit An. 1602. Mſ. in Bibliotheca Dn. Olai Sparman ejusdem ex filia nepotis ſervatur.

*Marcus H. Helſingius*, Theol. Prof. Aboenſis. Ejus eſt Elenchus ſeu refutatio theſium Calvinianarum ex ordinantia Heidelbergenſi decerptarum, & translatarum in ſermonem Sveticum per Petrum Joh. Gothum. Publicatum eſt opuſculum Roſtochii apud Reuſnerum An. 1603. in 8.

*Nicolaus Laurentii Bullernaſius* Paſtor in Odenſala. Scripſit

I. Librum de Peſte, in quo I. adhortatio ſeu informatio qvid tempore peſtis meditari, & qvomodo pie nos conſolari debeamus. II. de qvadrifario illo cœtu qui tempeſtatibus his talibus reperiri ſolet. III. breves qvæſtiones ex Pſalmo XCI. lingva vernacula Mſ.

II. Speculum aureum continens I. adhortationem publicam ad preces, cum teſtimoniis ex S. Scri-

Scriptura de auxilio Divino invocantibus præſti-to. II. Expoſitionem ſuper Orationem Dominicam. III. Informationem quomodo DEO mane & veſperi commendare homo ſeſe debeat. IV. Pſalmos tempore peſtis utiles eadem lingva. Mſ.

III. Catechiſmum Cyriaci in ſermonem popularem verſum duobus tomis itidem Mſ. Habentur omnia apud dictum Dn. Sparman Conf. p. 327.

*Enoch Haquini* Paſtor ſive Parochus in Swanhals Oſtrogothiæ. Emiſit

I. Sententiam conſolatoriam pro hominibus anxiis triſtibusque in hac extrema mundi ſenecta ſermone populari. Excuſa eſt Holmiæ per Amund Olai An. 1604. in 8.

II. Moſis Placheri conciones Catecheticas, e Germanico verſas in ſermonem Sveticum. Roſtochii apud Mollemannum An. 1610. in 8.

*Ericus Benedicti Schroderus* Nycopenſis, Tranſlator ſeu Interpres Regius librorum, vertit ex Latino, Germanico, Gallico idiomate in Sveticum plurima, quæ omnia explorare necdum potui. Quæ innotuerunt hactenus, ſunt iſta:

I. Donum Regium Jacobi Regis Angliæ, excuſum Holmiæ per Amundum Olai An. 1606. in 8. & altera vice ibid. per Nicol. Wankif An. 1678 forma eadem.

II. Sleidanus de Quatuor Monarchiis, quem dedicavit Principi Johanni, Duci Oſtrogothiæ, editus ibid. per Gutervitz An. 1610. in 4.

III. M. Leonharti Jacobi Northuſani litera-

con-

Digitized by Google

conſolatoriæ in uſus Chriſtianorum, conſtitutorum ſub cruce. Holmiæ An. 1611. in 8.

IV. Defenſio fundamentalis articulorum quatvor, de S. Cœna, Perſona Chriſti, Baptiſmo & Prædeſtinatione, in quibus diſſenſus eſt inter nos & Calvinianos, per Theologos Saxonicos adornata. Holmiæ per Anundi Olai viduam An. 1612. in 8.

V. Oratio Hemmingii Gaddi contra Danos. Holmiæ An. 1612, in 4.

VI. Fulvii Paciani Comitis de Modena Diſcurſus Politicus de vero juſtoque Principe & arte imperandi. Holmiæ per Meurerum An. 1616. in 8.

VII. Ant. Guevaræ Expergefactor aulicorum, editus Holmiæ per Reuſnerum An. 1616. in 8.

VIII. Hutteri Compendium LL. Theologicorum. Holmiæ per Meurerum Anno 1618. in 8.

IX. Cauſæ & Remedia publicorum Malorum. Holmiæ per Reuſnerum An. 1618. in 8.

X. Georgii Wald Proceſſus forenſis. Holmiæ per eundem An. 1619. in 4.

XI. Johannis Magni Hiſtoria Svecana. Ibidem An. 1620. in folio, per Meurerum

XII. Speculum pudicitiæ, publicatum Holmiæ An. 1622. per eund. & iterum ibid. An. 1657. in 12.

XIII. Michaelis Neandri Speculum humanum. Holmiæ per Reuſnerum An. 1622. in 8.

XIV. Philippi Cominæi Hiſtoria. Ibidem per Meurerum An. 1624. in fol.

XV. Wilhelmi Uſſelingi Diſcurſus de navigatione Indica. Holmiæ. 1626. in 4. per eundem.

XVI. Johannis Crugeri Piæ Meditationes vel

Exercitia fidei. Holmiæ per Reuſnerum An. 1626. in 8.

XVII. Balthaſaris Mentzeri de quatuor Articulis fidei inter nos & Calvinianos controverſis. Ibidem per eundem Anno eodem. in 8.

XVIII. Caroli Regis Magnæ Britanniæ admonitio ad omnes Principes Germaniæ de promovendo bello contra Papam. An. 1626. in 4.

XIX. T. Livii Hiſtoria, ibid. per Meurerum An. eodem in fol.

XX. Doct. Laurentii Mulleri, Secretarii Curlandici Memorabilia, quæ in Svecia, Polonia, Ruſſia, Germania, Livonia, Tartaria &c. evenerunt. Holmiæ per Meurerum An. 1629. in 8.

XXI. Anton. Guevaræ Hiſpani Diſſertatio de vitæ aulicæ moleſtia, & ruſticæ jucunditate translata in Svecicum. Additur in fine Juſti Lipſii epiſtola in laudem vitæ ruſticæ. Holmiæ per Meurerum An. 1629. in 8. & altera vice ibidem per Nicol. Wankijf An. 1675. forma eadem.

XXII. Caſmanni Armamentarium ſacrum contra mortem. Holmiæ An. 1634. in 8. prælo Schroderiano.

XXIII. Lucæ Oſiandri Hiſtoria Eccleſiaſtica, edita An. 1635. in folio.

XXIV. Tyrannis Gotzii, exercita per Pomeraniam, præſertim vero urbem Paſevalch. ex Typographia propria An. 1636. in 4.

XXV. Eerdinandi Donrátl. Execranda perſecutio & Reformatio Eccleſiæ Romanæ. Holmiæ ex Typographia Translatoris An. 1637. in 8.

XXVI.

Digitized by Google

XXVI. Ærarium deſideriorum ſalutarium. item. Heraclitus de vanitate vitæ humanæ ac miſeria. Ex Gallico verſa in Sveticum & edita Holmiæ per Henr. Keiſer An. 1638. in 12.

XXVII. Philippi Mornæi Conſideratio vitæ ac mortis humanæ. Aroſiæ per Petrum Wald An. 1369. in 8.

XXVIII. Schola Crucis. Holmiæ An. 1641. ex typographia propria in 8.

XXIX. Phil. Kegelii Meditationes ſacræ. Ib. per Meurerum An. 1642. in 8.

XXX. Informatorium Maternum, quomodo parentes primis ſex annis liberos ſuos educare debeant, verſum ex Eraſmo Ibid. An. 1642. ex typographeo auctoris in 8.

XXXI. Martini Molleri Praxis Evangeliorum, Holmiæ An. 1643. ex typographia propria, propriisque ſumptibus. in fol. & poſtea apud Henr. Keiſer in 4. bis excuſa.

XXXII. Johannis Olai Relatio Hiſtorica de Chriſtierno tyranno rhytmis Sveticis ſcripta, editaque emendatius Holmiæ An. 1644. in 4.

XXXIII. Ludovici Bayli Praxis Pietatis, ibidem per Henricum Keiſer An. 1644. in 8.

XXXIV. Ægidii Albertini Hortulus muliebris quadripartitus, Holmiæ An. 1645. ex typographia Translatoris in 8.

XXXV. Nic. Hunnii Epitome Credendorum. Nycopiæ per Am. Grefwe An. 1647. in 8.

XXXVI. Johannis Arnd Hortus Paradiſi, ſeu Preces Sacræ, Nycopiæ per eundem An. 1648. in 8.

XXXVII. Chronicon Carionis. Nycopiæ per eundem An. 1649. in folio.

XXXVIII. Hildebrandi Magia Naturalis. Holmiæ per Henr. Keiſer An. 1654. in 12.

XXXIX. Ratichii Didactica. in 8.

XL. Liber precationum pro gravidis. in 16.

XLI. Ant. Guevaræ Paradiſus ſexus muliebris. in 8.

XLII. Gilberti Cognati Famulus domeſticus. in 8.

XLIII. Lutherus de ædificatione Scholarum atque educatione Juventutis.

XLIV. De Adminiſtratione bonorum Eccleſiaſticorum & hoſpitalitiorum ex B. Luthero atq; aliis.

XLV. Lutherus de Matrimonio & Bugenhagius de malitioſa deſertione.

*Sigfridus Aronus Forſius*, Nylandia Finno, Mathematum profeſſor Upſalienſis poſt Mathematicus Regius, dein Paſtor Holmenſis ad Inſulam Riddarholm / tandem Paſtor in Ekenäs in Nylandia. Edidit

I. Diſſertationem de Cometis in genere, ac in ſpecie de eo, qui apparuit An. 1607. ſermone Svetico, dedicatam Regi Carolo, & publicatam Holmiæ per Amundum Olai An. eod. in 4.

II. De Phaſmatibus & impreſſionibus cœli diſſertationem, & in ſpecie deſcriptionem Pareliorum qui apparuerunt Anno 1608. lingva vernacula. Holmiæ typis Guttervitzianis. in 4.

III. Concionem nuptialem in honorem Dn. Johannis Sigfridi habitam in Hammars und territo-



Digitized by Google

trii Trœgdenſis, editamque Holmiæ per Guttervitz. An. 1608. in 4.

IV. Prognoſticon Aſtrologicum in annum 1609. excurſum ibidem eodem anno. ſermone populari.

V. Prognoſticon Aſtrologicum ab anno 1611. ad annum 1620. cum præfatione prolixa ad Regni Sveciæ Senatores pro Aſtrologia, lingva populari. Holmiæ An. 1609. apud Amundum Olai. in 4.

VI. Libri tertii & quarti Eſdræ, qui Apocryphis annumerantur, ex Latino in ſermonem Sveticum translationem, editam ibidem per eundem anno 1613. in 8.

VII. Mineralogiam, ſeu de metallis & foſſilibus commentationem, publicatam ibidem dicto anno. in 8.

VIII. Concionem ſacram in diem Veneris, qua Chriſtus eſt crucifixus, ſermone populari. Edita eſt ibidem An. 1614.

IX. Speculum vitæ humanæ diſtichis Latinis ante annos centum ſcriptum, rythmis Sveticis uberioribus per eum redditum cum paraphraſi ejusdem ſermonis genere in cantilenas *Dies iræ dies illa ſolvet mundum in favilla. Vanitatum vanitas. Scribere propoſui.* &c. Ibidem per Meurerum Anno 1620. in 8.

X. Phyſicam libris novem comprehenſam conſcriptamque Svetico idiomate. Habetur Mſ. in Collegio Antiquitatum.

*Georgius Wintroſius* Lector Stregnenſis. Ejus extat de Motu primo Aſtrorum liber, nunquam editus.

tus, habetur Mſ. in Bibliotheca Dn. Silnæi Theol. Lect. Stregn. ut mihi retulit Dn. Laurentius Norrmannus.

*Iſrael Olai* Paſtor Lincopenſis. Ejus ſunt theſes de S. Cœna in Synodo Lincop. An. 1666. Holmiæ per Gutervitz in 4. Conf. p. 327.

*Ericus Suenonis Roſpigius* Paſtor in Hedemora/ Edidit quæſtiones & reſponſiones de S. Cœna & Baptiſmo ſermone populari. publicatæ ſunt Holmiæ per Anund. Olai An. 1606. in 8.

*Petrus Erici* Paſtor ſive Parochus Stockholmenſis. ab eo D. Simonis Muſæi Poſtilla Evangelica & Epiſtolica verſa in ſermonem vernaculum An. 1582. publicavit poſtea ejus filius Nicol. Holmenſis, V. miniſter & Paſt. Calmarenſis Holmiæ per Ol. Amundi, ſumptu Nob. Thuronis Jacobi in Stimsholm An. 1606. in 4.

*Anonymus* qui ſcripſit Exegeſin hiſtoricam de renunciatione obſequii erga Sigismundum, facta per Ordines Regni Sveciæ, lingva populari, impreſſam Holmiæ per Gutervitz An. 1607. in 4. poſtea Latine quoque per eundem An. 1610. forma eadem.

*Anonymus* qui edidit Informationem de S. Cœna, lingva vernacula Holmiæ An. 1607.

*Henricus Johannis Careel.* A quo habemus Legem politicam DEI ex Latino Franciſci Ragueli verſam in ſermonem Sveticum & editam Roſtochii An. 1607. & ſecunda vice Holmiæ per Meurerum An. 1638. in 4.

*Daniel* Hanſon Hund in Runſiö Superioris Selæ, Nobilis, Scripſit Hiſtoriam belli Trojani lingva ver-

vernacula, quæ habetur Mſ. in Bibliotheca Dn. Olai Sparman. Annus adſcribitur 1607.

II. Chronicon Regis Erici XIV. rhytmis Sveticis in forma cantilenæ. extat Mſ. in Archivo Regio.

*Anonymi*, quorum cura reviſus eſt Codex uterq; LL. municipalium & provincialium, juſſu Regis Caroli IX. & publicatus An. 1608. in fol. cum præfatione & confirmatioue Chriſtophori Regis, & delineatione Sigilli duplicis appenſi, unius pertinentis ad Regem Chriſtophorum, alterius ad Sveciæ regnum.

*Petrus Petrejus* Upſalienſis, Regis Caroli & Guſtavi Adolphi miniſter aulicus, ut ſe ipſum appellat. NB Ab eo habentur ſequentia:

I. Hiſtoria Pſeudo-Demetrii, ſeu Griska Drepeia, Ducis Moſchovitarum, ſermone Svetico. Holmiæ An. 1608. in 4.

II. Caſpari Meliſandri preces verſæ in eundem ſermonem. apud Anundum Olai Ib. An. 1609. in 8.

III. Chronicon Regum Sveciæ tribus libris abſolutum, editum Holmiæ apud Reuſnerum Anno 1611. & ſecunda vice ibidem apud Meurerum Anno 1614. forma eadem. iterumque An. 1656. in 8.

IV. Doct. Nicolai Ravaldi Archiep. Upſal. Orationem in Concilio Baſilienſi 1440. habitam in Sveticum verſam edidit 1614. per Meurerum in 4.

V. Regni Moſchovitici Sciagraphia, ſeu Chronicon rerum Moſcoviticarum conſtans libris ſex, quorum, 1. continet deſcriptionem regionis. 2. Duces. 3. Ritus eligendi eos. & coronandi. 4. Rem militarem. 5. Veſtimenta & adminiſtrationem pu-

blicam. 6. Religionem & ſacra. editum ſermone Svetico Holmiæ An. 1615. in 4.

V. Inſtitutio brevis lingvæ Finnonicæ.

NB. *Johannes Baazius*, Smalandus, primum Rector Scholæ Wexionenſis, poſt Paſtor & Præpoſitus Jenecopenſis, demum Epiſcopus Wexionenſis. Ejus reperiuntur publicata:

I. Ἀσξίδιον de cauſis hæreſeon & ſectarum religionis. Excuſum eſt Gieſſæ Haſſorum An. 1608.

II. Tabula Chronologica, publicata Helmeſtadii An. 1618. Apud Hæredes Jacobi Lucii in 4.

III. Breviarum Computi Eccleſiaſtici. Ibidem eodem Anno in 8.

IV. Harmonia Evangeliorum, edita Calmariæ An. 1627. in 4. per Guntherum

V. Commentarius in Apocalypſin Johannis lingva vernacula ibidem An. 1629. in 8.

VI. Concio funebris in obitum Annæ Magni; ex Pſalm. XC. 10. 11. 12. ibidem An. 1630. in 4. per eundem.

VII. Hiſtoria Eccleſiaſtico Sveo-Gothorum, libris octo comprehenſa, ab initio mundi ad ipſius usque tempora, excuſa Lincopiæ per Guntherum An. 1642. in 4.

VIII. Diſſertatio de legitima vocatione miniſtrorum verbi Divini, notatis iisf raudibus, quæ adverſum conſvetudinem tribus poſt Apoſtolicum ſæculis ſervatam in patria admittuntur. Non eſt edita, ſed Mſ. ſervatur in Bibliotheca Oxenſtierniana.

IX. Apologia, in ſatisfactionem copulatæ cum novo marito, Lincopiæ apud Guntherum An. 1646. in 8.



Digitized by Google

*Sylveſter Johannis Phrygius* Calmarienſis, Poëta Laur. Cæſareus, Scholæ cathedralis in Ducatu Oſtrogothiæ Rector, poſt Paſtor & Superintendens Schedvienſis, dein Guthoburgenſis. Scripſit

I. Concionem ſacram in nuptiis Iſaci Rothovii habitam Nicopiæ An. 1604. cum ſcriptis gratulatoriis. ex Geneſ. c. XXIV. toto. excuſam anno ſequente in 8.

II. Concionem ſacram in funere Ulphonis Johannis Sneckenborgj ex 3. Reg. XVII. toto. Holm. per Amund. Olai An. 1610. in 4.

III. Concionem ſacram valedictoriam habitam Lincopiæ ex Actor. XX. toto. ibid. per Meurerum An. 1613. in 4.

IV. Concionem ſacram in funere Andreæ Ekeſtad ex 2. Cor. IV, 17. 18. per eundem eodem anno in 4.

V. Formulam honeſtæ matronæ, i. e. concinem nuptialem ex cap. Syrac. XXVI. toto. per eund. An. 1615. in 4.

VI. Vitæ cœleſtis ideam umbratilem, ſive conciones Sacras VI. in manifeſtationem Chriſti in monte Thabor. per eund. anno eod. in 4.

VII. Concionem ſacram in obitum Dn. Erici Ribbing Regni Sveciæ Senatoris. ex Pſalm. XC. 1. ad 13. per eund. An. 1617. in 4.

XIII. CoronariumGuſtavo Adolpho Regi oblatum in ejus coronatione. ibid. per Reuſ. An. 1617.

IX. Orationem præfatoriam in concionem ſacram b. Petri Nigri Epiſc. Aroſienſis in funere ejusdem Regis. utramq; ſermone populari. Item



Digitized by Google

X. Parentationem Epigrammaticam in recor dationem Guſtavi I. Regis ſermone Latino. Ibid per Ol. Olai An, 1620. in 4.

XI. Orationem Encomiaſticam in vitam Johan nis III. Regis ſermone populari.

XII. Relationem de obitu ejusdem Regis Lati no-Sveticam.

XIII. Threnologiam Dramaticam in laudem ejusdem Regis. lingva Latina.

XIV. Epicedia in obitum Gunilæ Bielke Regi næ Svecorum ſermone eodem, per eund. anno eod junctim edita in 4.

XV. Concionem ſacram in obitum Johanni Ducis Oſtrogothiæ, Johannis III. Regis filii, e Pſalm. CIII. 15, 16, 17.

XVI. Miniſterium exequiale, Epitaphia & E logia in ejusdem Ducis laudem. Lingva Latina, qui bus ſubjungitur Proceſſus Exequialis ab arce Wad ſtenenſi ad templum cathedrale Lincopenſe, ub funus deponebatur, ſervatus. Svetice. per eunden anno eod. in 4.

XVII. Aras ſepulcrales funeri Mariæ Eliſabe tæ, conjugi Johannis Ducis Caroli IX. filiæ, conſe cratas. per eundem anno eod. in 4.

XVIII. Concionem ſacram in funere Eliſabetha Duciſſæ Brunſvicenſis ex Judith. VI. 26. 29.

XIX. M. Joh. Coleri judicium de ebrietate, e Germanico in ſermonem popularem ab Erico Ribbing ante hac verſum, altera nunc editione re viſum. per eund. anno eod. in 4. Conf. p. 327.

*Nicolaus Sabancorus* Nericius. Emiſit in lucem

I. Diſſer-

Digitized by Google

I. Diſſertationem de Regalibus. Jenæ typis Chriſtophori Lippoldi An. 1606. in 4.

II. Tractatum de Connubiis, eorumque jure Divino, Canonico & Civili, dicatum Principi Johanni, Jenæ per eundem An. 1610. in 4.

III. Commemorationem ejus, quod Lutherus & Sacramentarii fatentur de Sacra Cœna. Lingva vernacula. Holmiæ per Meurerum An. 1614. in 8.

*Ericus Erici Helſingius*, Paſtor ſuburbii Borealis Holmiæ. A quo edita habemus ſequentia

I. M. Matthiæ Tragens concionem conſolatoriam in dictum Jeſ. LVII. 2. in Sveticum verſam. Holmiæ per Amund. Olai An. 1608. in 4,

II. M. Petri Glaſeri informationem Chriſtianam pro famulis & ancillis, ne ſeduci ſe patiantur a Diabolo, ſed fideliter expediant commiſſa ſibi negotia. Jungitur M. Friderici Rooth Explicatio precum matutinarum & veſpertinarum, verſa ambo ſunt in Sueticum ſermonem. Holmiæ apud Guttervitz an. 1610. in 8.

III. Concionem in Evangelium Dominicæ XVI. poſt Trinitatis ex Luc. VII. Holmiæ per Anund. Olai eodem anno in 4.

IV. Nicodemi Crameri librum conſolationum quomodo ſint agnoſcenda peccata, & ſolatium petendum contra iram Divinam, verſum & ipſum in ſermonem vernaculum. Holmiæ An. 1611. apud viduam Amundi Olai. in 8. ad calcem annexa eſt cantilena Uthaſ Fortuna &c. autore T. I. M.

V. Michaelis Bock hortulum pro ægrotis & anxiis animabus, præſertim tempore perſecutionis.

Simi-

Similiter ex Germanico verſum in ſermonem po-
pularem. Upſaliæ An. 1602. in 8.

*Canutus Martini Carelius* Wiburgenſis. Edidit

I. D. Nicolai Hemmingi antidotum contra deſperationem gratiæ Divinæ ac remiſſionis peccatorum, verſum in ſermonem Sveticum. Holmiæ apud Gutervitz An. 1608. in 8.

II. Informationem Chriſtianam qvid ſentiendum ſit de iis qui morte immatura obierunt, in ſermone popularem translatam, per eund. eod. anno in 4.

*Johannes Raumannus*, Finno, primus poſt religionis repurgationem, & quamdiu vixit, ſolus Theologiæ Doctor, ejusdemq; Profeſſor Upſalienſis, poſtqve Paſtor primarius Stockholmenſis. Ejus habentur

I. Concio funebris in obitum M. Olai Martini Archiepiſcopi Vpſalienſis, ſermone Svetico habita An. 1609. publicata vero Holmiæ apud Reuſnerum An. 1611. & ſecunda vice Upſaliæ per Eſchillum Matthiæ An 1643. in 4.

II. Concio funebris in obitum Dn. Nicolai Rynningz / ſermone populari Holmiæ habita An. 1610. & publicata ibidem An. 1611. in 4.

III. Commentarius in qvatuor Evangelia qvatvor Evangeliſtarum, ſermone Latino. Extat Mſ. in Bibliotheca Oxenſtierniana.

IV. Hypotypoſes Commentariorum in omnes Novi fœderis libros, qvæ brevium Scholiorum inſtar habent. Mſ. in eadem Bibliotheca.

*Sveno Jonæ Moderus*, Regis Caroli IX. concionator aulicus. Scripſit

Con-

Digitized by Google

Concionem ſacram in diem S.S. Petri ac Pauli
postolorum, de petra ſupra quam ædificata eſt
cclesia, editam ex mandato Regio per Gutervitz
Iolmiæ An. 1609.

*Anonymus*, qui publicavit Tobiæ Hiſtoriam, ver-
bus Sveticis, conſcriptam ad modum Dramatis.
oſtochii per Möllemannum ſumptibus Herman-
i Sulkes, Bibliopolæ Holmenſis An. 1609. in 8.

*Petrus Laurentii* Gothus Tingſtadenſis, in Eccle-
a S. Nicolai Holmiæ Archidiaconus & ſenior. E-
is extant

I. Conciones ſacræ in Epiſtolas & Evangelia die
uarto feſtorum Natalitiorum Chriſti, Paſchæ, &
entecoſtes explicari ſolita, ex optimis Scriptori-
us congeſtæ ac compoſitæ, ſermone populari.
Iolmiæ per Amundum Olai An. 1609. in 4.

II. Conciones ſacræ duæ conſolatoriæ in cruce
iorum, ac afflictione hoc in mundo, ſermone eo-
em. per eundem An. eodem in 4.

III. Concio ſacra in Evangelium diei ſecundæ
entecoſtis, ſermone eodem. per eundem Anno
610. in 4.

IV. Avenarii commentatio in paſſionem Do-
ninicam, ab Iſraele Olai Paſt. Linc. antehac verſa
n ſermonem popularem, iterum edita Holmiæ
er Meurerum An. 1620. in 4

Informatio utilis & neceſſaria de fine mundi
c ſtatu animarum ſeperatarum poſt mortem au-
tore Baſilio Fabro, verſa in ſermonem Sveticum.
bidem per eundem An. 1626. in 8.

*Olaus Engelberti Bure* Angermannus, Medicus &
Mathe-

Mathematicus. Edidit in publicum Arithmeticæ inſtrumentalis abacum ratione nova ex Geometricis fundamentis atqve ſupputatione, numerationes Arithmeticas, proportiones ſimplices, multiplices, directas, reciprocas, disjunctas & continuas explicantem, & eodem intuitu exempla plura ad oculum monſtrantem, ab ipſo inventum & dedicatum Principi Johanni, Duci Oſtrogothiæ. Helmeſtadii an. 1609. conf. p. 329.

*M. Jonas Palma* Auſtroburgius Smolandus, Concionator aulicus Regum Caroli & Guſtavi Adolphi, Jemptiæ & Herredaliæ Superintendens, poſtea Cuprimontanorum tandemqve paſtor Torſtunenſium. Ejus extant

I. Vadoſa vitæ humanæ Charybdis, ſive Micrologia antithetica. Griphiſvaldi an. 1609. in 8.

II. Apotheca cœleſtis, ſeu preces Patriarcharum, Judicum, Regum & Apoſtolorum Jeſu Chriſti, collectæ ex V. & N. Teſtamento. Holmiæ an. 1610.

III. Κοσμοσκοπία ſeu luſtratio mundi & quomodo quisque ſeſe adverſus Deum proximumque ſuum debeat gerere. Suetice. Ibidem per Reuſnerum an. 1613. in 8.

IV. Μικροκοσμοπαλαιπωσκοπία in qua procelloſa vadoſaque humanarum calamitatum charybdis elucidatur. Ibid. an. 1614. per Meurerum in 12. poſtea verſa in ſerm. popularem a Steph. Muræo editaqve an. 1674. ibid. per Joh. Georg. Eberdt in 8.

V. Synopſis Hiſtoriæ JEſu Chriſti ex IV. Evangeliſtis collecta & metrice conſcripta, ita ut ſingulos verſus claudat nomen JEſus allegatis ad principium

pium & finem verſus locis Scripturæ. Adduntur ad calcem nobiliſſima quædam epitheta, quæ Salvatori S. Sacra paſſim tribuit. Ad latera figuræ biblicæ cum ſuis explicationibus adjectæ. Holmiæ per Meurerum an. 1614. in forma patente.

VI. Χριστὸς ψαλμικὸς δυόμονος περιοδικὸς, ſeu Compendium Theologiæ harmonicum triglottum, de admiranda perſona Domini noſtri JEſu Chriſti. Upſaliæ apud Eſchillum Matthiæ an. 1641. in fol.

*Johannes Rudbeckius* Nericius Mathematum, dein Lingg. Orientalium, hinc Theologiæ Profeſſor Upſalienſis, poſt Concionator aulæ Regiæ, tandem Epiſcopus Aroſienſis. Ejus iſta hactenus reperi: NB.

I. Lectiones, declamationes, diſputationes, & exercitia alia in Collegio privato habita, an. 1610. conſignata & dedicata Guſtavo Adolpho, Principi Hæreditario. Holmiæ per Reuſnerum in 4.

II. Duas diſputationes de providentia, quarum prior Theologica, poſterior Philoſophica, per eundem an. 1611. in 4.

III. Articulos Chriſtianæ religionis, XXIV. diſputationibus, a 4. Maji an. 1611. ad 3. Martii an. 1613. propoſitos, partim Holmiæ partim Upſaliæ typis mandatos in 8.

IV. Epitomen controverſiarum Logicalium per diſputationes VIII. & totidem libros privatis diſput. propoſitam, dein ordine parum mutato & emendato ab eodem Wittebergæ, & viciſſim Upſaliæ aliquoties diſcuſſam & ventilatam. Aroſiæ an. 1629, in 8.

V. Biblia

Digitized by Google

V. Biblia Svetica, juſſu Guſtavi Adolphi Regis, cum præfationibus librorum complurium, ſummariis capitum, marginalibus, diſtinctis verſibus, explicatione difficiliorum locorum, ſupputatione Chronologica, concordantiis pluribus & indice. Holmiæ per Olaum Olai An. 1618. in fol.

VI. Concionem funebrem in obitum Annæ Oxenſtierna. Holmiæ prælo Reuſneriano Anno eodem in 4.

VII. Concionem ſacram valedictoriam, habitam in arce Holmenſi d. 17. Martij An. 1620. cum electus eſſet Epiſcopus Aroſienſis, vernaculo ſermone. iaidem typis Meureri Anno eod. in 4.

VIII. Orationem de legitima vocatione Miniſtrorum Eccleſiæ, habitam in Synodo Aroſienſi An. 1619. Holmiæ per eundem An. 1621 in 4.

IX. Orationem de officio miniſtrorum verbi, habitam in Synodo Aroſienſi An. 1620. Aroſiæ per Ol. Olai An. 1621. in 4.

X. Concionem funebrem in obitum Regni Sveciæ Senatoris Henrici Horns de Kankas Holmiæ per Ol. Olai An. 1621. in 4.

XI. Concionem in funere Dn. Catharinæ Reginæ ex Geneſ. XLVII, 9. Aroſiæ per Ol. Olai Anno 1622. in 4.

XII. Inſtitutionum Epiſtolicarum libros duos. Ibid. per eund. 1624. in 8.

XIII. Diſputationem Synodalem de Angelis, habitam & editam per eund. An. eod. in 4.

XIV. Orationem de Literarum & Scholarum neceſſitate, habitam Upſaliæ quando in numerum Pro-

Digitized by Google

Profeſſorum ibidem eſt cooptatus 12. Sept. Anno 1604. Impreſſa eſt Aroſiæ An. 1624. in 4.

XV. Orationem de Officio docentium & diſcentium in Scholis, habitam Upſaliæ An. 1610. dum illic Scholam ſuam privatam aperiebat. Aroſiæ per eundem An. 1625. in 4.

XVI. Diſputationem Synodalem de homine, ejusqve propagatione, editam habitamqve Aroſiæ per eundem An. eodem in 4.

XVII. Concionem ſacram de Bello per eundem An. 1626. in 4.

XVIII. Concionem in funere Dn. Nicolai Boſſe ex Job. VII, 1. An. 1627. editam poſtea ibidem per Petrum E. Wald An. 1636. in 4.

XIX. Diſputationem Synodalem de Peccato & ſervo Arbitrio, habitam Aroſiæ An. 1628. in 4. per eundem.

XX. Concionem ſacram de Nundinis & Mercatibus, per eund. anno eod. in 8.

XXI. Concionem ſacram de Cœna Domini publicatam ibidem An. 1629. in 4.

XXII. Diſputationem Synodalem de Officio Chriſti. Aroſiæ per Petrum Waldium An. 1634. in 4.

XXIII. Concionem ſacram ad agendam pœnitentiam. Ibid. An. 1635. in 4.

XXIV. Concionem ſacram de Pace. Ibidem An. 1635. in 4.

XXV. Concionem in funere Dn. Guſtavi De-La Gardie Comitis ex Pſalm IX, 12. An. 1632. editam An. 1636. & iterum Holmiæ per Meurerum Anno 1669. in 4.



Digitized by Google

XXVI. Concionem in funere Dn. Magni Brahe Regni Sveciæ Archidapiferi An. 1633. habitam ex 2. Sam. XIX, 31. ad 41. Aroſiæ per Petrum Wald An. 1636. in 4.

XXVII. De privilegiis Doctorum, Magiſtrorum, Studioſorum in bene conſtitutis Rebuspublicis & Regnis. Item de privilegiis Sacerdotum, Chaldæorum, Magorum, Gymnoſophiſtarum, Philoſophorum, & Druidum apud populos diverſos. Item de immunitatibus Academiarum & Univerſitatum quarundam, in Italia, Gallia, Germania, & Svecia. Deniqve de privilegiis & immunitatibus Miniſterii Eccleſiaſtici in Svecia. Edita ſunt junctim omnia An. 1636. in 4.

XXVIII. Diſputationem Synodalem de Lege & Evangelio: Aroſiæ per Petrum Waldium Anno 1636. in 4.

XXIX. Conciones præterea funebres varias, habitas ab An. 1618. junctim editas ibidem per eundem An. 1637. in 4.

XXX. Diſputationem Synodalem de Eccleſia. ibidem per eundem An. 1638.

XXXI. Orationem Valedictoriam Upſaliæ habitam An. 1613. cum ab Academia in aulam vocabatur, editam Aroſiæ per eundem An. 1638. in 4.

XXXII. Diſputationem Synodalem de Sacramentis, habitam & editam ibidem per eundem An. 1639. in 4.

XXXIII. De Fide ſeu Religione Moſchovitarum & noſtra diſſertationem, ſcriptam ſermone populari.

XXXIV

Digitized by Google

XXXIV. Conciones ſacras in Evangelia Dominicalia & Feſtivalia lingva vernacula, diverſis temporibus habitas & typis editas in vulgus in 4. Conf. pag. 328.

*Johannes Meſſenius* Oſtrogothus, Ph. D. & Poëta, NB. Coronatus, Eloq. Profeſſor Upſalienſis & Juris, poſt Aſſeſſor Dicaſterii Regii Holmienſis, tandem carceri Cajanoburgenſi incluſus, ubi vitam finiit. Scripſit

I. Genealogias Sigismundi & Caroli Regum, An. 1610.

II. Detectionem fraudis Jeſuiticæ contra Carolum IX. Regem Sveciæ, quæ eſt edita Holmiæ An. 1610.

III. Amphitheatrum, in quo Guſtaidum proſapiæ genealogia ab Adamo continua derivata ſcaturigine, atq; cujuslibet Regis facinora diſticho comprehenſa proponuntur contemplanda. Johanni, Guſtavo Adolpho & Carolo Philippo Ducibus inſcriptum. Ibidem apud Gutervitz An. eod. in 8.

IV. Chronicon Epiſcoporum per Sveciam, Gothiam, Finlandiam. Regni Sveogothici Epiſcopis dicatum, ibidem typis viduæ Guttervitzianæ Anno 1611. in 8.

V. Tumbas ſeu Inſcriptiones ſepulchrales extantes in Svecia. Ibidem apud Reuſnerum An. eod. in 8.

VI. Sveopentaprotopolin, ſeu Exegeſin de quinq; antiquiſſimis & primariis Svecorum Gothorumq; emporiis Upſalia, Sigtonia, Scara, Birca & Stockholmia; Guſtaidum in Sveonum throno proſapiæ, Reip. Svecanæ Senatorio conſeſſui, S. P. Q.

Holmenſi, Upſalienſi & Scarenſi dedicatam. Holmiæ apud eundem an. eod. in 8.

VII. Retorſionem impoſturarum, qvibus inclytam Suecorum Gothorumq; nationem Petrus Parvus Roſefontanus, Eqves Danus inſectatur, ſub nomine Jani Minoris Svemenſis editam, qvam Guſtavo Adolpho Regi dedicavit. Holmiæ An. eod. in 8.

VIII. Epicedion in obitum Regis Caroli IX. editum anno eodem.

IX. Speculam, ex qva Svecorum Gothorumqve conditionem manifeſto contemplari licet. Holmiæ typis Reuſnerianis An. 1612. in 8.

X. Swanhwita/ Comœdiam de Hundingo Sveogoth. & Hadingo Danorum Regibus, item Regnero & Swanhwita/qui circa Annum Mundi MCMLXXXIII. vixiſſe perhibentur. acta eſt Upſaliæ tempore S. Erici An. 1612. Holmiæ per Meurerum anno eod. in 4.

XI. Ragvaldi Ingemundi Codicem Legum Sveticarum Latine ſcriptum, cui præmiſit præfationem. Holmiæ An. 1614. in 4.

XII. Blankamåreta Tragediã de tyrannide Birgeri Regis inſtinctu Meretæ in fratres: Magni Regis ſvaſu Blancæ in filium commiſſa. Actam Holmiæ 3. & 6. Maij 1614. editamq; eod. an. apud Reuſnerum in 4. & iterum per Meurer. An. 1649. in 8.

XIII. Duo Chronica, Rhytmicum unum, alterum oratione ſoluta ſcriptum Svetico ſermone, vetera, ſed a Meſſenio paſſim interpolata. Cum præfatione edidit Holmiæ An. 1615. in 8. eadem recudi fecit Meurerus An. 1643. forma eadem.

XIV.

Digitized by Google

XIV. Chorographiam Scandinaviæ per Adamum Bremenſem ſcriptam, cum ejusdem Scandiæ Chorographia, ex Eraſmi Michaëlii Læti Dani, rerum Danicarum opere poëtico deſumpta. Addidit præfationem, & publicavit Holmiæ typis Reuſnerianis An. 1615. in 8.

XV. Theatrum Nobilitatis Svecanæ, opus Genealogicum. Holmiæ per eund. An. 1616. in fol.

XVI. Edidit etiam Chronicon Laurentii Aroſienſis, & Anonymum cujusdam veteris, ut ad calcem tomi X. Scondiæ illuſtratæ indicavit ipſemet.

XVII. Diſa/Comœdiam. Ibid. An. 1648. in 8.

XVIII. Signill/Tragœdiam. Ibid. An. 1652. in 8. priores editiones hactenus inſpicere non licuit.

XIX. Scondiam Illuſtratam, ſeu Chronica Scondiæ, tomis undecim. Incipit tomus I. a diluvio ad an. Chr. 1150. II. ad an. 1320. III. ad an. 1448. IV. ad an. 1520. V. ad an. 1560. VI. ad annum 1568. VII. ad an. 1592. VIII. ad an. 1611. IX. ad an. 1616. X. continet cenſuram de hiſtoria Scondica, in qua ſcriptores ejus antiqviores & recentiores locis plusquam DC. illuſtrantur & emendantur. Ad calcem catalogus ſubjunctus eorũ omnium, qvibus in ſuo Chronicorum Syntagmate uſus erat, hiſtoricorum, addito ſimul certo tempore qvo quisqve vixerat. Inſcripti ſunt ſinguli Guſtavo Adolpho Regi, prout temporibus diverſis eos abſolvere potuerat.

XX. Epitomen Scondiæ illuſtratæ Guſtavo Regi Magno ſimiliter dedicatam.

XXI. Paralipomena tomorum XII. præcedentium



Digitized by Google

tium, quibus additur Chronologiæ continuatio ad An. 1632.

XXII. Hiſtoriam de rebus in Suecia Erico XIV. Rege geſtis, ſeorſim ſcriptam, per Arnoldum Meſſenium poſtea reviſam.

XXIII. Monumenta Scondiotica, pyramidarum inſtar in primariis Sueciæ locis erigenda.

XXIV. Chronologiam de rebus Venedorum Borealium, ſc. Finnorum, Livonum & Curlandorum a diluvio ad An. Chr. 1628.

XXV. Analectorum tomos duos, quorum prior eſt Chronologia Sueciæ Gothiæqve a diluvio ad ſua tempora.

XXVI. Poſterior Apologia Hiſtoriæ Suecanæ, quæ veterum qvorundam hallucinationes Chronographorum confutat, atq; ſinceras reliquorum confirmat aſſertiones, ſimulqve veram gentis commemorat hiſtoriam ab an. 800. ad an. 1448. utrumqve manum ultimam deſiderat.

XXVII. Cenſuram Hiſtoriæ Sveciæ.

XXVIII. Hiſtoriam Suecorum Eccleſiaſticam a diluvio. Item

XXIX. Hiſtoriam Regum Danicorum ab ipſo Regni primordio ad an. 1596. Item

XXX. Hiſtoriam Daniæ Eccleſiaſticam. Item

XXXI. Epitomen Chronologiæ Scondicæ a diluvio ad an. Chr. 1616. Sed quæ ipſa ob imperfectionem typis vulgari vetuit auctor.

XXXII. Chronicon S. Birgittæ ordinisque ejus per Sveciam & Italiam Monaſtici.

XXXIII. Chronicon idem rythmis Sueticis ſcriptum

ptum, ut ipſe ſua manu teſtatur in catalogo operum propriorum.

XXXIV. Hiſtoriam Scondicorum Apoſtolorum, ex eodem.

XXXV. Chronicon oppidi Stockholmenſis, rythmis Sueticis libris VI. comprehenſum.

XXXVI. Chronicon Fennicum rythmis Sueticis.

XXXVII. Chronicon Dalicum rythmis Sueticis.

XXXVIII. Chriſtmannum Comœdiam, ſive res Eccleſiaſticas ab initio Chriſtianiſmi ad tempus reformationis, rythmis Sueticis.

XXXIX. Guſtavum Comœdiam, ſive hiſtoriam Guſtavi Regis & reformationis Regni Sveciæ, rythmis Sueticis. Præcedentia hæc omnia hactenus nunquam edita extant autographa in Archivo Regni.

XL. Pollicitus eſt præterea hiſtoriam totius Regni Sueo Gothici qvinqvaginta Comœdiis ac Tragediis repræſentatam, cujus ſpecimen in Diſa, Signilde & Suanhuita exhibuit. Vide epiſt. dedicatoriam Suanhwitæ præfixam. Item.

XLI. Antiquiſſimas ac potiſſimas heroum cantilenas, ex quibus Hiſtoria Sueticæ gentis primum conſignari cœpta eſt. Conf. p. 328.

*Henricus M. Chem.* Wiburgo Carelius. Ejus ſunt

I. Oratio Euchariſtica de artium liberalium præſtantia & gratitudine benefactoribus & præceptoribus exhibenda. Holmiæ per Reuſnerum Anno 1608. in 4.

II. Meſſenii Retorſio in Petrum Parvum verſa in ſermonem popularem. Holmiæ per eundem An. 1612. in 8.



Digitized by Google

*Anonymus*, qui ſcripſit Oeconomiam, ut appellant, i.e. librum de recta rei familiaris inſtitutione Svetice, An. 1610. Ineditus habetur Mſ. in Bibliotheca Dn. Samuelis Steen

*Anonymus alius*, qui ſcripſit Hiſtoriam Regis Guſtavi primi tomis duobus, qvorum prior chartis 156. ab anno 1490. qvi fuit Regis natalitius ad annum 1532. poſterior ab eo anno ad exceſſum ejus chartis 177. abſolvitur, continetq; omnia regis acta & edicta publica fuſiſſime. Habetur Mſ. in Bibliotheca Oxenſtierniana, ut per Dn. Normannum cognovi.

## GUSTAVUS ADOLPHUS. MDCXI.

Eo imperante publicaverunt ſua

NB. *Johannes Salvius*, Stregnenſis, primo Medicus, poſt Miniſter Regius, Nobilis Adler cognomento, Senator Regni, multis in Germania Legationibus clariſſimus. Ejus in juventute ſcripta hactenus hæc reperi:

I. Carmen gratulatorium novi anni ad Carolum Chriſtophori. Holmiæ An. 1611.

II. Orationem de Eloqventia ejusqve dignitate & præſtantia, quam habuit publice Roſtochii, ediditq; per Joach. Pedanum An. 1613. in 4.

*Sveno Bloma* Smalandus edidit de Teſtamentis diſſertationem dedicatam Nicolao Cheſnecophoro, Caroli IX. Cancellario. Jenæ typis Joh. Weidneri An. 1611. in 4.

*Henricus Hammerus* Lincopenſis

I. Joh. Meſſenii Sucopentaprotopolin verſam

in

n ſermonem popularem edidit Anno 1612. quæ ſecunda vice per Meurerum prodiit Holmiæ Anno 1643. rurſumqve tertia vice An. 1657. in 8.

II. Ejusdem Meſſenii Speculam ſermone Svetico An. 1612. denuo recuſam An. 1644. in 8.

*Johannes Bothvidi* Oſtrogothus, Theol. Doctor NB. Guſtavi Adolphi Regis Concionator aulicus & Superintendens ſupremus caſtrenſis, poſtremo Epiſc. Lincop. Edidit

I. Radii Structuram & uſum. Roſtochii, per hæredes Richelii ſed ſine anni ſignificatione, dedicatus eſt liber Regi Sveciæ Johanni.

II. Heizonis Buſcheri Arithmeticæ vulgaris libros II. illuſtratos in multis. Roſtochii cum conſenſu Facult. Philoſophicæ per Richelium An. 1613.

III. Tractatum de recta diſputandi ratione. Lubecæ per Joh. Albinum An. 1614. in 4.

IV. Lutheri adhortationem ad pios Magiſtratus, Wittembergæ ſcriptam An. 1524. ut Scholas erigant. verſam in ſermonem popularem. Lubecæ per Hans Witte An. 1614. in 8.

V. Expoſitiones in VII. Pſalmos pœnitentiales, item Pſ. XCI. CIII. CVII. lingva vernacula. Holmiæ per Reuſnerum An. 1616. in 8.

VI. Diſputationem de prædeſtinatione, cum ſummus ei in Theologia gradus juſſu & autoritate S. R. Maj. decerneretur. Upſ. per Eſch. Matth. An. 1617. in 4.

VII. Conciones Sacras VI. in cap. LIII. Eſaiæ ſermone populari. Holmiæ per Reuſnerum Anno 1619. in 4.



Digitized by Google

VIII. Theſes de quæſtione, utrum Moſchovitæ ſint Chriſtiani, Juſſu Regis propoſitas & examinatas Upſaliæ, impreſſas vero Holmiæ per Reuſnerum An. 1620. in 4. Omnes has theſes *diſcurſus Doctiſſimos* vocat Micrælius in Hiſtor. Eccleſ. p. 357.

IX. Conciones Sacras VI. in Pſalmum XXII. Suetico ſermone, per eundem anno eod. in 4.

X. Conciones ſacras III. in annum Jubilæum de Reformatione Regiminis & Religionis in Suecia per Guſtavum I. ante annos C. facta, ex Exod. XIV, 1. ad fin. 2. Paral. XIX. XX. capp. totis & Deut. XI, 1. ad 29. lingva vernacula. per eundem An. 1622. in 4.

XI. Conciones Sacras III. in Pſalmum XCI. de peſtilentia. Eodem ſermone. per eundem anno eod. in 4.

XII. Concionem Sacram triplicem in nuptiis Suenonis Johannis, Johannis Salvii & Broderi Anderſonii (quarum prima 27. Decemb. An. 1619. ex Epheſ. V, 21. ad fin. & VI, 1. ad 10. ſecunda 19. Sept. An. 1620. ex Geneſ. II, 18. ad 25. tertia 22. Apr. An. 1621. ex Prov. XXXI, 10. 11. 12.) junctim editam apud eund. An. eod. in 4.

XIII. Concionem Sacram de efficacia ſangvinis Chriſti ex 1. Joh. I, 7. habitam in arce Gripſholmenſi. Editam Stregneſii per Olaum Olai Enæum An. 1623. in 4.

XIV. Concionem Sacram in baptiſmum Principis Chriſtinæ An. 1623. 30. Nov. habitam, per Meurerum editam Holmiæ An. 1624. in 4.

XV. Conciones funebres XXIV. ibidem per

Reuſ-

eusnerum junctim editas An. 1628. in 4. qua-
m, ne penitus deſiderares, en tibi catalogum.

1. In obitum Achatii Broderi Rhalamb Anno
17. ex Sap. IV, 7. ad 15.

2. Georgii Gyllenſtierna Regni Ammiralis An.
18. ex Job XIV, 1. ad 7.

3. Chriſtinæ Sture in Diursholm An. 1619. ex
ob. XIX, 25. 26. 27.

4. Jonæ Wijnſtånck An. eod. ex Pſal. XXXIX,
ad 17.

5. Brigittæ, conjugis Olai Andreæ An. eod. ex
ſa. XXXVIII, 17.

6. Magdalenæ, conjugis Magni Clementis An.
od. ex Geneſ. II, 15. 16. 17.

7. Guſtavi Banner An. eod. ex Sap. III, 1.

8. Catharinæ Tott An. eod. Philip. I, 21. 22. 23.

9. Gicervelæ viduæ Guſtavi Baronis in Follnås.
An. eod. ex Syr. XIV, 18. 19. 20. 21.

10. Guſtavi Adolphi Berns An. eod. ex Pſal.
XC, 1. ad 9.

11. Brigittæ, conjugis Joh. Nic. in Warholm
An. 1610. ex Eccleſiaſt. XII, 1. ad 8.

12. Mariæ Petri filiæ An. eod. ex 1. Reg. XVII,
17. ad 25.

13. Martæ Bielke in Forſſa An. eod. ex Geneſ.
XXXV, 16. ad 21.

14. Edelæ Banner Virginis An. 1622. ex Marc.
IX, 14. 15.

15. Petri Falck An. eod. ex Pſal. XXXIX. toto.

16. Annæ Ribbing in Follnås Anno 1623. ex
Pſalm. III, 6.

17. Erici

17. Erici Simonis Regiæ Majeſt. Secretarii A. 1624. ex Pſalm. CXIX, 19.

18. Claudii Claudii Ugla in Bretorp Ammi-lis An. eod ex Pſalm. XXXI, 6.

19. Margaretæ Grijp in Lårige An. eod. ex Theſſal. IV, 13. ad 19.

20. Jeſperi Matſon Kruus Regni Sveciæ Sena-toris & Theſaurarii An. eod. ex Eſa. III, 1. 2. 3.

21. Petri Magni Concionatoris Aulæ Regiæ A. eod. ex 1. Petr. I, 24. 25.

22. Chriſtinæ Princ. hæred. Regni Sveciæ An. 1625. ex Syr. XL, 1. ad 6.

23. Chriſtinæ Reginæ Sveciæ An. 1626. ex Sy. XXXVIII, 16. ad 25.

24. Valeriani Georgii Quæſt. Caſtrenſ. An. eo ex Pſalm XXIII, toto.

XVI. Orationem de infinita DEI miſericordi habitam Holmiæ An. 1628.

XVII. Formulas precationum XXX. tempore belli ſolennium, ſermone populari. Upſaliæ per Eſch. Matth. An. 1629. item Elbingæ per Wend Bodenhauſen anno eod. in 4.

XVIII. Orationem de Prædeſtinatione.

XIX. Agenda Eccleſiaſtica in caſtris Sveticis Sedini An. 1631.

XX. Concionem Sacram in funere Guſtavi A-dolphi Magni ex 1. Maccab. IX, 17. 18. 19. 20. Holmiæ typis Schroder. An. 1634. in 4.

XII. *Johannes Cheſnetophorus* Nericius, Med. D. & Prof. Upſal. Publicata ab eo habentur

I. Informatio pro peregrinantibus, cum morbi graſſantur contagioſi. Sveticè. Holmiæ An. 1613.

II.

II. Quæſtiones Phyſicæ propoſitæ publice an. 15. Habentur Mſſ. in Bibliotheca Cl. Dn. Johan-s Columbi Prof. Upſal.

III. Diſputationes Phyſicæ plures, quarum III. IV. de ſenſibus externis excuſæ ſunt Upſaliæ per ch. Matth. An. 1616. item XXI. & XXII. de par-ous humani corporis per eundem eodem anno, eteræ ad manus meas necdum pervenere.

IV. De tribus terris ſigillatis, Axungia ſolis, A-ıngia lunæ atqve Anima ſolis. Item de Mercurio rri, in quo ſolo eſt podagræ topicum, diſſertatio, er eundem An. 1619.

V. Collegium Logicum, cujus diſputatio I. Dialecticæ definitione & III. de diſtributio-e Dialecticæ habitæ & excuſæ ſunt ibidem per undem anno dicto.

VI. Compendium Phyſicum. Habetur Mſ. Bibliotheca Cl. Dn. Columbi.

*Martinus L. Aſchaneus*, Regis Ammiralitatis con-ionator, poſt Paſtor ſive parochus in Fredſtada & Dammaby, Regni Svec. Antiquarius. Ejus extant

I. Chytrei de patientia & coſolatione verſum ı ſermonem popularem. Holmiæ apud Meure-um An. 1613. in 8.

II. Libellus officiorum vitæqve recte degendæ ythmis Sveticis conſcriptus An. 1614. habetur Mſ. in quibusdam bibliothecis.

III. Deſcriptio accuratiſſima vetuſtiſſimæ urbis ictoniæ duabus partibus abſoluta, qvarum prior git de ſitu ejus, terminis, munitionibus, foſſis &c. oſterior de ejusdem conditione atqve ſtatu veteri,

tem-

templis, cænobiis &c. Lingva populari. ha-
tur Mſ. apud Civitatis ejus Conſulem.

IV. Tabula menſalis ſeu convivalis ſenioru-
rythmis Sueticis. Mſ.

V. De Monetis priſcis Regum Sueciæ electi-
rum, una cum nummis ipſis eorum æreis & arge-
teis, ipſorumqve uberiore deſcriptione. Extat M
in Archivo Regio.

VI. De Monetis Regum Sueciæ a tempore G-
stavi I. ſimiliter cum nummis & deſcriptione e-
rum Mſ.

VII. De Monetis Sueticis extra Sueciam exc-
ſis eodem modo.

VIII. De Monetis aliis memorabilibus libell-
continens ipſas eas monetas ſuis affixas paginis,
ſuperiores, cum earundem deſcriptione.

IX. M. Joh. Leonis Superint. in Welſſis Spec-
lum conſolationis, continens plurima S. Scriptu-
dicta & pias precationes pro ſanis, ægrotis & mo-
talibus Chriſtianis, partibus ſeptem comprehenſum
rythmis Sueticis An. 1618. Mſ. cum ſuperioribus i
Archivo Regio.

*Magnus Andreæ Melkorſtandindal* V. D. miniſt. i
Wallentuna. Ejus eſt concio in Evangelium Do-
minicæ XXI. poſt Trinit ex Joh. IV, 47. ad 54.
Holmiæ per Meuretum anno 1613. in 8.

NB. *Gislo Jacobi*, Ejus eſt ludus cum cubis aleatoriis
tribus temporis fallendi gratia deſcriptus verſibu
vel rythmis Sueticis. Holmiæ per Reuſn. An. 1613.

*Ægidius Aurelius* Upſalienſis, Rector Scholæ pu-
erilis Upſaliæ, poſt Syndicus Holmenſis, a quo le-
guntur publicata iſta: I. Arith-

Digitized by Google

I. Arithmeticæ Practicæ libri duo, ex optimis autoribus collecti, editique Upſaliæ per Eſchillum Matthiæ An. 1614. lingva vernacula. in 8.

II. Audomari Talæi Rhetorica Ramæa, aucta variis exemplis ſacris & profanis. Holmiæ per Reuſnerum An. 1615. in 8.

III. Theologia Germanica Anonymi, quomodo Adam & Chriſtus ſint intelligendi, & ille quidem tradendus morti, hic vero in nobis exſuſcitandus ad vitam; cum præfatione D. Lutheri. verſa in ſermonem popularem. Upſaliæ per Æſchillum Matthiæ An. 1617. in 8.

IV. Grammatica Tideri, aucta Appendice Syntaxeos & Proſodiæ. Holmiæ per Henricum Keyſer An. 1635. in 8.

V. Pſalmi ſeptem pœnitentiales, verſi in ſermonem popularem cum explicatione. Holmiæ Anno 1620. ac deinde per Meurerum An. 1640. in 8.

VI. Corpuſculum doctrinæ, ſeu partes præcipuæ & ſumma religionis Chriſtianæ a M. Matthæo Judice, Latino-Germanice edita, verſa in ſermonem Sueco-Finnicum. Holmiæ per Meurerum Anno 1642. in 8.

VII. Calendarium novum Oeconomicum, ab Anno 1645. usqve ad Annum 1665. Holmiæ per eundem An. 1645. in 8.

VIII. Nicolai Hunnii Phoſphorus, ſeu manuductio ad Chriſtianiſmum, verſa in ſermonem popularem. Holmiæ per Henr. Keyſer An. 1647. in 12.

*Andreas Laurentii* Upſalienſis, Paſtor Calmarienſis in Uplandia, poſt templi Eqveſtris Holmiæ.



Digitized by Google

I. Chronicon Biblicum Joſuæ Tribarii,ſermo[n]
populari. Holmiæ per Meurerum An. 1614. in 8.

II. Chriſtophori Fiſcheri ſenioris expoſitio d[e]
tribus regiminibus Eccleſiaſtico,Politico & Oeco
nomico, verſa ex Germanico in ſermonem pop[u]
larem. Holmiæ per eundem An. 1618. in 4.

III. Georgii Ciegleri ſpeculum mundi ſimilit[er]
verſum in ſermonem Sveticum. Holmiæ per eu[n]
dem An. 1620. in 4.

NB *M. Andreas Johannis* Prytz Sudercopenſis Elo[q.]
Prof. Upſ. poſt Superintendens Gothoburg. & ta[n]
dem Epiſcopus Lincop. Ex cujus ſcriptis iſta ta[n]
tum reperi:

I. Orationem de modo, qvo ſtudia recte ſuſcip[i]
enda & feliciter abſolvenda ſunt. Gryphisval[d.]
An. 1614. per Auguſt. Ferber. in 4.

II. Olaum Skott Konung / quem Tributariu[m]
vulgo licet perperam appellant,ſeu Comœdiam d[e]
Olao iſto Rege Sveciæ, habitam in nuptiis Guſta[vi]
Adolphi Regis lingva populari. Upſaliæ per Eſch.
Matth. An. 1620. in 8.

III. Concionem funebrem in obitum Virgin[is]
Margaretæ Stenbock. Holmiæ per Reuſnerum
An. 1633. in 4.

IV. Concionem ſacram in conſecrationem tem
pli Guſtaviani in Urbe Gothoburgenſi. Holmiæ
per Henr. Keyſer an. eod. in 4.

V. Guſtavum Primum ſeu Comœdiam de ſu[pra]
dicto Rege Sveciæ, actam Upſal. An. 1621. editamq[ue]
ibid. & iterum Holmiæ per Meur. an. 1649. in 8.

VI. Concionem funebrem in obitum Matt[h.]

Barthol

Digitized by Google

Bartholdi ex 1. Corrinth. VII. 27. Lincopiæ per Guntherum An. 1649. in 4.

VII. Concionem funebrem in obitum Elizabethæ, conjugis Laurentii Laurini Præpoſiti in Hå-redz-Hammar. ibidem per eundem An. 1651.

VIII. Aliam in obitum Dn. Ottonis Schulman ex 2. Tim. IV. 6. ad 9. habitam Norcopiæ, excuſam Lincopiæ per Dan. Kempe An. 1654. in 4.

*Johannes* Skånck Nobilis, edidit

I. Haffenrefferi tractatum de ſtatu hominis poſt mortem ex Latino in Sveticum ſermouem verſum. Chriſtinæ Reginæ dedicatũ. Holmiæ An. 1914. in 8.

II. Diſſertationem problematicam de Bonis operibus, ſex quæſtionibus cum earum reſolutionibus abſolutam, lingva vernacula., ibidem eodem anno, in 8.

*M. Benedictus Petri Leuchovius* Uplandus Theolog. Prof. Upſal. poſt Paſtor Holmenſis, qui ſcripſit NB.

I. Orationem de Symbolo Guſtavi Adolphi Regis. Upſaliæ per Eſch. Matth. 1614. in 4.

II. Diſputationes in LL. Theologicos. Upſaliæ An. 1616. 17. 18. 19. per eundem.

III. Fontem vitæ verſum in ſermonem popularem. ibid. per eundem An. 1617. in 12.

IV. Matthiæ Tragens Antologica, ſive præcipua dicta S. Scriptura in articulos fidei, lingva Svetica, pluribus nunc Scr. locis aucta. per eundem eodem anno ſimiliter in 12.

V. Sponſi coronam ſive ſertum honoris, Svetico ſermone. ibid. per eundem An. 1620. in 12. verſum ex Germanico Jacobo Zaderi.

G VI. Spe-

VI. Speculum pœnitentiale Regio-Propheticum, ſeu concionem ſacram in funere Olai Petri, Conſulis Stockholmenſis, ex Pſal. VI. toto. Holmiæ per Reuſnerum An. 1621. in 4.

VII. Centurias aliquot Anagrammatum in pleroſque doctos claroſq; ſua ætate viros, editas per eundem diverſis temporibus in 8.

VIII. Cantionem rhytmicam ſermone populari de victricibus armis Guſtavi Adolphi Regis. Per eundem A. 1632.

IX. Threnos in funere Guſtavi Adolphi Magni. Holmiæ per Henr. Keyſer An. 1633.

*Johannes* Lehuſen Holmenſis, edidit Q. Curtii Rufi Hiſtoriam de Alexandro Magno verſam ex Latino in ſermonem Sveticum.

*Johannes Olai Podolinus* Egbyenſis Oſtrogothus, ſcripſit Orationem de artium liberalium utilitate, quam habuit ediditq; Roſtochii per Joach. Pedanum An. 1614. in 4.

*Petrus Falckius* Oſtrogothus. Ejus eſt Oratio pro Svecorum Imperio, habita Tubingæ An. 1614. & excuſa typis Werlinianis in 4.

*Johannes Petri* Nericius. Ejus eſt Oratio de ſervitute majorum noſtrorum ſub Papatu, eorumq; ex ea liberatione per D. Lutherum. lingva vernacula. Upſ. per Eſch. Matth. An. 1614. in 8.

*Torſtenius Johannis* Smolandus, edidit Secreta munitionum & fortificationis. Holmiæ per Meurerum An. 1614.

*Magnus Andreæ Medelpadius*. Ejus extat Explicatio methodica Doctrinæ de Paſſione Domini noſtri

ſtri Jeſu Chriſti, conſcripta a D. Duberchio, verſa in Sveticum. Holmiæ. An. 1614.

*Anonymus*, qui Manuale Eccleſiæ Svecanæ edidit Upſaliæ per Eſch. Matth. An. 1614. in 4.

*M. Olaus Elimaeus* Fennus, Rector Scholæ, poſt Paſtor primarius Stockholmenſis, deinde Epiſcopus Wiburgenſis. Ejus reperiuntur

I. Concio funebris in obitum Dn. Annæ Lenicerinnes, conjugis Dn. Nic. Cheſnecophori, Regiæ Aulæ Cancellarii, ex Geneſ. XXXV, 16. ad 21. habita An. 1613. Holmiæ per Reuſnerum Anno 1615. in 4.

II. Alia in obitum Michaelis Olai Regni Sveciæ Secretarii, ex Eſa. III. 1, 2, 3. per eund. eod. anno in 4.

III. Alia in obitum Martini Traubich ſenioris Eccleſiæ Holmenſis Germanicæ ex Sap. XVI, 13. per eundem An. 1617. in 4.

IV. Alia in obitum Margaretæ Martini, conjugis Petri Grönbergs civis Holmenſ. ex Matth. XXII, 30. habita An. 1617. per eundem An. ſeq. in 4.

V. Alia in obitum Petri Olai, filii Olai Petri Conſulis Holmenſ. primarii. ex Job. I, 18. ad 22. per eundem anno eodem in 4.

*Jonas Magni Vexionenſis*, Phil. Pract. poſt Th. D. & Prof. Upſal. tandem Epiſcopus Scarenſis, Scripſit

I. Defenſionem neceſſariam, cauſam Ethicæ contra rigidam quorundam cenſuram, & gravem illius proſcriptionem diſceptantem. Upſaliæ per Eſchillum Matthiæ An. 1615. in 4.

II. Legitimam vindicationem defenſionis, proble-



Digitized by Google

blemati de explodenda Ethica Ariſtotelis oppoſita per eundem An. 1616. in 4.

II. Epos in Coronationem Guſtavi Adolphi Regis. per eundem An. 1617.

IV. Synopſin Hiſtoriæ Univerſalis. per eundem An. 1622. in 8.

V. Orationem Panegyricam de Regnorum Sveciæ & Gothiæ per externos Gubernatores oppreſſione, eorundemque per Guſtavum primum feliciſſima liberatione. Jungitur prædictæ Synopſi.

VI. Diſputationes Politicas ex Politicis Lipſii numero tredecim. per eundem An. 1625. in 8.

VII. Exercitationes Metaphyſicas.

VIII. Diſputationes Theologicas, quarum prima de Scriptura Sacra habita eſt & edita Upſaliæ per prædictum An. 1626. Sequentes ſunt de DEO, de Providentia, de Peccato, de Prædeſtinatione, de Perſona & officio Chriſti, de Lege, Evangelio, & Pœnitentia, de Sacramentis &c.

IX. Elogium Guſtavi Adolphi poſt victoriam Lipſienſem, in quo continetur ſimul comparatio rerum a Gothis veteribus & recentibus geſtarum. per eundem An. 1632. in 4.

X. Tubam Angelicam, ſeu demonſtrationem indubitatæ veritatis de Antichriſto, dedicatam Reginæ Chriſtianæ, editamq; ibid. An. 1637. in 4.

XI. De Juſtificatione. Ibidem per eundem An. 1638. in 8.

XII. De Eccleſia militante, Ibid. An. 1639. in 4.

XIII. De miniſtris Eccleſiæ Ibid. An. eod. in 4.

XIV. De Perſona & Officio Chriſti, Diſputationem

nem in Auguſtanam Confeſſionem. per eundem An. 1640. in 4.

XV. De Miniſterio Eccleſiaſtico. Ibid. An. eod.

XVI. De Prædeſtinatione, aliud ſcriptum a ſuperiori. ibid. An. 1641. in 4.

*M. Ericus Fabricius* Stockholmenſis. Ejus extant

I. Introductio historica, oſtendens quomodo Europa, Aſia & Africa a filiis & poſteritate Noë ſucceſſione temporis fuerint occupatæ & poſſeſſæ. Holmiæ per Meurerum An. 1615. in 8.

II. Canon Theologicorum principiorum. per eundem An. 1616.

III. Eteometrum, demonſtrans annorum ſupputationis & varietatem & difficultatem, ab exordio mundi ad nativitatem Chriſti, proſe & ligate. per eundem An. 1617.

*Johannes Canuti Lenæus* (non, Johannes Lenæus Canutus, ut eum vocat Micrælius in Hiſtoria Eccleſiaſtica, ignoratione conſvetudinis per totam Sveciam receptæ, ex qua proprio ſuo ſubjungunt nomen proprium parentis) Uplandus, Logices primo, deinde Theol. Doctor & Profeſſor, poſtremo Archiepiſcopus Upſalienſis. Hic in lucem dedit NB.

I. De DEO deq; duplici ejus cognitione, de divina eſſentia & attributis diſputationem Upſaliæ per Eſch. Matth. An. 1616. in 4.

II. Diſputationem de Peccato. per eundem An. 1619. in 4.

III. Scriptum de libro arbitrio, per eundem An. 1620. in 4.

IV. Logicam Peripateticam. ibid. An. 1633. in 8.

V. De Jure Regio in Eccleſiaſticis ibidem anno eod. in 4.

VI. De Veritate & excellentia Religionis Chriſtianæ brevem informationem ad Carolum Guſtavum Comitem Palatinum Rheni (poſt Syeciæ Regem) Upſaliæ per eundem An. 1628. & ſecunda vice Stetini An. 1642. cura Dn. Nic. Lilieſtröm. Edidit quoq; Sebaſtianus Cramoiſy Pariſiis junctim operi Grotiano ejusdem argumenti. De quo labore Micrælius in Hiſtor. Eccleſ. P. III. p. 387. *Præter alios acuti ingenii fœtus informationem de veritate & excellentia Chriſtianæ religionis edidit.*

II. De Peccato, diſputationem Synodalem in Aug. confeſſionem. Upſaliæ per eundem An. 1639. in 4.

VIII. Commentarium in Evangelium Johannis & Acta Apoſtolorum. Ibid. per eundem An. 1640. in 4.

IX. De Meſſia diſſertationem oppoſitam Judæis. per eundem An. 1641. in 4.

X. Commentarium in ſeptem Canonicas Epiſtolas Jacobi, Petri, Johannis & Judæ. Ibidem per eundem An. 1645.

XI. Explicationem trium locorum in Epiſtola Pauli.

XII. Concionem funebrem in obitum Doct. Johannis Rudbeckii Epiſc. Aroſ. ex Actor. XIV, 21-24. Upſal. 1646. per Eſchill. Matth. in 4.

XIII. Diſputationem Synodalem in Auguſtanam Confeſſionem de Baptiſmo. per eund. Anno 1648. in 4. Conf. p. 329.

Jonas

Digitized by Google

*Jonas Hambræus Helſingus* in miniſterio Hug. Grotii Legati Svetici Pariſiis, poſt Jur. Canon. D. Hebr. Syr. & Arab. LL. in univerſitate Pariſ. Prof. Extraord. Regis Sveciæ & aliorum Principum concedd. apud Regem Galliarum, nec non copiarum exoticarum eidem Regi inſervientium Prædicator Ordinarius. Edidit NB;

I. Votum valedictionis loco cum in Germaniam iret, fautoribus & promotoribus ſuis relictum, carmine Hebr-Chald-Syr-Græc-Latino. Upſaliæ per Eſch. Matth. An. 1616. in 4.

II. De Accentibus Hebraicis Diſputationem, Gryphiſvaldii An. 1616. & ſecunda vice Roſtochii An. 1618. in 12.

III. Ethicam Chriſtianam Lamberti Danæi, Svetico ſerm. Gryphiſvaldii typis Ferberi An. 1616.

IV. Summaria in Evangelia, publicata Roſtochii. An. 1617. in 24. Sunt autem argumenta tribus verſibus Hebraicis comprehenſa cum explicatione Svetica, rhytmice adornata. Præmittuntur in eadem Evangelia verſus memoriales Latini Matthiæ Martinii Freienhagenſis.

V. Inſtitutionem Hebraicam compendioſam, Roſtochii apud Ferberum An. 1618. in 12.

VI. Eraſmi librum de civilitate morum puerilem, juncta verſione Svetica, Holmiæ typis Olai Olai An. 1620. in 12.

VII. Eraſmi παράκλησιν ad Chriſtianos omnes ut libenter audiant & legant verbum Dei, cum verſione Svetica. Holmiæ apud eundem anno eodem. in 12.

VIII. Locos Theologicos Latino-Sueticos, capita doctrinæ Chriſtianæ præcipua continentes in uſum juventutis. Holmiæ apud Reuſner. an. 1622.

IX. Epicedium in obitum Dn. Haraldi Olai Thunæ-Montani, Phil. & Med. D. urbisque Holmenſri Phyſici ordinarii. per eundem an. eodem.

X. Libellum Alphabeticum quadrilingvem. Pariſiis an. 1632.

XI. Meſſenii Speculam vertit in ſermonem Gallicum quam LUDOVIO XIV. Galliarum Regi dedicavit. ibidem anno 1655. in 12.

XII. Jo. Freinshemii orationem in natalem Reginæ CHRISTINÆ alterum & viceſimum ſimiliter tranſtulit in Lingvam Gallicam; Ibidem anno 1655. in 12.

XIII. Hiſtoriam paſſionis Domini vertit in Germanicum & Gallicum ſermonem, additis ad calcem precationibus aliquam multis pro ſtatibus diverſis. ibid. an. 1662. in 8.

XIV. Relationem ad CAROLUM XI. Regem Seciæ de debitoribus ſuis in Suecia, ſermone Suetico, ibidem an. eodem in 12.

XV. Speculum conſolatorium ad Dn. Beatam Sparre ſuper obitu Dn. Scheringii Roſenhane mariti ſui; idiomate Gallico-Suetico. ibidem an. 1664. in 12.

XVI. Speculum crucis & conſolationis Chriſtianæ. Mſ. inter libros Dn. Samuelis Steen. alias non editum.

*Jacobus Johannis Ulphinus* Stockholmenſis edidit Gerhardi Meditationes verſas in vernaculum ſermonem

monem, addita ad meditationes ſingulas precatione peculiari, quam propria induſtria ex S. Scripturis compoſuerat, facto quoque ex lemmatibus Gerhardinis diſticho rhytmis incluſo. Holmiæ per Reuſnerum an. 1617. in 12.

*Johannes Pauli Low* Oſtrogothus, civis Norcopenſis, publicavit Buntingi Harmoniam Evangeliſtarum, verſam ex Germanico in Sueticum ſermonem dedicatamque Principi Johanni Oſtrogothiæ Duci. Ibidem per Meurerum anno eod. in fol.

*Iſacus Bergeti Rothovius*, Paſtor Nycopenſis poſt Epiſcopus Aboënſis. NB.

I. De N. Teſtamenti Sacramento initiationis ſeu Baptiſmo, Holmiæ per Meurerum an. 1617. in 4.

II. Concionem Sacram in Evangelium Dominicæ Lætare. Stregneſii per Olaum Olai Enæum an. 1623. in 4.

III. Aliam in Evangelium Dominicæ 2. Epiphaniæ, per eundem an. eod. in 4.

IV. Aliam in Pſal. CXXIX. habitam die 2. precationum ſolennium an. 1633. in templo Cathedr. Aboenſi. editam Holmiæ per Meurerum an. 1636. in 4.

V. Conciones Sacras XX. in Threnos Jeremiæ. Aboæ per Petrum Wald an. 1645. in 8.

VI. Concionem funebrem in obitum Dn. Sophiæ de la Gardie, conjugis Dn. Joannis Kurck an. 1647. habitam ex Eccleſiaſt. l. 1. ad 12. ibid. per eund. an. 1648. in 4. conf. p. 329. 330.

*Laurentius Olai Vallius* Nericius, Theol. D. Paſt. NB. prim. Holm. & aulicus, dein Theol. Prof. & Paſt. Upſal. tandem Epiſcopus Stregnenſis. Edidit



Digitized by Google

I. Verba conſolatoria, ſive concionem funebrem in obitum Dn. Caroli Gyllenſtirna. Holmiæ Anno 1618.

II. Diſputationem inauguralem problematicam de Servatore JEſu Chriſto. Tubingæ an. 1619. in 4. & poſtea una cum ipſo promotionis Doctoreæ actu in fol.

III. Chriſtum Teſtatorem, concionem ſacram de cœna Domini. Holmiæ An. 1620. in 8.

IV. Concionem funebrem in obitum Margaretæ Johannis Filiæ.. Holmiæ An. eod. in 8.

V. Explicationem problematis, an ii, qui religionem Calvinianam tenent ſerioque defendunt, ſint Calviniani appellandi. Upſal. An. 1621. in 4.

VI. Explicationem verſiculi 16. capitis III. Johannis. Ibid. an eod. in 4.

VII. Vale Stockholmenſe, concionem valedictoriam cum diſcederet a Paſtoratu Holmenſi, habitam d. 22. Julij An. 1621. editam Upſal. per Eſchillum Matth. An. 1622. in 8.

VIII. Vale Eccleſiaſticum, conciones Sacras III. de Benedictione poſt finita Sacra ſolenni, ſermone populari. Ibid. anno eod. in 8.

IX. Concionem funebrem in obitum Kenicii Petri. Ibid. anno eod. in 8.

X. Diſputationes Theologicas II. de Theologia in genere. Ibid. an. eod. in 4.

XI. Diſputationes XXXIV. in LL. Theol. Haffenrefferi. Ibid. an. eod. in 4.

XII. Pentades quæſtionum Theologicarum XXIX. Ibidem, ſumbtu auctoris an. 1623. in 4.

XIII.

Digitized by Google

XIII. Luctum Sueticum anni 1622. ſive concionem ſacram in obitum Caroli Philippi, Principis Sveciæ hereditarii, Ducis Sudermaniæ ſermone populari. ibid. An. 1624. in 8.

XIV. Gaudium Sueticum anni 1623. ob nativitatem Sereniſſ. Principis Chriſtinæ, Principis Sueciæ hæreditariæ, in arce Griphsholmenſi, eod. ſermone. per eund. an. eod. in 8, & fol.

XV. Diſputationes de Anti-Chriſti nomine &c. per eundem an. 1629. in 8.

XVI. Concionem ſacram in funere M. Olai Moreti, Logices in Acad. Upſal. Prof. An. 1628.

XVII. Aliam in funere ejus uxoris An. 1627. utraque junctim excuſa eſt ibidem per eundem an. 1629. in 8.

XVIII. Orationes V. de Jeſuitarum moribus. an editæ ſint non cõſtat: ſcriptas tamen eſſe ipſe docet in præfat. libelli de Æqvivocatione Jeſuit.

XIX. De Æquivocatione Jeſuitica commentationem. ibid. per eundem An. 1630. in 8.

XX. Cognitiones luctus & ſolatii in obitum matris ſuæ, Brigittæ Nic. filiæ. Ibid. an. 1632. in 8.

XXI. Miſſus V. in obitum & ſepulturam Regis Guſtavi Adolphi. Ibidem ſeparatim excuſi Anno 1632. 33. 34. in fol.

XXII. Epiſtolas duas ad Proff. & Studd. Upſal. ut parentationibus exornent Divum Guſtavum Adolphum. Ibid. an. 1633. in fol.

XXIII. Conſolatorium ſcriptum ad Reginam Mariam Eleonoram poſt ſparſam famam de obitu Guſtavi Adolphi ejus mariti. ibid. an. eod. in 4.

XXIV.

Digitized by Google

XXIV. Alloquium conſolatorium ad eandem, cum funus Regium efferretur ex Wolgaſto Pomeraniæ in Sueciam deportandum. Ibid. an. eod. in 4.

XXV. Literas conſolatorias ad eandem cum veniſſent Nycopiam cum funere Regio. Ibid. an. eod.

XXVI. Verba conſolatoria ad eandem, cum primum ipſe poſt obitum dicti Regis ſermones cum Regina conferret. Ibid. an. 1634. in 4.

XXVII. Jeremias Conſolator, ſeu libellus conſolatorius ex Jeremia Propheta ad eandem cum luctus Sueticus anni 1633. 6. Nov. celebraretur. Ibid. an. eodem in 4.

XXVIII. Pſalterium conſolatorium primum, ſeu dicta conſolatoria ex toto Pſalterio Davidis ad eandem cum luctus Sueticus anni 1624. eodem die celebraretur ibid. an. eod. in 4. omnia ſeparatim populari ſermone.

XXIX. Memoriam Triſtium ad amicos ſuper morte Regis Guſtavi Adolphi ad Ericum Axelii & Gabr. Gabrielis Oxenſtiernios. Ibid. typis Wallianis per Waldium. an. 1633.

XXX. Viduam ſeu concionem funebrem de viduis ex Jacob. I. 27. habitam Upſaliæ in funere Dn. Svantonis Stenbock. Ibid. anno 1634. in 8.

XXXI. Catechiſmum, ſeu Chriſtianæ notitiæ librum de vero Catechiſmi intellectu pro auditoribus utriusqve templi Upſaliæ, ſermone vulgari per eund. an. eodem in 12.

XXXII. De ſtatu Mortuorum poſt hanc vitam ſermone Latino, ad Dn. Achatium Axelii Regni Sueciæ Senatorem, an. eod. in 8.



Digitized by Google

XXXIII. Commentationem in vitam Ochoziæ Regis Judæorum, typis iisdem. an. eod. in 8.

XXXIV. Diſputationem de honeſta delatione. per eundem an. 1635. in 8.

XXXV. Diſputationem de inhoneſta delatione. per eund. an. eod. in 8.

XXXVI. Literas conſolatorias ad Dn. Magdalenam Stakelberg ſuper obitu duorum filiorum in bello Germanico peremptorum. per eund. anno eod. in 4.

XXXVII. Scripta Latina pro dilectiſſimis filiabus, Margareta, Brigitta & Catharina. Continentur eis Epiſtola Pythagoræ ad Themiſtocleam ſororem, Epiſtola Corneliæ ad Gracchos, Probæ Falconiæ Cento Virgilianus. per eund. an. eod. in 4.

XXXVIII. Diſputationes de Papiſtica religione deſerenda & Lutherana amplectenda, item de principio ex quo Lutherani contra Papiſtas diſputant, habitas pro introitu ad Bellarmini refutationem. ibid. an. eod. in 8.

XXXIX. Diſputationes Theologicas contra Rob. Bellarminum. ibid. an. eod. in 8.

XL. Biblia Juvenum obſervationes & commonefactiones in Pentateuchum, lingva vernacula ibidem. per eund. an. 1636. in 8.

XLI. Commentationem in vitam Athaliæ Reginæ Judæ. typis auctoris per Waldium an 1637. in 8.

XLII. Diſputationes IV. De Miæphonia Papiſtica. Ibid. an. eod. in 4

XLIII. Poſtillæ Academicæ Collegium primum ejusqve partem primam, Dominicarum Evangeliorum

rum explicationem Chriſtianam & applicationem Antichriſtianam ibid. an. eod. in 8.

XLIV. Quæſtiones Scholaſticas in Dominicarum Evangelia Hybernalia.

XLV. Vernalia.

XLVI. Æſtivalia.

XLVII. Autumnalia, Upſaliæ typis Wallianis An. 1637. in 4.

XLVIII. Quæſtiones Scholaſticas in Feſtorum Evangelia Hybernalia.

XLIX. Vernalia.

L. Æſtivalia.

LI. Autumnalia. Ibid. typis iisdem An. 1638. in 4.

*Laurentius Laurentii* Helſingius, Paſtor in Adelunda. Ejus reperiuntur

I. Concio Sacra in tres verſus ultimos Pſal. XCI. habita in templo Holmenſi 18. Aug. An. 1609. edita Upſal. per Eſch. Matth. An. 1618. in 4.

II. Alia in Evangelium diei Circumciſionis Domini, de anno vetere recte claudendo & novo bene inchoando. Item de Strenis, ſtrenarumq; inter omnes ſtatus diviſione, per eund. an. eod. in 4.

*Nicolaus Andreæ*, Paſtor in Pitheå edidit

I. Libellum ABCdarium cum precibus vulgo ſolitis adjungi, ſermone Lapponico. An. 1618.

II. Rituale, ut appellant, Eccleſiæ, ſimiliter Lapponica lingva. Holmiæ per Meurerum A. 1619. in 4.

*Laurentius E. Vallerius* Oelandus. Ejus eſt Oratio in laudem Smolandiæ & Oelandiæ. Gryphiſvaldii per J. Albinum An. 1618. in 4.

Steno Bielke L. B. De Kraſerum/ poſt R. Sueciæ

ciæ Senator & Generalis Gubernator Pomeraniæ.

I. Diſſertatio de Academiis. Tubingæ typis Jo. Alexandri Cellii An. 1619. in 4.

II. Diſcurſus politicus de Jure Regio in impunitate delicti. ibid. anno eod. in 4.

III. Diſſertatio de Cura Religionis. typis ejusdem An. 1620. in 4.

IV. Alia de Legibus. per eundem anno eod. in 4.

*Andreas Jonæ Gothus*, Scholæ Vadſtenenſis Rector, poſt Paſtor & Præpoſitus in Aby: A quo elaborata ſunt ſequentia:

I. Theſaurus epiſtolicus Suetice ac Latine. Holmiæ per Reuſnerum An. 1619. & denuo per Meurerum An. 1631. in 4.

II. De Inſcriptionibus, ſalutationibus, literis credentialibus, legationibus &c. ibidem in 4.

III. Theoria vitæ humanæ, ſeu Concio funebris in funere Annæ Gilberti Coyet ex Philip. I. 21. Holmiæ prælo Reuſneriano An. 1619. in 4.

VI. Theſaurus Arithmeticus. Item: de nummis & ponderibus Hebræorum, Græcorum, Latinorum, ſermone populari. Ibid. per Reuſ. in 4. An. 1621.

V. Theoria vitæ æternæ, ſeu meditationes quatuor, nimirum de fine mundi, reſurrectione mortuorū, beatitudine æterna, ſuppliciis infernalibus, lingua populari. Holmiæ per Meurerum A. 1647. in 4.

*Magnus Andreæ* Paſtor in Seglora. Ejus eſt

Concio funebris in obitum Nobilis. Virginis Annæ Gyllenſtiernas ex 2. Cor. V, 1. 6. Holmiæ per Olaum Ol. An. 1619.

*Nicolaus Krokius*, Rector Scholæ, poſt Epiſcopus Wexionenſis.

I. Con-

I. Concio funebris in obitum Dn. Annæ Trolſſe ex Matth. XI. 29. 30. Upſaliæ per Eſchillum Matth. An. 1619. in 4.

II. Alia in obitum M. Petri Jonæ Angermanni Epiſc. Wexion. ex Deuter. XXXI. 1. 2. Calmariæ per Guntherum an. 1630. in 4.

III. Conciones pœnitentiales IX. an. 1640. in 4. apud eundem. quarum (1) ex 2. Timoth. II. 19. (2) Eſa. LV. 6. 7. (3) Oſe. XI. 8. 9. (4) Proverb. XIV. 34. (5) Jerem. XVIII. 7. 13. (6) Eſa. XLIX. 14. 15. 16. 17. (7) Amoſ. IX. 8. (8) Jerem. III. 12. 13. (9) Nahum. I. 7.

*Arnoldus Schultz* edidit Phil. Melanthonis Colloqvium inter DEum & Evam Holmiæ per Reuſnerum an. 1619. in 8.

*Amundus Beronis*, Paſtor pauperum Holmenſium in Danwijken Jo. Spangenbergeri quæſt. & reſponſiones in Catechiſmum Lutheri, Holmiæ per Ol. Olai an. 1619. in 8.

*Gabriel Andreæ* Helſingus, ſub legione W-Bothnienſi miniſter V. D.

I. Cauſæ duodecim, ob quas DEus hominibus immittat pœnas atqve cruciatus, rhytmis Sveticis. Holmiæ per Reuſnerum an. 1619.

II. Pandectæ miraculorum S. Scripturæ, ſeu commemoratio brevis rerum mirabiliter a DEO geſtarum, quæ occurrunt in S. literis, rhytmis itidem Sveticis: apud eundem an. 1625. in 4.

*Petrus Bullernæſius* Helſingus, Paſtor Suerdſiöenſis in Dalekatlia

I. Colloqvium Chriſtianum inter Præceptorem & Diſci-

& Diſcipulum de mendacio, ſermone populari. Holmiæ per Ol. Olai An. 1619. in 8.

II. Speculum hominis Chriſtiani. Laudat ut a ſe confectum in præfatione libri præcedentis. Num ſit editum ignoro.

*Haquinus L. Rhezelius* Angermannus, Paſtor Holmiæ in templo Ridderholmenſi, tandem Paſtor in Torſtuna/ edidit

I. Pſalmos & conciones ſacras Laur. Jonæ Geſtricii Paſtoris Hernöſandenſis patris ſui cum qvibusdam additamentis. Holm. per Meur. An. 1619. in 8.

II. Moſis Pflacheri conciones XII. funebres lingva vernacula redditas. per eundem Anno 1623. in 8.

III. Appendicem continentem conciones IV. funebres in ſpecie de morte. per eund. an. eod. in 8.

*Jonas Petri* Nericius, Confeſſarius Johannis Regis, poſt Paſtor Scheningenſis. Ejus eſt Agon Regius, ſive devota confeſſio dicti Regis ſermone Latino, qvo tunc cum Confeſſario ſolo utebatur Rex agonizans, memoriæ cauſa excepta: poſtea cum interpretatione vernacula inter reliqua edita a Sylveſtro Phygio Holmiæ per Ol. Olai An. 1620. in 4.

*Ericus Georgii* Tegel Nobilis, Cameræ Regiæ Conſiliarius & Caſtellanus Stockholmenſis, publicavit NB.

I. Chronicon Guſtavi I. partibus duabus abſolutum Svetico ſermone, Holmiæ per Reuſnerum An. 1620. in fol.

II. Vitam Erici XIV. Regis. Mſ. extat in Archivo Regio.



Digitized by Google

*Nicolaus Nicolai* Holmius, Paſtor Hedeſundenſis in Geſtricia, edidit,

I. Explicationem brevem cauſarum, ob quas homines his in terris ſubjiciantur cruci, & quomodo ſub ea gerere ſe debeant. ſermone populari. Upſ. per Eſch. Matth. An. 1620. in 12.

II. Quæſtiones Cathecheticas, ex Archiep. Paulini aliorumq; ſcriptis collectas, eod. ſermone. Ibid. An. 1650. in 12.

III. Explicationem Evangeliorum, quæ proponi ſolent die Lunæ ac Martis hebdomadis proximæ ante feſtum Pentecoſtis. ſermone eod. Ibid. per Jo. Pauli An. 1655. in 4.

*Chriſtiernus Jvari* Ulfſparre Nobilis, conſcripſit

I. Politica, ſeu præcepta gerendæ reip. ad Regem Guſtavum Adolphum, ſermone populari. Holmiæ per Ol. Olai An. 1620. in 8.

II. Sententias nonnullas convivales. Ibidem forma eadem

*Engelbertus Petri* Angermannus in Sraan & Oſby Paſtor, edidit Synopſin Analyſeos in Apocalypſin Johannis & in eam interpretationis factæ per M. Nicolaum Olai. Holmiæ per Meurerum An. 1620. in fol.

*Petrus Jonæ* Biugg Sudercopenſis, Theol. L. Lincop. poſt Epiſc. Wiburg. ſcripſit Concionem funebrem in obitum Mariæ Eliſabethæ, Caroli IX. filiæ, viduæ Johannis Ducis Oſtrogothiæ, ex Job. VII, 1-8. Holmiæ per Ol. Olai An. 1620. in 4.

*Guſtavus Ulphonis Valdroſiander*. Literas conſolatorias de vita æterna in ſex capita diſtinctas edidit

ſermo-

ſermone populari. Holmiæ prælo Reuſneriano An. 1620. in 8.

*Laurentius Caroloſtadius* de Officio Magiſtratus tempore peſtis publicavit Upſ. An. 1620. in 8.

*Laurentius Benedicti Tuneboënſis*, Paſtor in Slangshammar/ ejus extant

I. Concio funebris in obitum Dn. Erici Abrahami Leyonhufwud An. 1616. ex Geneſ. XV, 15.

II. Alia in obitum Dn. Abrahami Leyonhufwud Regni Sueciæ Senatoris An. 1618. ex Eſa. LVII, 1. 2. editæ junctim Holmiæ per Reuſnerum An. 1620. in 4.

*Guntherus Erici* Swſinſot Paſtor Suderbyenſis edidit M. Olai Martini Archiep. Upſal. concionem Sacram in dictum Pauli ad Rom. XIV, 7. 8. 9. verſam in Sueticum. Holmiæ per Ol. Ol. An. 1620. in 4.

*Johannes Olai*, Lincopenſis. Scripſit

I. Brevem expoſitionem Juris Municipalis Suecorum, habetur Mſ. in Bibliothecis diverſorum.

II. Expoſitionem LL. Provincialium per Quæſtiones & reſponſiones. Abſoluta eſt An. 1628. inedita habetur Mſ. in Bibliotheca Oxenſtierniana.

*M. Olaus Andreæ* Helſingus, Paſtor in Båldnäs Helſingiæ. ejus extat explicatio in Apocalypſin Johannis, lingva vernacula. Upſaliæ per Eſch. Matth. An. 1621, in 4.

*Nicolaus Jacobi* Bothnienſis, Inſpector eccleſiarum in Nericia & Paſtor Orebroenſis.

I. Concio Synodalis de auctoritate Conciliorum habita Stregneſii An. 1620. ex 2. Pet. I, 19. ad fin. Holmiæ per Ol. Olai An. 1621. in 4.



Digitized by Google

II. Concio funebris in obitum Dn. Beatæ Oxenſtierna/conjugis Dn. Caroli Bonde ex 1. Cor. II, 9. Holmiæ per Reuſnerum An. 1622. in 4.

*Haquinus Skytte*, Nobilis, Toparcha in Blekingia, ejus eſt oratio declarans eos, qui ad reipub. gubernacula aliquando ſunt admovendi, neceſſario liberalib. diſciplinis ante eſſe imbuendos. Upſal. per Eſch. Matth. An. 1621. in 4.

*Petrus Petri Skatalovius* edidit Dialogum inter Evam ejusq; liberos, verſum ex Germanico in Sueticum & publicatum An. 1621. in 8.

*Anonymus* edidit libellum proverbiorum Sveticorum ſecundum ordinem Alphabeti. Holmiæ per Reuſnerum An. 1621. in 8.

*Arvidus Johannis Tiderus*, Præpoſitus in Konungahårad & Paſtor in Wäkelſång. A quo habentur

I. Diſſertatio de Motu & quiete. Publicata Upſaliæ per Eſchil. Matthiæ An. 1621. in 4.

II. Joachimi Mölmanni Meditationes ſacræ in Pſalmum XCI. tempore peſtis præſertim utiles, verſæ in ſerm. popularem. per eund. an. eod. in 8.

III. Joachimi Berlini Conciones ſacræ ſex in caput vigeſimum ſecundum Geneſeos, verſæ pariter in Sueticum editæq; Upſaliæ An. 1622. in 8.

IV. M. Henrici Sandtmanni Jehovæ Sacrum Moſaicum Prognoſticon ex libri quinti Moſis c. 25. expoſitum, & verſum in ſermonem popularem. Holmiæ per Ol. Olai Enæum An. 1622. in 8.

V. M. Johannis Fabricii Hortus roſarum Spiritualium, pariter verſus & editus Upſaliæ per Eſch. Matth. an. eod. in 8.

VI. Gram-

Digitized by Google

VI. Grammatica Latina, Nath. Chytræi edita primum ab ipſo: & ſecunda vice ex emendatione M. Olai Nicolai Bothnienſis An. 1631. Deinde Upſaliæ An. 1657. Lincopiæ An. 1662. Holmiæ 1663. & ſæpius aliis quoqve locis in 8.

VII. M. Nathanaëlis Tileſii Analyſis Evangeliorum ſimiliter verſa. tomis quatuor. quorum I. Upſaliæ per Eſch. Matth. An. 1644. II. III. & IV. Lincopiæ per Guntherum An. 1648. & 1649. ſumptibus auctoris prodierunt in 4.

VIII. Ejusdem Tileſii meditationes in Paſſionem Dominicam. ſermone Svetico. Gothoburgi per Amundum Greſwe An. 1655. in 4. propriis ſumptibus auctoris.

IX. Tileſii ejusdem labores in Catecheſin verſi in ſermonem popularem, per eund. An. 1661. in 4.

X. Prætorii Ærarium Spirituale Fidelium, ſimiliter verſum. per eundem An. 1664.

*Laurentius Cygneus* de vera & falſa nobilitate in antitheſi & theſi. Holm. per Ol. Olai A. 1621. in 4.

*Novum Teſtamentum* ad exemplum editionis Bibliorum An. 1618. in fol. prodiit hoc anno 1621. Holmiæ per Ol. Olai in 4.

*Anonymus*, qui edidit Reyncke Foß Fabulam pulchram & utilem prudentia, doctrina & exemplis refertam multifariis, in qua omnium hominum actiones, perfidia, calliditas adumbrantur, (prodiit idem auctor primum Latina, Germanica & Danica quoqve lingva) rhytmis Sueticis: additis ad ſingula capita obſervationibus Ethico-Politicis prolixioribus. Holmiæ per Meurerum An. 1621. in 8.



Digitized by Google

NB. *Olavus Laurelius* Weſtrogothus primo Logices, dein Theol. D. & Profeſſor Upſalienſis, tandem Epiſcopus Aroſienſis. Edidit

I. Orationem Jubilæam pro felici novi anni auſpicio, proq; Jubilæi peracti condigna memoria, Upſaliæ An. 1621. per Eſch. Matth. in 4.

II. Fidei Orthodoxæ Normam, per eundem An. 1624 in 4.

III. Vindicias pro genere mortis Guſtavi Adolphi Regis. per eundem An. 1634. in 4.

IV. Conciones funebres, quarum ſeries & numerus, prout eas habere potui, hic eſt

1. in Obitum Eliſabethæ Poſſe Virginis, habita An 1639. ex Eccleſiaſt. VI, 10. 11, VII, 1. edita Upſaliæ.

2 Dn. Benedicti Oxenſtierna / R. Sueciæ Senatoris, Stabularii & Gen. Gubernatoris Livoniæ An. 1643. ex Hebr. XI, 13. Holmiæ per Henr. Keyſer. An. 1644. Jungitur relatio de peregrinatione ejus per orbem fere totum.

3. Dn. Annæ Margaretæ Bielke/An. 1643. ex Apoc. VII, 13. ad fin. ibidem per Meurerum An. 1645.

4. Dn. Claudii Fleming / R. Sueciæ Senatoris, Caſtellani Stockholmenſis & Ammiralis An. 1644. ex 2. Tim. IV, 6. ad 9. per eundem An. 1645.

5. Dn. Petri Banner / Equitis, R. Sueciæ Senatoris & Legiferi Oſtrogothiæ An. 1644. ex Rom. VIII, 38. 39. per eundem 1645.

6. Olai Johannis Ornehufwud An. 1644. ex Geneſ. XLVII, 8. 9. per eund. An. 1645.

7. Samuelis Andreæ, Regiæ Majeſtatis Secretarii

An.

Digitized by Google

An. 1645. ex Sap. IV, 7. 15. per eund. an. eod.

8. Petri Eliæ Gavelli, J. U. D. & Conſulis Holmenſis An. 1645. ex Exod. XVIII, 21. per eundem.

9. Brigittæ Laurentii filiæ, conjugis Hans Hanſons Senatoris Holmenſis An. 1646. ex Philip. I, 20. 21. per eundem an. eod.

10. Johannis Gabrielis, & Meretæ Eliſabethæ, liberorum Dn. Leonhardi Torſtenſonii An. 1642. ex Baruch. IV, 19. & 23. per eundem An. 1647.

11. Dn. Sophiæ DeLaGardie, conjugis Dn. Johannis Kurck An. 1647. ex Pſalm. XCVI, 7. ad 16. per eundem.

12. Dn. Caſpari Lillie Crona / R. Majeſt. Commiſſarii militaris in Germania An. 1647. ex Joh. III, 16. per Henr. Keyſer.

13. Laurentii Benedicti redituum navalium ex majore telonio Holmenſi præfecti An. 1647. ex Pſalm. XXIV, 3. 7. per Meurerum.

14. Dn. Gabrielis Benedicti Oxenſtierna / Cameræ Reg. Conſiliarii & Præſidis Dicaſterii Reg. Dorpatenſis An. 1648. ex Pſal. LI, 10. ad 15. per eund.

15. Dn. Andreæ Haraldi Appelblom Reg. Majeſt. Commiſſarii an. 1650. ex Phil. I, 20. ad 25. per eundem

16. Magdalenæ Caroli filiæ Hiſing / viduæ b. Joh. Rudbeckii Epiſc. Aroſ. An. 1649. ex Rom. VIII, 26. 27. 28. Aroſiæ per Lauringerum An. 1651.

17. Dn. Helenæ Bielke / Comitiſſæ in Wiſingzborg etc. An. 1652. Ex Eccleſiaſt. VIII, 11. ad 15. per eundem an. eodem.

18. Dn. Mariæ Eleonoræ Soop / in Lais &c.



Digitized by Google

An. 1652. ex Job. XIX, 25. ad 28. per eundem anno eodem.

19. Johannis Johannis Guldſmed/ Conſulis Aroſienſis, An. 1654. ex Prov. XVI, 31. per eundem an. eod.

20. Dn. Annæ Banner/ Comitiſſæ in Korsholm & Waſa/conjugis Dn. Gabr. Benedicti Oxenſtierna An. 1656. ex Pſal. CIII. toto, per eund. An. eod.

21. Marci Kock Regni Sveciæ Monetarii habita An. 1657. ex Pſalm. LXXXIV. toto. per eundem An. 1658.

22. Chriſtierni Magni, Civis Aroſienſis & Arendatoris An. 1659. ex Pſalm. XXXIX, 6. ad 12. per eund. an. eod.

23. Eliſabethæ Nicolai filiæ Lithman, conjugis M. Petri Drivii Paſtoris Copingenſis An. 1659. ex Eſa. XXVI, 16. ad fin. per eund. An. 1662.

24. Ebbæ Catharinæ Bonde Virginis An. 1663. ex Pſalm. CXXVI, 5. 6. Holmiæ per Meurerum An. 1664.

V. Diſputationes Logicas variis annis editas.

VI. Orationem parentalem in obitum Dn. Guſtavi Horns. Lincopiæ An. 1640. in 4.

VII. Compendium Theologicum illuſtriorum quæſtionum, per eundem An. 1640. in 4. poſtea Aroſiæ An. 1669. in 8.

VIII. Syntagma Theologicum in theſi & antitheſi, per eundem Upſaliæ An. 1661. in 4.

IX. Quæſtiones & reſponſiones in Catechiſmum Lutheri lingua populari. Aroſiæ An. 1647. in 8.

X. Orationem de viro Theologice perfecto, habitam

Digitized by Google

bitam; cum fieret Epiſcopus Aroſienſis, & editam Aroſiæ per Lauringerum An. 1648. in 4.

XI. Catechiſmum cum quæſtionibus lingua vernacula. Ibid. An. 1649. in 8.

XII. Diſputationes Synodales, in Articulos Auguſtanæ Confeſſionis, quarum prima habita & edita eſt Aroſiæ per eund. An. eod.

XIII. Parænesin, ad Miniſt. Eccleſiaſticum in diœceſi Aroſienſi ſermone vulgari ibid. An. 1650.

XIV. Articulos fidei diſputationibus comprehenſos quoad theſin & antitheſin. Per eundem An. 1655.

XV. Speculum Religionis, lingua populari, ibidem eodem anno in 8.

XVI. Franciſci Albani Vangionis Anatomiam Papæ verſam in ſermonem popularem, per eundem An. 1663. in 8.

XVII. Speculi Religionis clauſulam.

XVIII. Rationes ob quas Lutherani mutaverint religionem prius receptam.

XIX. Neceſſariam conſiderationem de Anti-Chriſto.

XX. Comparationem brevem Chriſti cum Anti-Chriſto Romano.

XXI. Spiritualem formam Regiminis Politici.

XXII. Informationem de Regimine Eccleſiaſtico.

XXIII. Querelam DEi de peccatis mundi, partibus duabus. Hos omnes tractatus, quorum titulus *Opuſcula Religioſa*, junctim edidit ſermone vernaculo per eundem An. 1665. in 8.



Digitized by Google

XIXV. Synopſin Articulorum fidei Latino ſermone An. 1652. & Suetico An. 1665. per eund. in 8.

XXV. Criteria boni Doctoris & Auditoris, in Eccleſia Chriſti eodem ſermone. Aroſiæ per Boëtium Hagen An. 1669. in 8.

*Biblia Suetica* ad exemplum editionis Bibliorum An. 1618. in fol. prodierunt hoc anno 1622. Lübecæ per Samuelem Jauchium civem ibidem & Bibliopolam in 4.

NB. *M. Johannes Franckenius* Weſemannus Medicinæ Profeſſor Upſalienſis. Edidit

I. De Signaturis herbarum idiomate Germanico. Roſtochii per Joach. Fueß. An. 1618. in in 4.

II. De innocenti occiſorum corporum ſangvine, qvi ad præſentiam ſicarii & homicidæ ubertim ex vulnere profluit & exſtillat. Upſal. per Eſchill. Matth. An. 1624.

III. De ſiderum Cœleſtium in ſublunaria Corpora influxu, vi & efficacia. ibidem An. 1626.

IV. De Anatomes Definitione, diviſione & ſubjecto. per eundem An. 1628.

V. De Cauſa efficiente & finali Anatomes Diſſertationem. per eundem An. 1629.

VI. Diſſertationem de transmutatione metallorum Hermetico-Philoſophicam. per eundem anno eodem.

VII. Diſſertationem de Origine formarum.

VIII. Diſſertationem de Nicotianæ herbæ ſive tabaci virtutibus. per eundem An. 1633.

IX. De corporis humani in ſuas partes diviſione, Diſp. Anatomicam. per eundem An. 1634.

X. De

Digitized by Google

X. De principiis conſtitutivis lapidis Philoſophici theſes Hermeticas, per eundem, ſed ſine adſcriptione anni.

XI. Colloqvium Philoſophicum cum Diis montanis, ſeu Dialogum de metallorum transmutatione ac confectione auri, ſermone populari. per eund. An. 1651. in 8.

XII. Speculum Botanicum, continens herbarum vocabula Latina & Suetica, per eundem An. 1638. ſed auctius & emendatius poſtea per Joh. Pauli An. 1659. ſumptu auctoris. in 4.

XIII. Botanologiam, ſcriptum a præcedenti diverſum, quod habetur Mſ. in Bibliotheca Dn. Silnæi, Lectoris Stregnenſis ut a Dn. Laurentio Norrmanno mihi ſignificatum eſt.

*Johannes Matthiæ*, Oſtrogothus, primo Regens NB. Collegii Illuſtrium Holmiæ, poſt Reginæ Chriſtinæ a Studiis literarum, Theologiæ Doctor, & tandem Epiſcopus Stregnenſis. Edidit

I. Syntagma breve Theologicum, publicatum Lipſiæ An. 1622. in 8.

II. Libellum puerilem, continentem quinque primaria capita doctrinæ Chriſtianæ, cum precationibus, ex ſola S. Scriptura deſumptis, & expreſſis lingvis quinque Latina, Suetica, Gallica, Germanica & Anglica. Holmiæ per Meurerum An. 1626. in 8.

III. Gnomologiam veterum Latinorum Poëtarum & Hiſtoricorum. per eundem An. 1627. in 8.

IV. Diſputationes duas de Miniſterio Eccleſiaſtico, propoſitas in Collegio Illuſtrium Holmenſi.

per

Digitized by Google

per eundem An. 1628. in 4. & poſt Stregneſii per Brockenium An 1659. in 8.

V. Grammaticam Regiam, ſeu novam & facilem rationem diſcendi lingvæ Latinæ præcepta, pro Regina Chriſtina. Holmiæ An. 1635. in 12. Eandem recudi fecit M. Zuerius Boxhornius Lugduni Batavorum An. 1650. eadem forma.

VI. Rationem Studiorum in Collegio Illuſtrium Stockholmenſi. Holmiæ An. 1636.

VII. Inſtitutionem Catecheticam Chriſtianæ religionis, traditam Chriſtinæ Reginæ, & publicatam An. 1640. item Stregneſii Anno 1659. in 8.

VIII. Concionem funebrem in obitum Dn. Mariæ Axelii filiæ, conjugis Dn. Thuronis Sparre L. B. in Croneberg ex Apoc. VII, 13. ad fin. Stregneſii per eundem An. 1650. in 4.

IX. Examen Catecheticum in Diœceſi Stregnenſi ex Theſauro Catechetico Paulini collectum. Stregneſii An. 1652. in 12.

X. Methodum concionandi, ut ipſe indicavit in præf. Epiſtolarum.

XI. Zelotypiam Paſtoralem vere & opportune arguendi & corrigendi errores & peccata. Stregneſiæ typis Conſiſtorii per Brockenium An. 1645. in 4. & poſtea An. 1659. in 8.

XII. Ideam boni Ordinis in Eccleſia Chriſti, loco Orationis introductoriæ ad Epiſcopatum traditam in Anniverſaria Synodo Stregnenſi. recuſam per Brockenium An. 1659. in 8.

XIII. Epiſtolarum decades decem de univerſo

munere

Digitized by Google

munere Paſtorali, tam quoad vocationem & præparationem, quam ipſius muneris exercitium Stregneſii An. 1652. in 12. & iterum An. 1659. in 8.

XIV. Querelam de præpoſtero quorundam judicio in caſtigandis aliorum ſcriptis. per eundem An. 1660. in 8. recuſam.

XV. Methodum viſitandi Eccleſias, ſermone populari. per eundem An. 1653. in 8.

XVI. Concionem in obitum Comitis Palatini Dn. Johannis Caſimiri ex Rom. VIII, 38. 39. per eundem An. 1653. in 4.

XVII. Formam abſolvendi & præparationem ad S. Cœnam, ſermone vernaculo; per eund. An. eod. in 12.

XVIII. Formam inchoandi cultus divini in templo recens ædificato, quæ res *Inauguratio* vulgo dicta, eſt ſermone eod. An. 1654. in 8.

XIX. Formam ordinandi Sacerdotis in Eccleſia recens illi commiſſa, ſermone populari. Ibidem An. eod. in 8.

XX. Regulam credendi & vivendi, ad Chriſtinam Reginam transmiſſam & publicatam in 12. poſteaque Stregneſii An. 1659. in 8.

XXI. Librum Stregnenſium in templo domiq; utilem, qui complectitur 1. Poſtilla ſeu explicationem omnium Evangeliorum. 2. Conciones aliquot Solennes ante ſeorſim editas, ut in Reginæ Chriſtinæ ingreſſu in Senatũ, ſuſceptione Imperii, Coronatione, in Coronatione Caroli Guſtavi, in funere Reginæ Mariæ Eleonoræ. 3. Elementa religionis Chriſtianæ

ſtianæ. Cuncta ſcripta ſermone populari, junctim edita per Brockenium An. 1658. in 4.

XXII. Formam cultus Divini per dies Dominicos, feſtos, ſupplicationum & ejusmodi inſtitutam obſervandamq; donec Ordinantia Eccleſiaſtica publicata fuerit, per eundem An. 1650. in 8.

XXIII. Ramos Olivæ Septentrionalis, ferentes baccas religioſam pacem ſuaviter redolentes, & Concordiæ Eccleſiaſticæ ſacras. Primus editus eſt per eundem An. 1656. quartus & quintus An. 1661. in 12. Opus totum manſit imperfectum per cauſas cum alias tum mortem Auctoris.

XXIV. Poſitiones de diſciplina Eccleſiaſtica, traditas Holmiæ An. 1660. poſt editas auctius, & à nonnullis vexationibus vindicatas cum ſubjectis obſervationibus de rebus adiaphoris. apud eund. An. 1661. in 8.

XXV. Formulam Catholicæ, priſcæ, veræ & orthodoxæ fidei ad Reginam Chriſtinam directam, typis Brockenianis An. 1665. in 8.

XXVI. Quæſtiones Regias & reſponſiones Sapientum ex vetuſtiſſima Hiſtoria Ariſteæ & Septuaginta Interpretibus deductas & Sereniſſ. Regi Carolo dicatas. per eundem An eod.

*Ericus Broderi Rhalambius* Nobilis Oratio de Veritatis laudatiſſimæ virtutis præeminentia præ Rege viro & muliere Upſ. per Eſch. An. 1622. in 4.

*Andreas Broderi Rhalambius* dicti Erici frater, oraito de gratitudine. Ibidem An. eod. in 4.

*Nicolaus* Grubb Lect. Eloq. poſt Theol. in Gymn. Lincop. Ejus eſt

I. Spe-

I. Speculum Vitæ humanæ ex Job. XIV, 1. 2. in funere Brigittæ Clementis propoſitum An. 1616. excuſum Holmiæ prælo Reuſneriano. An. 1622. in 4.

II. Cœpit concinnare Lexicon Latino-Sveco-Germanicum, ſed præventus morte non potuit abſolvere. Initium tamen præbuit Lexico Lincopenſi, de quo poſtea.

*Nicolaus Olai* Uplandus Paſtor in Sparſätra vertit in ſermonem popularem

I. M. Hieronymi Mencelii conciones XX. in Paſſionem Dominicam. An. 1622.

II. Ejusdem conciones VI. feſtivales temporibus matutinis & veſpertinis in feſto Natalitiorum Chriſti, Paſchatos & Pentecoſtes. An. 1614.

III. Compendium ex articulis quibusdam doctrinæ Chriſtianæ primariis per virum principem collectum, quæſtionibus LXXVIII. cum earundem reſponſionibus, capitibus IX. An. 1623. MSſ. reperiuntur omnia in Bibliotheca Dn. Olai Sparman ejusdem ex filio nepote.

*Abel Laurentii Treudlerus* ſcripſit Concionem funebrem in canticum Simeonis. ſermone vulgari Holmiæ per Reuſnerum An. 1622. in 4.

*Iſacus Erici* Paſtor in Stenby in Oſtrogothia

I. Concionem funebrem An. 1620. in obitum uxoris M. Laurentii Laurini Paſtoris in Häredzhammar Margaretæ ex Act. VII, 59. 60. Holmiæ per Reuſnerum An. 1622. in 8.

II. Calendarium Eccleſiaſticum Sveticum, in quo vitæ Sanctorum, quorum nomina in Faſtis

Sue-

Sueticis occurrunt, breviter enarrantur. Mſ. extat in Bibliotheca Dn. Sam. Steen filii ejus ſermone vernaculo.

III. Librum Oeconomicum, ex variis ſcriptoribus præcipue tamen Colero collectum emendatumqve lingva populari. Mſ.

IV. Coleri de curatione pecoris domeſtici, & in ſpecie de apibus, ovibus, capris, anſeribꝰ, gallinis, ſuibus, equis, ex auctoribus pluribus auctum Mſ. Suetice redditum. poſtrema hæc duo ex eadem Bibliotheca typis Holmiæ nuper tradita ſunt.

*Matthias Georgii* Helſingus, Paſtor in Oſwerſelbo. Ejus eſt Concio Synodalis de Conciliis ex Pſal. CXXII. lingva vernacula. Holmiæ per Meurerum An. 1622. in 4.

*M. Laurentius Nicolai Blackſtadius* Theol. Lector & Pœnitentiarius Aroſienſis. Edidit Orationem de An. Jubilæo. Aroſiæ An. 1622. in 4.

*Anonymus* qui ſcripſit de expugnatione civitatis Rigenſis Livoniæ metropolis a Guſtavo Adolpho ad deditionem compulſæ, idiomate Latino-Germanico. Rigæ per Nic. Mollinum An. 1622. in 4.

*Ericus Nicolai Klingius* Upſalienſis edidit ſtrenam de Virginitatis excellentia ſermone populari. Holmiæ per Reuſnerum An. 1622. in 8.

*Zacharias Georgii* Holmenſis, Martini Chemnitii Enchiridion de præcipuis Religionis Chriſtianæ capitibus verſum in ſermonem vulgarem per quæſt. & reſponſiones Holmiæ per Reuſnerum Anno 1622. in 8.

*Jacobus*

Digitized by Google

*Jacobus Petri Rondeletius* Nericius, Paſtor in Knideſta. Ejus eſt

I. Concio Synodalis de Confeſſione & abſolutione ex 1. Joh. I, 8. 9. Upſal. per Eſchill. Matth. An. 1622. in 4.

*II.* Concio ſacra de cruce & conſolatione Chriſtianorum ex Pſal. LXVIII, 20. 21. habita An. 1631. *Ibidem* typis Wallianis An. 1638. in 4.

*III.* Iter Hierichunticum de hominis lapſu & reſtauratione, omnia ſermone populari. Stregneſii An. 1646. in 12.

*Anonymus* qui ſcripſit Muſicæ rudimenta pro incipientibus, Svetica interpretatione illuſtrata. Holmiæ prælo Reuſneriano An. 1622. in 8.

*Gustavus Laurentii H.* Tierpenſis, Eccleſiaſtes Holmenſis in ſuburbio auſtrali, Herm. Hamelmanni Superint. Altenb. Informationem de ſalutari præparatione ad obitum beatum capitibus XII. comprehenſam in lingvam popularem verſam edidit Holmiæ per Meurerum An. 1622. in 4.

*Johannes Vaſtovius* Gothus, Protonotarius Apoſtolicus (ſic ſe ipſe nominat in ſubſcriptione ſua) Canonicus Varmienſis, & Regi Sigiſmundo tertio ſacris & Bibliotheca, edidit Vitem Aquilonarem, ſeu Commentarium de Sanctis gentis Sveticæ. Coloniæ Agrippinæ per Antonium Hierat. An. 1623. fol. NB

*Samuel Olai*, verbi divini in Eccleſia Aroſienſi ſubminiſter, poſt Paſtor in Romfertuna. Ejus ſunt

I. Biblia domeſtica M. Johannis Wagneri ex Germanico verſa in Sveticum, & edita ſumptibus

Claudii Dÿpken Aroſiæ per Olaum Olai An. 1623. in 4.

II. De Sepultura hæreticorum & impiorum, ſermone populari. per eundem An. 1624. in 4.

III. Tilemanni Heshuſii & aliorum Theologorum de teſtibus & teſtimoniis adhiberi ſolitis in Baptiſmo, ſermone itidem vernaculo. per eundem An. 1625. in 4.

IV. Concio funebris in obitum M. Erici Holſtenii Paſtoris Schedvienſis. ibidem per eundem an. 1642. in 4.

*Georgius Borraſtus*, Borræſenſis Weſtro-Gothus, J. U. D. & Secretarius Sigiſmundi Regis Poloniæ, ipſius eſt

I. Carmen gratulatorium prolixum ad Vaſtovium popularem, junctum Viti ejus Aquilonari, cumque ea publicatum.

II. Scriptum ſine nomine Auctoris, cujus titulus: Cauſæ, ob quas Carolus Guſtavus Sveciæ Rex, Sereniſſimum Principem & Dominum Dn. Johannem Caſimirum Regem Poloniæ & Sueciæ Hæreditarium bello adoriri coactum ſe profiteatur, breves & præliminares, breviter limatæ & eliminatæ. Editum Lublini ex offic. Johannis Wiecmorcocoſci, & mox ſecunda vice Dantiſci An. 1656. Habeo hoc ex ore & commemoratione Dn. Johannis Habæi Regis Caroli Guſtavi tum Secretarii.

NB. *M. Sveno Jonæ*, Weſtrogothus, L. L. Orientalium Profeſſor Upſalienſis. Extant ejus

I. Elementale Theologicum, editum Upſaliæ An. 1624. in 4.

II. Act

II. Actus inauguralis Rectoris Dn. Baronis, Guſtavi Axelii Oxenſtierna, exhibens ſimul hiſtoriam Academiæ Upſalienſis. Upſaliæ per Eſchillum Matthiæ An. 1627. in 4.

III. Catecheſis minor Syriace ac Latine, cum Alphabetho Syriaco. per eundem An. 1627. in 4.

IV. Diſquiſitio Philologica de Conſtitutione Sacri Codicis, per eundem, nulla ſignificatione anni. in 4.

V. Inveſtigator Antiquitatum, ſeu collatio lingvæ Sueticæ cum lingvis Orientalibus.

VI. Inſtitutiones Hebraicæ, publicari cœptæ An. 1637. cum Diſſertationibus Philologicis.

VII. Colonus Septentrionalis Antiquo-Novus conferens etiam natales lingvæ Sueticæ cum Orientalibus, Sed poſtrema hæc tria per Auctoris obitum imperfecta manſerunt.

*M. Jonas Columbus* Weſmannus, Poëſeos Profeſſor Upſalienſis, & poſt Paſtor in Husby Dalecarliæ. Scripſit

I. Carmina varia gratulatoria & alia, ut occaſionibus aliis & aliis, ita nec eodem tempore junctimve edita.

II. Librum Elegiarum ad Viros doctrina claros in Academia Upſalienſi. Ineditus hucusq; habetur propria ipſius manu ſcriptus in Bibliotheca filii ipſius, Dn. M. Johannis Columbi, ſimiliter Poëſeos Profeſſoris Upſalienſis, generi mei chariſſimi.

*III.* Triumphum vindicatæ Sveciæ a Tyrannide Danica per Guſtavum primum.



Digitized by Google

IV. Triumphum ob continuos ſucceſſus Guſtavi Adolphi.

V. Triumphum expeditionis Boruſſicæ.

VI. Victoriam StrasburgenſemBoruſſiæ,carmen.

VII. Victoriam Pillavienſem,carmen.

VIII. Librum Odarum ad diverſos. Extant omnia hæc opuſcula Mſſ. apud dictum ejus filium.

NB. *Ericus Holſtenius* Lector Phyſices in Gymnaſio Aroſienſi,poſt Paſtor Schedvienſis. Edidit

I. De anima,præſertim rationali, pro Theologorum & Philoſophorum ſaniorum theſi defendenda Aroſiæ per Olaum Olai An. 1624. in 4.

II. De mendicantibus, & cauſis veris paupertatis, ex Pſalmo XLI, 1. 2. 3. Concionem Sacram habitam Aroſiæ in nundinis An. 1639. Holmiæ per Upſ. poſt Meurerum An. 1640. in 4.

*Olaus Achatii* Salemontanus.D.Johannis Gerhardi Theologiam practicam vertit in ſermoné popularem,& excudi fecit Aroſiæ per Ol. Olai An. 1624 impenſis Achatii Olai Paſtoris in Sala in 12.

*M.Petrus Johannis Rudbeckius* Nericius, Phyſ. Prof. Upſal.poſt Paſtor Copingenſis. Ejus reperitur

I. Inſignis adoleſcentia & inſignis pueritia. Holmiæ per Meurerum An. 1624. in 4.

II. Enchiridion, ſeu liber cantionum ſacrarum, Evangeliorum,Catechismi, & ſimilium,in quo innovatur ordo antea receptus, in cantionibus adduntur aliqua antea non uſitata, cum nonullis aliis adiecto Libri Symbolici titulo. Vide Baazium Hiſt. Eccleſ. p. 605. Editus eſt Aroſiæ primum An. 1625 & poſt denuo An. 1627. in 4.

Nic

XXIII. Diſputationem Synodalem de Prædeſtinatione. ibid. an. 1672. in 4.

XXIV. Encyclopædiam Synopticam ex optimis & accuratiſſimis Philoſophis collectam, in tres diviſam partes, quarum prima continet tractatum *de Philoſophia in genere, Logicam, Metaphyſicã Pnevmaticam & Noologiam*. Pars ſecunda *ſcientias Mathematicas, ut Arithmeticam, Geometriam, Computum, Geodeſian, Coſmographiam, Aſtronomiam, Geographiã, Muſicam, Opticam, Staticam*. Pars tertia *Ethicam, Politicam,*

Digitized by Google

*ticam*, *Oeconomicam*, cura & ſumptibus Autoris Aboæ anno 1672. in 8.

XXV. Commonitiones varias ad Eccleſias Diœceſis Aboenſis, Svetico ſermone. Ibidem anno 1673. in 4.

XXVI. Conciones varias funebres.

XXVII. Idem recudi fecit in uſus Juventutis Sententias Theognidis cum verſione Philippi. Colloquia Eraſmi Ludovici Vivis & Heſſi ab Helvico collecta. Diſticha moralia Catonis, Mureti, & aliorum. Bellum Grammaticale. Terentii Chriſtiani aliquot Comœdias. Ciceronis Paradoxa, Somnium Scipionis, Conſolationem, Epiſtolas ſelectas. Portulam Latinæ Linguæ Seidelii. Cornelium Nepotem ex recenſione Bœcleri. Florum ex recenſione Freinshemii. Curtium ex recenſione ejusdem, atque alia, ex proprio pleraque typographæo in 8.

XXVIII. Lexicon Pentaglotton, in quô vocabulis Latinis reſpondent Græca, Suetica, Germanica, Finnonica, quod hodie eſt ſub manu.

XXIX. Didactica Sacra, in qua ex quibuslibet vocabulis totius Codicis ſacri, præcipue nominibus tam propriis, quam appellativis item aliis Eccleſiaſticis breviter explicatis, uſus monſtratur vel didacticus proprie ita dictus, vel adhortatorius, vel dehortatorius, vel refutatorius, vel conſolatorius, vel etiam plures ſimul. Eſt & hæc ſub manu. Conf. pag. 332. 333.

*Suanto Sparre*, Laurentii filius, Baro. Edidit Orationem funebrem in laudem Illuſtriſſimi Dn. Johannis Banerii, Regni Sueciæ in bello Germanico



Digitized by Google

co Imperatoris ſupremi, Avunculi ipſius. Habita eſt Holmiæ in Collegio Illuſtri Ordinis Equeſtris editaque Upſaliæ per Eſchillum an. 1641. in fol.

*Daniel Jonæ Behm* Gevalienſis, Profeſſor Eloquentiæ Upſalienſis, poſt Secretarius Regius & Nobilis. Publicavit NB.

I. Panegyricum in prædicti Johannis Banerii laudes poſt ejus obitum, habitum & excuſum Upſaliæ anno 1641. in fol.

II. Cœperat quoque edere Hermathenas, vulgatis aliquot foliis, in 4. ſed poſt evocatus in aulam conſilium curamque hanc adjecit.

*Ericus Odhelius* Weſtrogothus, Theologiæ D. & Profeſſor Upſalienſis. Edidit NB.

I. De Scriptura Sacra in genere diſſertationem Upſaliæ per Eſchill. Matthiæ anno 1641. in 4.

II. Diſputationem de habitibus intellectus acquiſitis pro ſupremo Philoſophiæ gradu. ibid. an. 1644. in 4.

III. Diſputationem de notitia DEI naturali. ib. an. 1647. in 4.

IV. De tribus univerſalibus æternæ hominis ſalutis cauſis, dilectione, redemptione & vocatione, abſoluto Calviniſtarum decreto oppoſita. Ibidem, anno 1648. in 4.

V. Diſputationes in Auguſtanam Confeſſionem quarum prima de Confeſſionum Eccleſiaſticarum & præſertim Auguſtanæ natura habita Upſaliæ publicataqve per Johannem Pauli an. 1653. opus ad art. VI. continuatum, ſed poſtea morte autoris interceptum eſt.

VI. Commentarii in Jeſaiam & Jeremiam Prophetas

Digitized by Google

phetas inediti ſervantur Mſſ. apud ejus hæredes. Itemque in Threnos & Ezechielem.

VII. Apud eosdem ſervatur Methodus & Apparatus Studii Theologici.

VIII. Analyſis Auguſtanæ Confeſſionis.

IX. Orationes, una ligata de B. Luthero; reliquæ ſolutæ, de controverſiis Theologicis rectè tractandis: de lectione Biblica; de ſtudio Theologiæ hoc tempore prudenter inſtituendo: de Juventute Academica à noxiis corruptelis ſervanda; de hodiernis Eccleſiæ Orthodoxæ periculis ac morbis eorumqve cauſis atque remediis: Introductoria in Jeſaiam, & alia in Jeremiam.

X. Cœpit quoqve juſſu S. R. Majeſt. opus conficere de unione Sectarum, cui fecit titulum, *Palma pacifera, repræſentans ſalvificæ fidei & Chriſtianæ concordiæ innoxium & æquabile coagulum, idemq́ʒ ex veris & ſolidis utriusqve fundamentis ſingulari ſtudio deductum.* Sed mors cœptum interrupit.

NB. *Carolus Lithman* Orebrogienſis Nericius, Lector primum in Gymnaſio Stockholmenſi, poſt Doctor & Profeſſor Theologiæ in Academia Upſalienſi; & nunc Epiſcopus Stregnenſis. Excudi fecit

I. Συζήτησιν Sacram ſuper Epiſtola Pauli ad Galatas, Upſaliæ per Eſchillum An. 1641. in 4.

II. De Monarchia Romano-Catholica. Holmiæ per Ignatium ſine anni adſcriptione, qvem tamen puto fuiſſe an. 1648. in 4.

III. Tractatum compendioſum exhibentem Photinianiſmi Naturam & doctrinam. Upſaliæ an. 1651. in 12.

IV. Di-

Digitized by Google

IV. Diſputationes in librum Moſis, qvi Numeri ſolet nominari. Upſaliæ An. 1663. & 1665. in 8. Conf. pag. 333.

*Ericus Oxenſtierna Axelii*, Comes in Södermöre/ &c. Regni Senator, Cancellarius, Præſes Colleg. Reg. Commerciorum, Generalis Gubernator Boruſſiæ, Legifer Nordlandiarum, Lapponiæ, Jemptiæ & Herredaliæ. Ejus eſt oratio funebris mœſtæ recordationi Dn. Gabrielis Oxenſtierna Guſtavi, Reg. Sveciæ Archidapiferi. Holmiæ per Henr. Keyſer/ An. 1641. in fol. Conf. pag. 334.

*Edvardus Philippi* Oſtrogothus, Legationum in &c. Germaniam, dein Regius, poſtea Status Secretarius, hinc Conſiliarius aulæ, tum Conſiliarius Cancellariæ, Nobilis cognomento Ehrenſteen/demum aulæ Regiæ Cancellarius, Legatus Extraordin. in Angliam, Fœder. Belgium & ad Pacis Tractatus Coloniæ 1673. habitos, juvenis publicavit

I. Diſputationem de forma ſubſtantiali. Upſaliæ Anno 1642. in 4.

II. Orationem in natalem Chriſtinæ Reginæ. Holmiæ per Henr. Keyſer/ann 1648. in fol.

III. Orationem in Diem Coronationis ejusdem Chriſtinæ Reginæ Trajecti ad Rhenum per Theodor. ab Ackersdyck an. 1650. in fol.

IV. Præterea ut muneris ejus ratio exigebat pluríma Polemica ſcripta edidit in Polonia & Dania durantibus tunc bellis, ſub nomine ſuo ſed ad mandatum Regis vel Cancellariæ. Tempore pacis etiam nonnulla ad ſtatum pertinentia edita ſunt. Legatus vero multa Memorialia Mediationis & pacis negotium concernentia partim Coloniæ per Joh.

Ant.

Ant. Kinckium, præſertim vero in Hollandia Annis 1673. 1674. & 1675. edidit. Conf. p. 334.

NB. *Emundus Figrelius* Oſtrogothus, Profeſſor Hiſtoriarum Upſalienſis, poſt Caroli XI. Regis in ſtudiis literarum Informator, & Nobilis Gripenhielm vocatus, tandem Regni Senator & Baro, edidit in juventute

I. Brevem Reipublicæ cum Romana Sueciæ comparationem. Upſaliæ anno 1642. in 4.

II. Diagramma Epicum de ultimo mundi die & vita æterna, ad Illuſtriſſ. Dn. Guſtavum Banerium Caroli filium Baronem, quem in itinere apud exteros comitabatur. Excuſum eſt in tabula ænea Pariſiis an. 1648.

III. Epitaphium in funere Illuſtriſſ. Dn. Jacobi de la Gardie, Comitis in Läckö, Regni Sueciæ Archiſtrategi, carmine elegiaco. Holmiæ typis Janſonianis tempore nullo adſcripto, qui tamen fuit an. 1652.

IV. De Statuis Illuſtrium Romanorum librum ſingularem dicatum Carolo Guſtavo Regi. Holmiæ per Janſonium an. 1656. in 8.

V. Tabulas Grammaticas in uſus dicti Caroli XI. Regis. Holmiæ per Hantſchenium.

*Claudius Bothvidi* ſcripſit hiſtoriam vitæ Chriſti ſermone vernaculo, editum Lincop. an. 1642. in 4.

*Laurentius Skytte*, Nobilis, & Reſidens Regius in aula Portugallica, tandem factus Monachus, ſcripſit

I. Diatribam de incrementis commerciorum, adminiſtratione civitatum, & pædocomio Holmiæ inſtituendo, habetur Mſ. in Archivo Regni.

II. Declarationem cauſarum, ob quas deſerta prio-

Digitized by Google

priori Religione tranſierit ad Pontificios & vitam elegerit Monaſticam. Mſ.

III. Peregrinationem ſanctam, editam Romæ in 8. Conf. p. 335.

*Laurentius Iſmelis Thelaus* Angermannus, concionator aulicus in Penningby/ Preces, cantiones, &c. ad præſcriptum Johannis Georgii Electoris Brandenburgici collectas, in ſermonem vernaculum vertit. Holmiæ per Ignatium Anno 1642. in 8. & iterum An. 1649. in 24.

*Johannes Erici* Stregnenſis Diſputationes pluſculas in libros VIII. Phyſicorum Ariſtotelis conſcripſit edititque Dorpati Anno 1642. Conf. p. 335. NB

*Johannes Petrejus* Junecopenſis publicavit Hiſtoriam brevem Regni Polonici, Dorpati deſcriptam typis Academicis Anno 1642. in 4.

*Chriſtophorus Laurentii* vertit Johannis Meſſenii Speculum in Sermonem popularem, & edidit Holmiæ An. 1642. in 8.

*Benedictus Hedræus* Weſmannus, Matheſeos NB practicæ in Academia Upſalienſis Profeſſor, & Mechanicus. Edidit

I. Structuram novam Aſtrolabii Geometrici, quam excudi fecit typis Lugduni Batavorum Anno 1643. in 8.

. Scripſit & Geometriam practicam, quam diſcipulis ſuis explicare conſvevit, Inedita hactenus, ſervatur Mſ. apud nonnullos.

III. De conſtructione Mapparum.

IV. Rhabdologiam.

V. Trigonometriam. Verum horum publica-

M tum

Digitized by Google

tum nihil, ſcripta tantum habentur apud eos fere, quos privatim in his ſtudiis erudivit.

NB. *Georgius Lilie*, poſt Nobilis *Stiernhielm* nuncupatus, Weſmannus, ſupremorum per Livoniam judiciorum Aſſeſſor, Antiquarius Regni, mox Aſſeſſor Collegii militaris Holmiæ, ac poſtremo Præſes Collegii Regii Antiquitatum. Ab eo edita habentur

I. Magog Aramæo Gothicus, ſive Origines vocabulorum in lingvis pæne omnibus, ex lingva Svetica veteri, ſed ejus tantum prima litera Aleph, nec ea integra extat. Upſal. per Eſchillum in 4.

II. Conditorium lingvæ Sveticæ (Swea måles Fatebur) ſive Lexicon vocabulorum antiquorum Gothicorum. Holmiæ per Petr. Selov Anno 1643. in 4. ſed & hujus ſola prima litera eſt excuſa.

III. Archimedes Reformatus, ſeu de probatione metallorum per aquam, conſecratus Chriſtinæ Reginæ, & publicatus Holmiæ lingva vernacula, typis Petri à Selau Anno 1644. in 4.

IV. Runa Svetica, ſeu tabella, in qua promittit duo Syſtemata, quorum unum exhibiturum ſit Diſſertationes de lingvis, & vera lingvarum origine; alterum Radices univerſales, omnibus fere lingvis communes. Edita eſt absque mentione temporis aut loci in 4.

V. Hercules, carmine hexametro ſed lingva Svetica editus, in quo bivium ejus exponitur. Publicavit primo Upſaliæ per Johannem Pauli Anno 1653. & ſecunda vice Holmiæ per Georg. Hantſch. An. 1668. junguntur editioni huic poſteriori ſequentia:

VI. A-

Digitized by Google

VI. Aſtrild, ſeu Cupido ſuſpenſus.
VII. Cantilena captivorum heroica.
VIII. Catilena jubilans heroum.
IX. Sonnetto in proceſſu Amazonum.
X. Emblema Georgii Stiernhielmii, & id Sonnetto, ſumptum ex Archimede reformato.
XI. Nativitas Pacis.
XII. Cupido captivus.
XIII. Parnaſſus triumphans.
XIV. Felicitatis pompa honorabilis.
XV. Virtutes repertæ. Sunt hæc omnia fere ſcripta editaque antea occaſione natalium & feſti in coronatione Regia Chriſtinæ, comprehenſaque niſi fallor ſub titulo *Muſa Svetbizantes.*

XVI. Idyllion Anacreonticum ad Danielem Behmer & Joachimum Schwtthielm / Secretarios Regios; An. 1653.

XVII. Protheus Rhetoricus ſeu ſchema, cujus beneficio licet intelligere innumeras orationis variationes. Editus An. 1654. inciſus æri per ipſius filium, natu ſecundum.

XVIII. Epigrammata: quorum unum in Diſſertationem Jacobi Skytte / Baronis Sveci de Rebus publicis. cujus initium *O Sveciam beatam.*

XIX. Linea Carolina, ſeu inſtrumentum Mathematicum ad cognoſcenda omnia pondera, & eorum inter ſe proportiones.

XX. Leges Weſtrogothicas Antiquas, antea ineditas ex codice membranaceo veteri, certo digeſtas ordine publicavit, cum Præfatione & Indice vocabulorum obſcurorum eorumque prolixa explica-

 tione,

Digitized by Google

tione, Holmiæ per Ignatium An. 1663. fol.

XXI. Ulphilas ſeu verſio quatuor Evangeliorum Gothica, literis Latinis, quam Gothicis ante ediderat Fr. Junius, cum verſionibus parallelis, Sveogothica, Islandica, & vulgata Latina: Item Præfatione prolixa de lingvarum origine & Gloſſario, in quo Gothica Ulphilæ cum aliis & hodiernis Gothicis conferuntur. Holmiæ apud Wankiſium Anno 1671. in 4.

XXII. Epiſtola ad Olaum Verelium, de origine vocabulorum Gothi & Svedi, edita in ejus Commentatio ad Hiſtoriam Hervara. Præter hæc inconfecta jacent apud ejus hæredes:

XXIII. Virgula Divina, ſeu clavis lingvarum generalis.

XXIV. Anti-Cluverius, ſeu Origines Sveo-Gothicæ.

XXV. Tabula.

XXVI. Algebra.

XXVII. Baculus Geometricus. Conf. p. 335.

NB. *Nicolaus Rudbekius* Weſmannus, Lector primum Eloq. in Gymnaſio Aroſienſi, mox Paſtor in Hedemora/ dein in Tuna Dalekarliæ, tum Paſtor Holmenſis primarius, Theol. Doctor, tandem Epiſcopus Aroſienſis, edidit

I. Orationem funebrem in obitum Caroli Hiſing/ Aroſiæ Anno 1643.

II. Orationem de Eloquentiæ parandæ præſidiis, ibid Anno 1644. in 4.

III. Panegyricum pro pace inter Chriſtianam Sveciæ & Chriſtianum IV. Daniæ Reges, habitum Aroſiæ An. 1645. editum ibidem Anno 1646. fol.

IV. Pa-

IV. Panegyricum Olao Laurelio dictum. Ibidem Anno 1648.

V. Diſputationes Theologicas in Epiſtolam ad Romanos. ibid. Annis diverſis in 4.

VI. Diſputationes Theologicas, quarum prima de ſupremo judice controverſiarum in Theologia & cauſa religionis. ibid. Anno 1651. in 4.

VII. Conciones funebres plures, nimirum

1. In obitum M. Jacobi Guthræi, Præpoſ. & Paſtoris in Tuna / & Vallibus Orientalibus An. 1661. ex Act. XX, 31. Upſaliæ per Henric. Curio. in 4.

2. Martini Petri Silfvercron/ Præſidis & Commiſſarii Cameræ Regiæ Reviſionum, ejusque filiæ Eliſabethæ. An. 1667. ex Pſal. LXXIII, 23. 24. 25. 26. Holmiæ per Meurerum in 4.

3. Helenæ Weylers / viduæ Petri Brus / Conſulis Holmenſis, Anno 1668. ex Pſalm. XXV, 16. 17. ibid. in 4.

4. M. Jonæ Svenonis Columbi, Poëſ. Profeſſoris Upſal. & Paſtoris in Husby/ An. eod. ex Pſalm. XXVII, 13. ibid. in 4.

5. M. Samuelis Brast / Paſtoris ad S. Claram Holmiæ, Anno eod. ex Eccleſiaſt. VII, 9. ibid. in 4.

6. *Militia juſti* in obitum Catharinæ Appelbom/conjugis Dn. Johannis Sternhöf/Conſiliarii aulæ Regiæ, Anno eod. ex Pſalm. LXXVII, 1. ad 12. ibid. Anno 1669. in 4.

7. *Bona fama, bonus odor*, in obitum Brigittæ Jonæ filiæ, conjugis Jacobi Backmans/ Senatoris urbis Holmenſis, An. eodem ex Syr. XLII, 15. ibid. in 4.



Digitized by Google

8. *Matura perfectio filiorum DEI*, in obitum Jacobi Mack Duvval, filii Dn. Guſtavi Mack Duvval, Regii apud Caprimontanos Satrapæ. Anno eod. ex Sap. IV, 13. 14. 15. Aroſiæ Anno eod. in 4.

9. Annæ Meißners / conjugis Henrici Tamaſtens / Secretarii Regii, A. eod. ex Prov. IV, 18. 19. Holmiæ Anno 1670. per Meurerum in 4.

10. *Flos Patientiæ*, in obitum Doct. Johannis Matthiæ, Epiſcopi Stregnenſis An. 1670. ex Jacob. V, 7. 8. Holmiæ per Wankiifum. in 4.

11. *Sanctorum deſiderium*, in obitum Sigridis Banner / Virginis, natæ Baroniſſæ in Hambla Carleby / Anno eod. ex Pſalm. CXIX, 171. ad 176. ibid. per Meurerum in 4.

12. *Dulce-amarum mortis*, in obitum Dn. Danielis Behmer / Conſiliarii aulæ Regiæ, An. eod. ex Job. XXIX, 18. ibid. per eundem in 4.

13. *Triumphalia Chriſtianorum*, in obitum Dn. Andreæ Jönſens / Conſulis urbis Holmenſis, An. 1671. ex Apoc. III, 10. 11. 12. Ibid. per Friedman Hetſtät / in 4.

VIII. Diſſertationem Theologicam de termino vitæ pro gradu in Theologia, Upſaliæ Anno 1667. in 4. poſteaque Holmiæ per Hantſchenium.

IX. Concionem ſacram habitam Holmiæ ex 1. Reg. VIII. ult. poſt Comitia Regni An. 1668. finita. per Meurerum in 4.

X. Aliam de Catechiſmo ejusque V. partibus teneræ ætati inculcandis, habitam ibidem die Michaëlis Anno 1669. editamque per eundem in 8.

XI. Explicationem Evangelii fer. 2. Pentecoſtis

 ex

Digitized by Google

ex Johan. III, 16. ſeqq. propoſiti Anno 1670. in templo Holmenſi. per Meurerum in 4.

XII. Orationem de Atheiſta errorum ſuorum convincendo atque in veritatis viam reducendo, habitam cum fieret Epiſcopus Aroſienſis. Aroſiæ An. 1671. in 4.

XIII. Diſquiſitionem Synodalem de fraudibus diabolicis circa ſagas. Ibid. Anno eod. in 4.

XIV. Memoriale locorum Theologicorum. Ibid. Anno 1673.

XV. Concionem ſacram de Cruce & morte JEſu Chriſti, Anno 1672. habitam, editamque anno ſequenti in 4.

XVI. Tractatum de gratia DEI ad ſalutem ducente, concionibus III. expoſitum Holmiæ Anno 1666. impreſſum Aroſiæ An. 1674. in 4.

XVII. Panoplian Militis Chriſtiani, diſputationem Synodalem. Aroſiæ anno 1674. in 4.

XVIII. Concionem ſacram in Evangelium diei omnium Sanctorum habitam primum Holmiæ an. 1666. & iterum an. 1670. editam vero Aroſiæ anno 1647. in 4.

*Arvidus Magni* Rydaholmenſis, Medicus

I. Herbarium ſermone vernaculo publicavit Upſaliæ per Eſchillum anno 1644. in 8.

II. Practica de venæ ſectione, cum nonnullis diverſorum morborum curationibus, ex Latinis, Germanis, & uno Svetico Anonymo Mſ. auctoribus deſumptis, lingva populari Holmiæ an. 1645. in 8.

*Olaus Johannis Levander*, Biblia Catechetica edidit, excuſa Lipſiæ anno 1644. in 12.

*Catullus Nicolai Orienſulanus*, Præpoſ. & Paſtor in Flyſtad/ Michaëlis Saxonis opus deliciarum Biblicarum, vel Paradiſum Biblicum vertit in Sveticū, ediditque Holmiæ per Henric. Keyſer/ anno 1644. & denuo anno 1668 per filium forma eadem.

NB. *Jonas Sundelius* Bothnienſis, Eloquentiæ Profeſſor Regius Upſalienſis, poſt Ordinis Equeſtris Secretarius publicavit.

I. Epiſtolam in exceſſum D. Petri Winshemii, Ordinum Friſiæ Hiſtoriographi & Franequerienſis Academiæ Profeſſoris Eloquentiæ, editam Franequeræ per Ulricum Balck/ anno 1644. in 4.

II. Diſputationem Juridicam de Contractibus qui re perficiuntur. Ibid. anno 1645. in 4.

III. Orationem funebrem in obitum Illuſtriſſ. Comitis Jacobi de la Gardie, Regni Sveciæ Archiſtrategi. Mſ. ſervatur ab hæredibus ipſius.

IV. Orationem gratulatoriam in Coronatione Regis Caroli Guſtavi. Etiam hæc habita ſed inedita ſervatur Mſ.

V. Vitam Illuſtr. Dn. Ponti de la Gardie, quæ & ipſa inedita, ſervatur ſcripta in Bibliotheca Illuſtriſſimi Comitis Magni Gabrielis de la Gardie, Regni Cancellarii.

NB. *Johannes Magni*, vulgo Månſon / Gubernator Navalis, ſcripſit de navigationibus maris Balthici, ſermone populari, editum eſt Holmiæ per Meurerum Anno 1644. & Editione altera per Henric. Keyſer/ Anno 1677. forma eadem.

NB. *Johannes Witechindi* Weſmannus, Lector Gymnaſii Scockholmenſis, poſtea Hiſtoriographus Regius. Edidit in publicum I. Pa-

Digitized by Google

I. Panegyricum Reginæ Chriſtinæ ſcriptum, Holmiæ per Meurerum Anno 1644.

II. Gratulationem ad Reginam Chriſtianam, cum celebraret Augurium Salutis. Ibid. per Janſonium Anno 1650.

III. Orationem funebrem in obitum Axelii Oxenſtierna, Regni Sveciæ Cancellarii Magni. ibid. per Meurerum Anno 1655. in fol.

IV. Aliam in exceſſum Erici Oxenſtierna Axelii F. ibid. per eundem Anno 1658. in 4.

V. Lumen Chronographicum in magna tabula ibid. per eundem Anno 1664.

VI. Luminis ejusdem continuationem per novum fœdus à Chriſto nato ad hæc usque tempora, ibidem Anno 1666.

VII. Axiomata quædam Juris ſelectiora ſecundum ſeriem Alphabeti. Holmiæ per Wankifium Anno 1671. in 12.

VIII. Hiſtoriam belli Sveco-Moſchovitici, ductu Jacobi de la Gardie, libris decem comprehenſam, Holmiæ per eundem Anno 1671. in 4.

IX. Hiſtoriam eandem ſermone Svecio, eodem anno ibid. excuſam in 4.

X. Epicteti Encheiridion Scholiis illuſtratum, Holmiæ per Henr. Keyſer/ Anno 1676. in 12.

XI. Vitam Domini Johannis Stiernhœk, ſcriptam carmine prolixo, Holmiæ per Johan. Georg. Ebert. An. 1676. in fol. & forma parenti. Dein recuſam & concioni funebri adjectam in 4.

XII. Vitam Johannis Elai Terſeri Epiſcopi Lincopenſis carmine ſimiliter prolixo. Lincopiæ Anno



Digitized by Google

1678. f. poſtea recuſam Holmiæ cum concione funebri apud dictum Ebertum. in 4.

XIII. In aulicam vitam Ant. de Guevara à Vankivio recuſam, carmen in 8.

XIV. Poëmata varia, carmina, Epitaphia partim edita, partim inedita.

XV. Guſtavi Adolphi Magni hiſtoriam ſermone patrio, quæ adhuc ſub prælo eſt apud Wankiſium in fol.

XVI. Scripſit præterea Orationes alias, quæ an editæ ſint ignoto: nimirum de Piſcibus ligatam, quam Upſaliæ habuit Anno 1644.

XVII. De Reginæ jam viduæ reditu, in præſentia Chriſtinæ Reginæ Anno 1646.

XVIII. In depoſitione Imperii Chriſtinæ Reginæ, Upſaliæ Anno 1654. valedictoriam, in præſentia Regis & Reginæ.

XIX. In natales Principis hæreditarii, menſe Decembri An. 1655. in præſentia Regis procerumque in Gymnaſio Holmenſi.

XX. De quodam Generali nomine Wanoſer, ad mandatum Caroli Guſtavi Regis, Hafniæ habitam Anno 1657.

XXI. Cum deponeretur funus Regium in templo arcis Holmenſis, in arce Regia habitam menſe Aprili An. 1660.

XXII. Orationem aliam carmine heroico eodem loco & Anno, tempore S. Andreæ de morte Regia, præſentibus proceribus.

*Petrus Laurentii* Hierpe / poſtea *Laurentinus* Wermelandus, Philoſophiæ Adjunctus in Academia

mia Upſal. poſt Lector in Gymnaſio Scarenſi, nunc quoque Archipræpoſitus ibidem ſcripſit

I. Orationem de virtute, ediditque Upſaliæ An. 1643. in 4.

II. De anima in communi ejusque facultatibus diſputationem. Ibid. An. 1646. in 4.

III. Diſputationes Logicas, quarum prima de Logicæ natura & præcognitis primæ mentis noſtræ operationi; ſecunda de inſtrumentis ſecundæ mentis operationi inſervientibus, editæ ſunt an. 1658. 4.

IV. De duabus in Chriſto naturis divina & humana, earumque perſonali Unione, Ibidem Anno 1660. in 4.

*Nicolaus Erici* Sparman / Uplandus, J. U. D. Facultat. Juridicæ Adjunctus Upſal. poſt Legifer in Comitatu Leckœenſi, nunc Aſſeſſor Regii quod Junecopiæ eſt Dicaſterii. Ejus reperiuntur

I. De Agricultura oratio. Upſaliæ Anno 1641.

II. De juſtitia & jure diſcurſus. ibidem Anno 1644. in 4.

III. De occupatione primo acquirendi modo jure gentium. Gryphisvvaldi ſed ſine anni mentione, per Jacobum Jegerum. in 4.

IV. De Fœderibus. Ibid. Anno 1648. in 4.

V. De in integrum reſtitutione. Upſaliæ Anno 1651.

VI. De juriſdictione & foro competenti diſputationem Inauguralem. Ibid. An. 1652.

*Magnus Nicolaus Celſius* Helſingus, Math. Prof. Upſalienſis. Scripſit NB:

I. Diſſertationem de cerebro humano cum figuris

Digitized by Google

guris propria ejus manu æri inciſis. Publicatum Upſaliæ Anno 1646. in 4.

II. De Plantis. ibid. Anno 1647. in 4.

III. *Computum Eccleſiaſticum*, per Diſputationes editum, Anno 1673. in 8. abſolvit; in quo inter alia ſcitu minus obvia, viſus eſt veram originationem vocis Loverdag oſtendiſſe locumque Saxonis Grammatici de Loko Uthgarthenſe obſcuriſſimum illuſtraſſe: rationem quoque dediſſe, cur intercalatur ante ultimos 5. dies Februarii: Uſum Cycli Lunaris inſigniter ampliaſſe: & calculum motus Veneris ac Mercurii, ad formam illam vulgarem, qua motus Lunæ in computo obtinetur, reduxiſſe.

IV. Tractatum de ignotis antea *Runis Helſingicis* Holmiæ Anno 1677. apud Wankifium in fol. typis vulgare incepit; ſed valetudine, aliisque de cauſis præpeditus, eorum quæ reſtant, editionem, huc usque differre habuit neceſſum.

V. Diſſertatiunculam de Cometis & nominatim de Cometa circa finem Anni 1664. & principium 1665. obſervato, ad Dominum Emundum Gripenhielm Mſ. habetur apud nonnullos horum talium curioſos.

VI. *Eclipſigraphiam* expedita methodo adornatam: nec non opus Coſmographicum *de Mundo viſibili*, diſputando Juris publici facere cœpit. Diſputationes quædam ſunt habitæ; reliquæ typis paratæ prælum expectant. in 8.

VII. Ut artificioſæ illi analyticè demonſtrandi methodo auditores ſuos poſſet adſvefacere, demon-

monſtrationes hujusmodi, in ſex priores libros E-lementorum Euclidis, occaſione prælectionis publicæ, concinnavit; in reliquos idem præſtiturus, ſi DEus vitam indulſerit. Præterea inſtrumenta nonnulla Mathematica, ad ſublevandum ſupputandi laborem conſtruxerit, quæ in Muſæo ſuo, æri incidenda reſervat; nempe

VIII. Aſtrolabium particulare dictum quaſi complicatione quadam in Quadrantem Horarium redegit, circulorum Horizonti parallelorum, quos Arabico vocabulo Almucantarat nominant, artificioſis ductibus ſpecioſum. Cujus ope horæ diurnæ nocturnæque, ortus & occaſus Solis, crepuſculi & auroræ tempora, aliaque ad mortum diurnum ſpectantia, ratione accurata non minus quam facili inveniuntur.

IX. Duo etiam confecit inſtrumenta alia: Unum *Menologium* ſeu Månwiſer / appellatum, Eclipſigraphiæ. alterum *Planetologium* ſive Planetwiſer / Operi Aſtronomico inſerviens. Quarum alterum motum Lunæ; alterum Planetarum, compendio quam fieri poteſt breviſſimo Mechanice repræſentat.

*Petrus Johannis Rudbekius* Aroſienſis Weſmannus, Theolog. Doctor, Profeſſor & Paſtor Upſalienſis. Publici juris fecit (Cont. p. 335. 336.) NB.

I. De Elementis in genere eorumque definitionibus in ſpecie diſſertationem. Upſaliæ An. 1644. in 4.

II. De providentia divina theſes Theologicas. Aroſiæ Anno 1647. in 4.

III. De

III. De Civili fœminarum Imperio theſes Politicas. ibid. An. 1651. in 4.

IV. De lege Morali diſputationem. ibid. Anno 1652. in 4.

V. Poſitiones breves ad intelligendum Symbolum Nicenum ſive Conſtantinopolitanum, tam qua hiſtoriam ejusdem, quam fidei dogmata. Ibid. Anno 1659. in 8.

VI. Poſitiones generales tribus Symbolis Oecumenicis, Apoſtolico, Niceno & Athanaſiano æque communes. ibid. Anno 1660. in 8.

VII. Quæſtiones & Annotationes in tria Oecumenica Symbola, Upſaliæ, ſine mentione anni, in 4.

VIII. Diſputationes in Eccleſiaſten. ibidem An. 1665. in 8.

IX. Evangelium Salutis certis aphoriſmis inclusum, ibid. An. eod. 8.

X. Catechiſmum majorem Lutheri verſum in ſermonem vernaculum, cui adjungitur Concilium Upſalienſe. Holmiæ per Ignatium An. 1667. in 4.

XI. Explicationem verſus XV. cap. III. Geneſ. diſſertationem pro gradu Theolog. Upſaliæ An. eod. 4.

XII. Explicationem verſus XV. cap. II. Epiſtolæ poſterioris Pauli ad Theſſalon. ubi & de traditionibus Pontificiorum. ibid. Anno 1670. in 4.

XIII. De Uſu & valore conſenſus Patrum in dogmatibus Eccleſiæ diſputationes III. quarum prima excuſa eſt ibid. Anno 1671. ſecunda An. 1673. tertia Anno 1676. in 4.

XIV. Vexillum juſti militantis & triumphantis ex Rom. VIII, 31, ad 35. in obitum Ingeburgis Andreæ

dreæ viduæ Paſtoris in Simtuna / & Eliſabethæ Laurentii conjugis Paſtoris in Aſker. Holmiæ per Wankif. Anno 1674. in 4.

XV. Veram ſenectutis laudem ſive Concionem funebrem in obitum M. Olai Nicolai Bothnienſis, Paſtoris in Torſtuna / habitam An. 1676. ex Pſalm. XC, 10. ad 17. Holmiæ per Wankif. in 4.

*M. Sueno* Hagelſteen / Uplandus, primum Facult. Theolog. Adjunctus Upſal. dein Lector in Gymnaſio Holmenſi, tandem Præpoſ. & Paſtor in Bälds-nää Helſingiæ.

I. De univerſali hominum ad ſalutem æternam vocatione. Upſaliæ An. 1644. in 4.

II. De libero hominis arbitrio Diſſertatio Synodalis in Articulum XVIII. Auguſtanæ Confeſſionis. ibidem Anno 1660. in 4.

*M. Andreas Canuti* Gevalienſis, Præpoſit. & Paſtor Luhlenſium, edidit Concionem ſacram in exequiis Dn. Eliſabethæ Stytte / conjugis Dn. Franciſci Krusbiörns / Regii per Bothniam occidentalem Satrapæ, An. 1642. habitam ex Pſalm XXXIX, 6. ad 11. Upſaliæ per Eſchillum Anno 1645. in 4.

*Nicolaus A. Juringius* Oſtrogothus, Præpoſitus & Paſt. Egbyenſis. Ejus eſt Oratio funebris in obitum M. Jonæ Petri Epiſcopi Lincopenſis, cum ex ædibus Epiſcopalibus efferebatur funus in templum cathedrale ſermone vernaculo habita. Lincopiæ per Güntherum Anno 1645. in 4.

*Abrahamus Schröderus* Upſalienſis, Erici frater, Facultatis Philoſophicæ Adjunctus publicavit Scriptum de Principiis Actionum humanarum, Upſaliæ Anno 1645. in 4.

*Zacha-*

Digitized by Google

NB. *Zacharias Laurentius Klingius* Nericienſis, Theologiæ Doctor & Profeſſor Dorpatenſis, poſt Concionator Regius, Generalis Superintendens Caſtrenſis & Paſtor Holmiæ an Ridderholmen, tum Epiſcopus Gothoburgenſis, & Nobilis cognomento *Klingenſtierna.* Publicavit

Theſaurum Biblicum Svetico ſermone, Stetini Anno 1645. in 8.

II. Proggymnaſmata Doctorea, quibus ſententia Evangelica Joh. III. 16. adverſus D. Johannis Bergii gloſſam vindicatur, nec non cap. IX. ad Romanos explicatur. Wittenbergæ à 3. Nov. ad Idus Octobris An. 1646. exhibita, Lipſiæ excuſa, literis Ritſchianis, eodem Anno in 4.

III. Conciones ſacras varias, diuerſis editas temporibus.

NB. *Laurentius Bank,* Norcopenſis Gothus, Philoſophiæ & J. U. Doctor, Profeſſor in Academia Franequerana Friſiorum. Edidit

I. Romam triumphantem, ſeu actum inaugurationis & coronationis Innocentii X. Pontificis Romani. Excuſa eſt Franequeræ Anno 1645. & ſecunda vice ibidem Anno 1656. in 12.

II. Diſſertationem de Tyrannide Papæ in Reges & Principes Chriſtianos. ibid. An. 1649. in 12.

III. Commentarium de Privilegiis militum. ibid. Anno 1649.

IV. De privilegiis Juriſconſultorum.

V. De privilegiis Studioſorum.

VI. De privilegiis Mercatorum.

VII. De privilegiis Mulierum. ibidem An. 1651.

VIII.

Digitized by Google

VIII. Taxam Cancellariæ Apoſtolicæ. ibid. Anno 1651.

*Johannes Elai Terſerus* Dalecarlus, primum Lector Aroſienſis, deinde Prof. Theol. Aboënſis, poſt Doct. & Prof. Theol. Upſalienſis, tum Epiſcopus Aboënſis, inde iterum Concionator Holmenſis in Inſula Ridderholm, hinc ad S. Claram, & denique Epiſcopus Lincopenſis, ſcripſit NB.

I. Diſputationem de Prædeſtinatione, Aboæ Anno 1644. in 4.

II. Diſputationes Theologicas in Auguſtanam Confeſſionem. ibid. Anno 1646. 47. 48. in 8.

III. Analyſin Epiſtolæ Pauli ad Galatas, quinque Diſſertationibus abſolutam, Upſaliæ per Eſchillum An. 1649. in 4.

IV. Verſionem novam Geneſeos Exodi & Levitici Latinam, editam cum textu Hebraico, ibidem per Johannem Pauli Anno 1652. in 8.

V. Annotationes in Geneſin, dicatas Carolo Guſtavo Regi, ibid. per eundem An. 1655. fol.

VI. Diſſertationem de integritate textus Hebraici Teſt. Vet. ex Geneſ. cap. XV. ſubjectam dictis Annotationibus.

VII. Chronologiam ſacram, propoſitam publice in Academia Upſalienſi, editam per eundem ſumptu Autoris Anno 1657. in 8.

VIII. Diſſertationem de Diſtinctione Præceptorum Decalogi in primam & ſecundam tabulam, cum quæſtionibus nonnullis in caput XX. Exodi. Per eundem Anno 1659. in 8.

IX. Annotationes in Exodum. Per eundem Anno 1659. in 8.



Digitized by Google

X Explicationem Catechiſmi Lutheri prolixiorem lingva Svetica. Aboæ Anno 1663. in 8.

XI. Conciones funebres diverſis temporibus publicatas. in 4.

XII. Concionem ſacram habitam ex Pſalm LXI, 7. 8. cum Carolus XI. primum in Senatum ingrediebatur. ad d. 14. Decembr. Anno 1672. editam Lincopiæ. in 4.

XIII. Quæſtiones & Reſponſiones in Catechiſmum Lutheri, ſermone populari, Lincopiæ Anno 1673. in 8.

XIV. Verſionem reliquorum librorum Moſis Mſ. ſervant hæredes adhuc ineditam, ut & ſequentia.

XV. Commentarium in Pſalterium Davidis.

XVI. Expoſitionem textuum Dominicalium.

XVII. Grammaticam Hebraicam, quæ quoque eſt in manibus Studioſorum.

NE. *Jordanus Nicolai Edenius*, Wermelandus, Doctor & Profeſſor Theologiæ in Academia Upſalienſi. Edidit

I. Vindicias pro innocentia Wermelandiæ, ſeditionis injuſtæ accuſatæ (ſic falſo rumore circumferebatur) Upſaliæ per Eſchillum Anno 1645. in 4.

II. De ortu & interitu corporum naturalium. ibid. Anno 1648. in 4.

III. Epiſtolam ad Hottingerum.

IV. Diſſertationem de Schilo ſeu Meſſia in Oraculo Jacobi Geneſ. XLIX, 10. Upſaliæ An. 1657. in 4.

V. Diſſertationem de ſtatu hominis poſt mortem pro Licentia gradus Theolog. Ibidem Anno 1659. in 4.

VI. Dis-

VI. Diſſertationem de Religionis Chriſtianæ veritate. ibid. Anno 1661. in 8.

VII. De natura Theologiæ & Scriptura ſacra, ubi agitur de Religionis definitione, principio & norma, epitoma, ignorantia, contemptu, modis reducendi illos, qui à Chriſtiana alieni, de majeſtate Chriſtianæ ac excellentia, felicitate perfecta, antiquitate, conſenſu tradentium, conſervatione, propagatione, teſtimonio infidelium, Paganiſmo, Judaiſmo, Mahumetiſmo. Edita hæc omnia junctim, ibidem eod. tempore in 8.

VIII. Memoriale Biblicum, ſummas librorum Sacri Codicis, & ſingulorum capitum præcipuas res atque ſententias exhibens. ibidem Anno 1664. in 8.

IX. Diſſertationem de Deo, in qua de modo cognoſcendi Deum, de ejus nominibus, deſcriptione & attributis, unitate eſſentiæ, trinitate perſonarum, de DEO Patre, Filio & Spiritu Sancto, ibidem eodem tempore, in 8.

X. Diſſertationem de Creatione, in qua de ejus definitione & cauſis, & ordine. eod. tempore. in 8. Cætera ejus obitus intercepit.

XI. Epitomen controverſiarum Theologicarum, Mſ.

XII. Compendium Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Veteris & Novi Teſtamenti. Mſ.

*M. Samuel Petri Brask*, Oſtrogothus, in Gymnaſio Lincopenſi Eloq. & Poëſ. Lector, poſt Paſtor in Egby Rinna / tandem quoque Holmiæ ad S. Claram. Ejus ſunt

I. Oratio in obitum M. Jonæ Petri, Epiſcopi Lincop. typis excuſa per Güntherum Lincopiæ An. 1645. in 4.

II. Imperium peregrinans, ſeu Comœdia de filio prodigo ſermone populari. ibid. Anno eod. in 4.

III. Comœdia alia de Actis & Martyriis Apoſtolorum, lingva eadem. Ibid. An. 1648. in 4.

IV. Mars Germanicus victus, comœdiam de finito bello Germanico. ibid. Anno 1650. in 4.

V. Parentatio in obitum Nobiliſſ. Dn. Andreæ Gyllenklau carmine heroico. Holmiæ per Meurerum An. 1665. in 4.

VI. Oratio de virtutibus boni præceptoris, habita cum lectionem Eloq. & Poëſ. adiret, habetur Mſ. ſicut & quæ ſeqvuntur:

VII. Comœdia de Joſepho vendito, lingva vernacula habita, Anno 1644.

VIII. Oratio Synodalis de Perſona & Officio Chriſti, Anno 1648.

IX. Diſputatio de Eccleſia in Synodo Lincop. Anno 1655.

X. Explicatio Evangeliorum feſtivalium per totum annum. ſermone vernaculo.

XI. Brevis tractatio de Arte dicendi.

*Andreas A. Malmenius* Sudermannus, Græcæ L. in collegio Stregnenſi Lector, poſtmodum Paſtor & Præpoſ. in Floda.

I. In caput X. Johannis diſputatio. Dorpati Livonorum Anno 1645. in 4.

II De veritate Aſtrologica. ibid. An. 1674. in 4.

III. De Ente in genere. ibid. An. 1648. in 4.

IV. De-

Digitized by Google

IV. De principiis corporum naturalium in genere & in ſpecie. Ibid. Anno 1650. in 4.

V. De Philoſophia in genere, pro gradu. ibid. Anno 1651. in 4.

VI. De libero arbitrio, Diſputatio Synodalis. Stregneſii Anno 1663. in 4.

*Olaus Verelius* Oſtrogothus, Profeſſor lingvæ veteris Gothicæ & Quæſtor Academiæ Upſalienſis. NB.
Edidit

I. Orationem funebrem in obitum Laurentii Paulini, Archiep. Upſal. per Eſchillum Upſaliæ Anno 1646. in fol.

II. Orationem Panegyricam de Pace Sueo-Germanica, habitam Lugduni Batavorum, ibidemque editam per Johannem le Maire Anno 1649. fol.

III. Orationem funebrem in obitum Axelii Oxenſtierna, Regni Sveciæ Cancellarii magni, habitam & editam Upſaliæ Anno 1655. in fol.

IV. Hiſtoriam Göthrici & Rolfonis, Weſtrogothiæ Regum, lingva veteri Gothica cum verſione Svetica & notis Latinis. Upſaliæ per Henr. Curio An. 1664. in 8.

V. Fragmentum Hiſtoriæ Olai Tryggiaſons, per Oddurum Munk, lingva veteri Gothica conſcriptum, publicatum cum Notis brevibus Upſaliæ per eundem An. 1665. in 8.

VI. Herraudi & Boſæ Hiſtoriam lingua veteri Gothica cum nova interpretatione Svetica & Notis Upſaliæ per eundem Anno 1666. in 8.

VII. Hiſtoriam Hervatæ lingva veteri Gothica cum interpretatione Latina & Annotationibus prolixis.



Digitized by Google

lixis. Upſaliæ per eundem Anno 1672. in fol.

VIII. Auctarium Notarum in Hervarar Saga, ſeu Hiſtoriam Harvaræ. ibidem per eundem Anno 1674. in fol.

IX. Diſputatiunculam de Fanin, adjunctam Auctario prædicto.

X. Manuductionem compendioſam ad Runographiam Scandicam Antiquam rectè intelligendam, Latine & Svetice. Upſaliæ apud eundem Anno 1675. in fol.

XI. In obitum Dn. Joh. Stiernhök. Holmiæ per Joh. Georg Eberdt Anno 1676. in fol.

XII. Anonymi Annotationes excerptas, ut volunt, ex ſcriptis Caroli Epiſc. Aroſienſis. ibid. Anno 1678. in fol.

XIII. Hiſtoriam S. Olai lingva antiqua Gothica cum verſione Svetico-Latina & notis. Item

XIV. Lexicon Scandicum, prælo parata habet.

*Johannes Simonis* Wollimhaus / Upſalienſis. Edidit

I. De occultis medicamentorum ſimplicium qualitatibus in genere diſſertationem. Upſaliæ Anno 1646. in 4.

II. Hippiatriam, ſive libellum inſignis cujusdam Medici de curationibus equorum, in lingvam Sveticam verſum. Holmiæ per Henr. Keyſer/ An. 1647. in 12.

III. Enchiridion Dictionarii Latino-Svetici, in quo Romanæ lingvæ vocabula ad ordinem Alphabeticum digeſta Sveticè explicantur, &c. Ibid. per eundem Anno 1649. in 12.

Olaus

*Olaus Johannis Agræus*, poſt Ackerman dictus, Uplandus, Profeſſor Juris Svetici in Academia Upſalienſi, publicavit juvenis

I. De Inconſtantia rerum terrenarum & earundem crebris mutationibus Orationem. Holmiæ typis Selovianis Anno 1646. in 4.

II. Orationem funebrem nomini ac memoriæ Chriſtinæ Ribbing / Illuſtriſſ. Dn. Caroli Gyllenhjelm / Regni Sveciæ Archithalaſſi conjugis conſecratam. ibid. per Meurerum Anno 1657. in fol.

*Jacobus* Cronander, Weſtrogothus, Juris Licentiatus, adminiſtrator juſtitiæ in Pomerania, poſtea Præſes Civitatis Wisbyenſis, ac judex territorialis in Gothlandia. Ejus extant

I. Deſcriptio Weſtrogothiæ. Aboæ An. 1646. in 4.

II. Speculum diligentiæ ac negligentiæ per Actum Scenicum repræſentatum, ſermone Svetico; ibidem An. 1647. in 8.

III. Comœdia de Conjugio aliàs Bele-ſnack / eadem lingva. Ibid. Anno 1649. in 8.

IV. Faſciculus juridicus in digeſta cum collatione Juris Sveciani ibid. Anno 1651. in 8.

*Jacobus Petri Columbus*. Ejus habetur Laus Poëſeos, conſcripta carmine, habita & publicata Dorpati per Johannem Vogel / Anno 1646.

*Nicolaus Johannis* Kråkeſot / de Pace Sveo-Danica Oratio Holmiæ Anno 1646. in 16.

*Michaël Johannis Watrangius*, Sudermannus:

I. Theatridium Sveo-Gothicarum Antiquita-



Digitized by Google

tum Carolo Guſtavo dedicatum. Excudi fecit Upſaliæ per Eſchillum Anno 1647. in 8.

*Johannes Guſtavus* Ornewing/ Nobilis, Aſſeſſor Regii Dicaſterii Jenecopenſis. Publicavit Genealogiam Illuſtriſſimæ familiæ Braheæ, ſive Comitum de Wiſingsborg/ Holmiæ Anno 1647. in fol.

*Anonymus* de cultura hortorum. Liber editus eſt Upſaliæ per Eſchillum Matthiæ An. 1647. in 8.

*Petrus Suenonis Lidenius*, Scholæ Revalienſis Rector, & Conſiſtorii Regii Aſſeſſor. Edidit Examen viſionum Georgii Richardi, propoſitum oratione, quam habuit Revaliæ. Publicata eſt Dorpati per Johannem Vogel/ Anno 1647. in 4. Conf. p. 336.

*Magnus Samuelis Aſp*, Oſtrogothus, vulgavit Hiſtoriam Oſtrogothiæ, propoſitam in Oratione, habita Dorpati, editaque ibidem per Johannem Vogel/ Anno 1647. in 4.

*Anonymus* edidit Martini Behm Hippiatriam, ſeu medicinam equorum, verſam in ſermonem Sveticum. Holmiæ per Henr. Keyſer/ An. 1648. in 12.

*Anonymus* alius ſcripſit Conſtitutionum aulæ Norvagicæ, quæ vocantur *Norreske Herde* Skrå/ verſionem Sveticam, è Danica Huitfeldii. Holmiæ per Meurerum Anno 1648. in 8.

*Petrus Rezander* ſcripſit Diſputationem de Inſtitutione Juventutis totam Græco ſermone, habitam Upſaliæ ac editam per Eſchillum dicto Anno 1648. in 4.

NB. *Johannes Sparre*, Johannis Filius, Baro. Edidit Orationem gratulatoriam in natalem Chriſtinæ

Regi-

Digitized by Google

Reginæ habitam Upſaliæ Anno 1648. editamque per Eſchillum dicto anno fol.

*M. Ericus Simonius* Oſtrogothus, primum Eloq. poſt Theol. Lector & Pœnitentiarius publicus Lincopenſis, nunc Præp. & Paſtor Wadſtenenſis. Ejus ſunt

I. Oratio gratulatoria in mutuum regnorum aquilonarium Sveciæ Daniæque pacis fœdus denuo inſtitutum. Upſaliæ Anno 1645. in 4.

II. Diſputatio de Materia & forma. Ibid. An. 1648. in 4.

III. Oratio in deſideratum & auſpicatum ex Germania in patriam reditum Johannis Oxenſtiernii ad tractatus Pacis plenipotentiarii. ibid. Anno 1651. fol.

IV. De principatu vero & legitimo, deque præſidiis, quibus iſtoc Imperium certius firmiusque innititur. Ibid. Anno 1652. in 4.

V. Concio funebris in obitum Jacobi Duberg/ ex Eccleſiaſt. IX, 12. Gothoburgi An. 1676. in 4.

VI. Scripſit præterea Orationes varias diverſis habitas temporibus & occaſionibus, quæ Mſſ. apud eum ſervantur. Inter eas hæ ſunt ſolenniores, utpote; Inauguralis ad M. Samuelem Enandrum, cum in Synodali concione ad Epiſcopatum Lincopenſem inaugurraretur.

VII Gratulatoria de Pace cum Danis accepta. Anno 1658.

VIII. Memoria funebris M. Nicolai Iſaci Theologi Lincopenſis. Anno eod.

IX. Synodalis de Magiſtratu Politico. An. 1661.

X In exceſſum Caroli Guſtavi Regis habita in templo ordinis Equeſtris, 19. Novembr. An. 1660.

XI. Gratulatoria ad Dn. Andream Lilliehöök/ ob felicem ex Tractatu pacis Polonicæ reditum Anno 1667.

XII. Ad Chriſtinam Reginam cum ſecunda vice Roma in Sveciam rediret. Anno eod.

XIII. Panegyrica in funere M. Johannis Lothigii, Paſtoris Norcopenſis, An. 1668.

XIV. Ad Carolum XI. Regem in arce Lincopenſi a. die 16. Septembr. Anno 1670.

*M. Petrus Fontelius*, Uplandus, Math. Prof. Upſalienſis, nunc Paſtor Civitatis Gevalienſis Geſtriciæque Præpoſitus, edidit

I. Theoremata quædam variarum diſciplinarum, utpote de Demonſtrationibus in Mathematicis diſciplinis, Ecclipſibus, arte fortificatoria &c. Upſaliæ Anno 1648. in 4.

II. Ecclipſigraphiam præceptis & exemplis delineatam. ibid. Anno 1650. in 4.

III. Axiomata quædam fortificatoria. ibid. An. 1660. in 8.

*Magnus Larſſon*, Oſtrogothus. Ejus eſt Panegyricus ad Carolum Guſtavum Coronæ Sveticæ exercituum Generaliſſimum, cum in Germaniam accederet. Gryphisvaldii per Jac. Jeger. An. 1648.

*Haquinus Floriander*, Weſtrogothus. Ejus eſt Encomium juſtisſimæ & illuſtrisſimæ militiæ Hornanæ, quo explicantur res geſtæ per Guſtavum Horn, ſummum militiæ Sveticæ Præfectum in Scania. Upſaliæ Anno 1648. in 4.

Jonas

*Jonas Nicolai Bringander*, Smalandus, ſcripſit

I. Diſſertationem juridicam de Servis. Dorpati per Johanhem Vogelium Anno 1648. in 4.

II. Elogium Civitatis Rigenſis ibidem Anno 1649. in 4.

III. Jus Civile Sveo-Gothicum, brevibus Aphoriſmis comprehenſum. ibidem Anno 1651. in 4.

*Zacharias Humerus*, Smalandus, in Academia NB: Upſalienſi Profeſſor Hiſtoriarum Regius. Edidit de Arte Hiſtoriæ opus, dedicatum Reginæ Chriſtinæ. Upſaliæ per Eſchillum An. 1649. in 8.

*Olaus Georgii Suebilius*, Smalandus, primum Lect. NB: Theol. Gym. Calmarienſis, & Paſt. in Liungby dein Concionator Regius, tum Paſtor prim. Holmenſis, & Theol. Doct. nunc Epiſc. Lincopenſis. Ejus reperi

I. Diſſertationem de Legum theoria, gradualem, excuſam Upſaliæ Anno 1649. in 4.

II. Epiſtolam Latinam ad Illuſtrisſim. Dominam Annam Skytte/ L. Baron. de Duderhoff/ in obitu Dn. Nicolai Gyldenſtierna ejus filii. Argentorati typis Berneggerianis Anno 1654. in 4.

III. Conciones ſacras diverſis temporibus habitas & excuſas, quarum has editas hactenus vidi

1. Gratulatoriam ex 1. Paralip. XXIX, 5. ad Carolum XI. habitam cum primum in Senatum Regni intraret d. 22. Martii An. 1671. Holmiæ per Wankiſium in 4. ſermone popul. ſicut & quæ ſequuntur.

2. Funebrem in obitum Troilii Rohres/ Senatoris urbis Stokholmenſis ex Geneſ. XLVII, 8. 9. additur ad calcem dicti Troilii vitæ curſus & deſcriptio peregrinationum per totum pene orbem, pro

ſe,

ſe, & per Lucidorem ligate conſignata. Ibidem per eundem Anno 1672. in 4.

3. Aliam in obitum Chriſtinæ Ollieqviſt / conjugis Dn. Svenonis Franc, Secretarii Regii ex Pſalm. LII, 9. 10. ibid. Anno 1673. in 4.

4. Aliam in obitum Dn. Johannis Olai Stiernhöök/ Conſiliarii aulæ Regiæ ex Eſa. LX, 19. 20. ibid. Anno 1676. in 4.

5. Aliam in obitum Dn. Simonis Gründel Helmfeldt/ Regni Senatoris & Campi Mareſchalli &c. ex Pſalm. XCI, 14. 15. ibid. per Joh. Georg. Eberdt. Anno 1678. in 4.

NB. *Johannes Matthiæ Munthelius*, Med. Doct. Caroli Guſtavi Regis Medicus, poſt Nobilis Lager-Crona dictus, hinc Aſſeſſor Regii Dicaſterii Holmenſis. Ejus reperi de Scorbuto diſſertationem editam Lugduni Batavorum apud Franciſc. Moyaërt Anno 1649. in 4.

*Claudius Johan. Agræus*, poſtea Ackerman dictus, Stockholmenſis, J.U.Doct. & deſignatus in Academia Dorpatenſi Profeſſor, in publicum dedit

I. Orationem de Artigleria, Holmiæ An. 1649. in 4.

II. De Fidejuſſionibus Diſputationem Inauguralem. Aboæ Anno 1650. in 4.

III. Leges Sudromannicas. item

IV. Leges Weſtmannicas, ex antiquis Archivi Regii codicibus deſcriptas, & ad leges Regni Svetici reliquas collatas primus edidit. Holmiæ per Meuterum Anno 1666. in fol.

V. Leges Regni Svetici Provinciales & Civiles, inque

Digitized by Google

inque eas indicem uberrimum, Uplandicas, Oſtro-gothicas & Helſingicas, additis nunc ad ſingulas locis parallelis uberioribus, qui antea non niſi rariſſime, idque in Provincialibus tantum & Civilibus, occurrebant. ibid. forma eadem.

*Petrus Eliæ Gavelius*, Profeſſor Juris Upſaliæ, poſt Aſſeſſor Dicaſterii Junecopenſis. Edidit **NB.**

I. Titulum Juris de Obligationibus ex conſenſu, Upſaliæ Anno 1649. in 4.

II. De momentis ſummis Prudentiæ Juris ibidem Anno 1653. in 4.

III. Breve declaratum in Libros Grotii de Jure Belli & Pacis: verum hujus tantum Prolegomena edita ſunt typis, ibid. Anno 1658. in fol.

IV. Diſſertationem de Jure Legationum. Ibid. Anno 1654. in 4.

*Jacobus Balthazari*, Paſtor in Lena. Edidit

I. Concionem funebrem in obitum Gerardi de Beſche, ex Mich. VII, 7. 8. 9. Upſaliæ An. 1636. in 4.

II. Concionem ſacram de pace per Reginam Chriſtinam obtenta, habitam in ejusdem Chriſtinæ die natali, editamque Upſaliæ per Eſchillum Anno 1649. in 4.

*Encvaldus Svenonis* Smalandus, Adjunctus primum Facultatis Philoſophicæ Upſaliæ, deinde Profeſſor Eloquentiæ Academiæ Aboenſis, poſt Doctor, Profeſſor Theologiæ & Paſtor ibidem, ſcripſit **NB.**

I. De vitioſitate morali, quod eſt editum Holmiæ ex Offic. Janſoniana Anno 1650. in 4.

II. Octo beatitudines in funere Caroli Gyldenhielm expoſitas Carmine Hebræo, Chaldaico, Syriaco,

Digitized by Google

riaco, Arabico, Græco, Latino, Germanico, Finnonico, cum explicatione Svetica. Excudit Eſchil. Upſaliæ Anno 1651.

III. Gymnaſium capiendæ rationis humanæ, viginti Diſputationibus abſolutum, & editum Aboæ Anno 1662. in 4.

IV. Synopſin Theologiæ, triginta Diſputationibus exhibitam & editam in lucem ibidem An. 1664. in 4.

V. Babylona Magnam ruentem, contra Jeſuitam Jacobum Maſenium per diſputationes viginti quatuor editam ibidem Anno 1669. in 4.

VI. Artificium Delilæ contra Duræum & Melletum Calvinianos, per diſputationes ſedecim editum ibidem Anno 1673. in 4.

VII. Indicem & Judicem Syncretiſmorum Religionis per diſputationes duodecim, ibid. 1675. in 4. Conf. p. 337. 338. 339.

NB. *Catharina* Baath/Baroniſſa. Scripſit Commentarios Genealogicos, adpictis propria manu familiarum inſignibus, in quibus multæ Meſſenii hallucinationes deteguntur. Opus hactenus ineditum, ſed apud ipſam cuſtoditum commendat multis Joh. Henr. Bœclerus in Peregrinatione Germanici p. 18.

*Abrahamus Kempe* Pſalmos Davidis vertit in ſermonem Sveticum, ſecutus rhytmos Germanicos Lobwaſſeri. Editi ſunt Holmiæ per Henric. Keyſer/ Anno 1650.

*Andreas Petri Aſch*, Weſtrogothus, Meditationem Reſurrectionis Chriſti à Balthaſare Mentzero ſcriptam vertit in ſermonem popularem, ediditque Holmiæ Anno 1650,

Sueno

Digitized by Google

*Sueno Franck*, Oſtrogothus, Legationis in Lithuaniam, poſt Regni Protocolli Secretarius, ut vocant, & Nobilis & Conſiliarius Aulæ. Scripſit juvenis

I. Senecam & Burrum, Præceptores Principis ex Tacito. Liber editus eſt Holmiæ ex Offic. Janſſoniana Anno 1650. in 4.

II. Commentarium in Plinii Hiſtoriæ Naturalis lib. II. capita 99. 100. 101. & ſeq. Editus eſt Holmiæ per Janſonium Anno 1651. in 4.

III. Orationem funebrem in exceſſum Axelii Oxenſtiernii, Lugduni Batavorum dictam excuſamque ibid. per Joh. Elzevirum Anno 1655. in fol.

*Daniel Petri Terſerus*, Weſtmannus, Regni Sveciæ Elogium edidit Dorpati per Johannem Vogelium Anno 1650. in 4.

*Eraſmus Johannis Huß* Joſuæ Stegmanni promptuarium munuſculorum novi anni vertit in ſermonem Sveticum, ediditque Gothoburgi per Amundum Grefe Anno 1650. in 8.

*M. Petrus Mogatæus*, Oſtrogothus. Edidit

I. Annibalem Imperatorem, ſeu de Officiis boni Ducis ad ductum Livii Annibalem deſcribentis. Excuſus eſt Holmiæ per Joh. Janſſonium Anno 1650. in 4.

II. Commentationem ad verba Marci Terentii apud Tacitum VI. Annal. 8. Imperantem Obſequentemque breviter exhibentem. Holmiæ per eundem Anno 1652. in 4.

III. Globum terrenum, ex Philoſophia naturali adumbratum. Upſaliæ per Johannem & Petrum Academ. Typogr. Anno 1652. in 4.

IV. Le-

IV. Legatum ex Tacito deſcriptum, editum Upſaliæ per Johannem Pauli Anno 1653. in 4.

*Johannes Petri Buskagrius*, Lingvarum Orientalium Profeſſor Upſalienſis. Conſcripſit Juvenis

I. De Natura Maſoræ diſputationem totam ſermone Hebraico, editam Upſaliæ per Eſchillum Anno 1651. in 4.

II. Tractatum Philologicum de Deorum gentilium origine & cultu, deque lingvarum Orientalium uſu & neceſſitate in Theologia. Upſaliæ, anno 1655. per Johannem Pauli in 4.

NB. *Andreas Arvidi* Stregnenſis, Phyſices & Logices in Gymnaſio Stregnenſi Lector. Edidit

I. Manuductionem ad Poëſin Svecanam, lingva Svetica, edente Zacharia Brokenio Stregneſiæ Anno 1651. in 8.

II. Prægnantium & parturientium miſeram vitæ conditionem. Concionem in exequiis Catharinæ Nicolai fil. Bohm/ conjugis D. Joh. Matthiæ. Epiſcopi Stregnenſis, ex Geneſ. III, 16. per Brokenium Anno 1657. in 4.

*Joſephus Matthiæ Fougdonius*, Paſtor, Præpoſitus & Pœnitentiarius ut ſe ipſe vocat, Cathedralis Eccleſiæ Stregnenſis. Edidit

I. Ethicam de veris totius Chriſtianiſmi fundamentis, ſeu de veriſſimis Chriſtianæ Ethices & Politices principiis, oppoſitam Ethicæ Ariſtotelis. Stregneſii per Brokenium Anno 1651. in 8.

II. Pſalmos quosdam ſeu cantiones ſacras noviter compoſitas lingva vernacula. Stregneſiæ per eundem Anno 1652. in 8.

Clau-

*Claudius Klooth*, publicavit NB.

I. Synopſin cauſarum criminalium, Gothoburgi Anno 1651. in 12.

II. Proceſſum Criminalem, ad Jus & forum Sveticum potiſſimum accommodatum. ibidem Anno eodem in 12.

III. Speculum Jurisprudentiæ Sveticæ, comprehenſum libris IV. cum appendice, quomodo quis ſe erga DEum, proximum ac ſemetipſum gerere debeat, Sermone populari, ibidem An. 1676. in 8.

*Chriſtophorus Siggonis* Stenquiſt / Paſt. & Præpoſ. in Eſtilſtuna.

I. Concio funebris in obitum Ingeburgis Georgii filiæ Stengafwels/ex Apoc. II, 10. Stregneſii An. 1651. in 4.

II. Juſta Caroliana, concionem funebrem in obitum Caroli Guſtavi Regis, ex Thren. V, 15. 16. 17. ibid. Anno 1660. in 4.

*Andreas Erici Lilonius* Uplandus, ſcripſit Uplandiæ Elogium, publicatum Dorpati per Johannem Vogelium an. 1651. in 4.

*Petrus Simonius* cognomento *Læfgreen*, Oſtrogothus Eloq. Prof. Dorpatenſis, & poſt ſublatam illam Academiam per Ruſſos, Phyſ. & Logic. dein Hiſtor. & Poëſ. nunc Theologiæ Lector Gymnaſii Lincopenſis, Pœnitentiarius publicus & Paſtor in Skeda / ſcripſit

I. De Senatore in Principatu, diſſertationem, editam Holmiæ ex Officina Janſoniana an. 1651. in 4.

II. Aliam de juribus Majeſtatis, Upſaliæ per Johan. Pauli Anno 1652. in 4.



Digitized by Google

III. De mente compoſita & tranquilla, diſſertationem, publicatam ibidem per Meurerum. An. 1657. in 8.

IV. Matthæi Friderici diabolum ebrietatis, cum narratione hiſtorica epiſtolæ à Diabolo miſſæ &c. vertit ex Germanico, publicatum Lincopiæ Anno 1658. in 8.

V. Inſtructionem ad pie vivendum beateq; moriendum. liber prælo paratus eſt.

*M. Magnus Johannis Pontinus*, Calmarienſis, Concionator Regius, nunc Paſtor ad S. Jacobi Holmiæ.

I. Gratulatio panegyrica ad Carolum Guſtavum Principem Sueciæ hæreditarium habita Calmariæ, Anno 1651. edita Holmiæ in folio.

II. Diſſertatio de forma ſanæ Civitatis, ad verba Catonis ex C. Salluſtii bello Catilinario. Upſal. per Joh. & Petrum Acad. Typographos An. 1652. in 4.

III. Conciones funebres variis occaſionibus habitæ typisque vulgatæ, nimirum

1. In obitum Andreæ Schäders / Caſtellani arcis urbisque Holmenſis, An. 1659. ex Job. VII, 21. excuſa Holmiæ per Meurer. in 4. ſicut & ſequentes.

2. Dn. Philippi Stiernſköld / L. Baronis in Stiernberg/ Anno 1665. ex Eccleſiaſt. VII, 1. 2. ibid. per eund. Anno 1667.

3. Dn. Iſaci Swinhufwud / Capitanei Militiæ navalis, Anno 1666. ex Pſalm. XC, 1. ad 13. ibid. per eund. Anno 1667.

4. Chriſtinæ Poſſe / in Strömſtad / viduæ Dn. Ivari Nicolai Satrapæ Norlandiarum, item Stenonis Bielke / nec non Ivari Arvidi, Anno 1667. ex Pſal. LXXXIV,

LXXXIV, 2. 3. item XLII, 3. ibid. per eundem Anno 1668.

5. M. Abelis Rock / Concionatoris aulæ Regiæ primarii, An. 1668. ex Matth. XXV, 22. per eund.

6. Chriſtinæ Poße/conjugis Domini Erneſti Johannis Creutz/An. 1669. ex Pſalm. XXV. toto. ibidem per eundem An. 1671.

7. Dn. Petri Sparre/L. Bar. in Croneborg/R. Senat. & Cancellariæ Conſiliarii, Anno 1671. ex 2. Tim. IV, 7. 8. ibid. per Nicol Wankif.

8. Marthæ Chriſtinæ Ulfſparre / conjugis Dn. Conradi Gyllenſtierna / Anno eod. ex Pſal. XXV, 17. ibid. per Meurerum.

9. Annæ Margarethæ Oxenſtierna/conjugis Dn. Claudii Tott / Comitis in Carlsborg / Anno 1672. ex 2. Tim. IV, 7. 8. Ibid. per Joh. Georg. Eberdt. Anno 1673.

10. Gœrvelæ Margarethæ & Sigridis Catharinæ Sparres Virginum, filiarum Dn. Petri Sparres/ ſuperius nominati Anno 1672. ex Apoc. VII, 13. ad fin. ibid. per Wankif.

11. Dn. Axelii Douglaſſes, Comitis in Skeninge/Anno 1673. ex Job. XVII, 11. 12. ibid. per eund.

12. Dn. Hermanni Fleming / L. Bar. in Libelitz/ R. Senat Amiralis, Gen. Gubernatoris Finland. An. 1674. ex Job. XVI, 19. ibid. per eund.

*Iſaacus Iſthmenius*, Sudermannus, Phyſices Prof. Upſalienſis, ſcripſit NB.

I. Memoriam Dn. Jacobi Andreæ Gevalienſis, Paſtoris in Oſtmo & Contractus Tornenſis Præpoſiti, patris ſui. Upſaliæ per Johan. Pauli, ſed ſine anni mentione. in 4.

II. De Natura Phyſicæ Diſſertationem. Ibidem per eundem an. 1655. in 8. Cætera hujus diſciplinæ intermiſit avocatus ad Paſtoratum Orebrogenſem.

III. Phyſicam doctrinam totam complexus eſt ſermone populari, quæ inedita ſervatur Mſ. apud quosdam Conf. p. 349.

*Johannes Meurs*, Apologiſta Stregnenſis Arithmeticam ſerm. populari publicavit Stregn. A. 1652. in 8.

NB. *Olaus Rudbekius*, Aroſienſis Weſmannus, Medicinæ Profeſſor Upſalienſis. Edidit

I. Diſſertationem de Circulatione ſangvinis. Aroſiæ Anno 1652. in 4.

II. Exercitationem Anatomicam exhibentem ductus novos hepaticos aquoſos, & vaſa glandularum ſeroſa, cum figuris æneis, & obſervationibus anatomicis aliis. ibidem An. 1653. in 4.

III. Epiſtolam ad Thomam Bartholinum, qua ſibi inventionem vaſorum ſeroſorum hepatis contra Bogdanum (qui tribuit Bartholino) vindicat. Upſal. Anno 1657. in 12.

IV. Catalogum plantarum in horto Academiæ Upſalienſis ab ipſo primum Anno 1657. inſtructo. ibid. An. 1658. in 8.

V. De Cometa viſo Anno 1667. Diſſertationem, editam cum aliis in peculiari de Cometis opere, quod titulo Theatri Cometici publicavit Stanislaus Lubienietzki, excuſum Amſterodami An. 1668.

VI. Atlantica ſive Manheim opus factum, origines & antiquitates Sveticas proponens Latino & Suetico idiomate. Upſaliæ Anno 1679. in fol.

NB. *Andreas Lilliehök*, L. Baro de Nerpis, Gubernator

Digitized by Google

tor Regius Oſtrogothiæ, & ad Aulam Polonicam Legatus. Scripſit Juvenis

I. Palatinum ſive aulicum ſub Manii Lepidi exemplo ex Tacito deſcriptum, editum Holmiæ per Janſonium Anno 1652.

II. Venerem Gothicam ſeu Carmen gratulatorium in nuptias Caroli Guſtavi Regis Sueciæ & Hedvigis Principis Holſatiæ, Holmiæ typis Janſon, Anno 1654. in fol.

III. Virtuti heroicæ Caroli XI. Carmen Elegiacum, Lincopiæ Anno 1678. in fol.

*M. Daniel Laurentii* Helſingus, Eccl. Upſal. Adjunctus, Concionator aulæ Regiæ, nunc Paſtor in Lixand. Dalecarlorum publicavit

I. Diſputationem de Oppoſitis, Upſaliæ per Johannem Pauli Anno 1652. in 4.

II. De Amicitia ejusque obligatione Diſſertationem. ibid. An. 1660. in 4.

III. Grammaticam Latinam contractam, & in multis quoad Suetica emendatam, editam primo per Henr. Curio Anno 1662. & ſecunda vice ibidem Anno 1670. in 8.

*Guſtavus Johannis*, poſtea *Janſſonius*, primum Matheſ. dein Græcæ Ling. tandem Theologiæ Lector Gymnaſii Lincopenſis & Paſtor in Slaka / de Bello ejusque jure Diſſertationem edidit Upſaliæ, Anno 1652. in 4. NB.

*Johannes Johannis Rudbekius*, Aroſienſis Weſmannus, Profeſſor Theologiæ Extraordinarius Upſalienſis, dein Superintendens Narvenſis, & Paſtor ad poſtremum Cuprimontanus. Edidit



Digitized by Google

I. De Diſciplina Eccleſiaſtica diſputationem Theologicam, Upſal. Anno 1651. in 4.

II. De ſponſalibus myſticis Chriſti cum Eccleſiâ ſingulisque fidelibus, ibidem Anno 1653. in 4.

III. Diſputationes Synodales aliquot, qvarum prima de Deo uno & trino. Revaliæ typis Adolphi Simonis, Gymnaſii Typ. Anno 661. in 4.

*Nicolaus Brahe*, Comes de Wiſingzborg, Regni Sueciæ Senator atque Admiralius, edidit in Juventute Diſſertationem de Popularitate Principis. Excuſa eſt Upſal. per Johannem Pauli An. 1652. in 4.

NB. *Jacobus Lilliehöck*, L. Baro. de Närpis Diſſertationem de Claudio Etruſco, aulico longævo & felici, Argentorati per Joſiam Stædel Anno 1653. in 4.

NB. *Martinus Brunnerus*, Helſingus, primo Græcarum literarum, poſt Theologiæ Doctor & Profeſſor in Academia Upſalienſi. Edidit

I. Diſputationem gradualem ſub titulo Thematum Philoſophicorum, de Analyſi & variis. Upſaliæ per Joh. Pauli Anno 1652 in 4.

II. Palæphatum Græce & Latine cum Annotationibus & Indice, Upſal. per Henr. Curio A. 1663. in 8.

III. Diſputationem de Comparatione Tyrannidis & anarchiæ, ex Iſocrate. Holmiæ per Meurerum Anno 1663. in 4.

IV. Aliam de primordiis reipublicæ bonæ, ex eodem. Upſaliæ Anno 1664. in 4.

V. Ex ejus quoque conſilio egregii in hac Academia juvenes elaborare cœperunt diſputationes in LI. Charondæ apud Diod. Sicul. quæ per hos annos aliæ poſt alias editæ ſunt, cum adhuc Profeſſorum

Philo-

Digitized by Google

Philoſophiæ unus eſſet. Duabus primis præſidium commodavit, cæteris deinde alii. Primæ de Nuptiis ſecundis autor eſt *Uno Terſerus*, poſtea Oriental. LL. Prof. II. De Pœna Calumniæ, *Petrus* Stiernman/ poſtea V. D. miniſter in aula Regia, nunc Paſtor Eccleſ. Torſtunenſis. III. De Converſatione cum malis *Johannes* Barckhus/ nunc Conſul Reg. in urbe Arboga. IV. De Literis & inſtitutione literaria *Robertus Kinmondt*, nunc Notarius in Regiæ Cameræ Collegio V. De Tutela, more & modo Philoſophico, *Sueno* Heſſelbom/quem cum ſingularis, nec moram ferens occaſio ad peregrinandum invitaret, antequam diſputationem publicare poſſet, eam defendendi provinciam in ſe ſuſcepit frater ejus *Gabriel* Heſzelbom. VI. De deſertoribus ſignorum *Johannes* Rüdbeck/Gevalienſis.

VI. Diſputationes de Allegatione Scripturarum, quarum prima edita Upſaliæ per Henr. Curio Anno 1669. in 8.

VII. Diſputationes de Senſu locorum Scripturæ, ubi de Scripturæ Ellipſibus, Reticentiis, Synecdochis, Conſequentiis &c. agitur, prima harum edita eſt per eundem Anno 1674. in 8.

VIII. Portam cœli & Habitationem DEI in his terris, ex Geneſ. XXVIII, 17. in auguratione templi recens ædificati in Hudwiikswall Helſingiæ. Holmiæ per Joh. Georgium Ebert Anno 1676. in 4.

IX. Opus Salutis, ex 1. Pet. I, 3. ad 10. Concionem ſacram in funere Dn. Brigittæ Biörenklou, Generoſ. Dn. Joh. Paulini Oliwekrantz conjugis habitam, ibid. per eundem Anno 1677. in 4.



Digitized by Google

X. Carmine heroico laudes patriæ ſuæ Helſingiæ, in opus popularis ſui Magni Celſii de Runis Helſingorum. Item ejusdem generis Carmen in laudes ruris Wingåkerenſis in Sudermannia, ſubnexam meditationi Bazianæ. Item Dialogum Juvenis & ſponſi in nuptiis O. Forſelii, Gothoburg. An. 1655.

XI. Extant quoque ejus Epigrammata Græca & Latina diverſis temporibus & per occaſiones alias atque alias edita. Item

XII. Carmina ſermone vernaculo ſcripta argumenti tam ſacri quam diverſi Græca & Latina.

XIII. Habet nec dum edita, elaborata tamen & parata prælo, vel quæ ſuo tempore abſolvi posſunt, ut coram in Muſæo ſuo ſalutanti petentiqve, monſtravit mihi, Notas breves in Lexicon Mœridis Atticiſtæ, quem hactenus ineditum parat communicare cum orbe erudito.

XIV. Item Notas uberiores in quædam Plutarchi opuſcula, inprimis in illud, de utilitate capienda ex inimicis.

XV. Et Collectanea Logica & Methaphyſica, quorum quædam jam in manibus juventutis verſantur.

XVI. Comparationem nimiæ ſeveritatis & indulgentiæ nimiæ.

XVII. Diſſertationem contra geminationem vocalium ad oſtendendam ſyllabam longam, vel pronunciationis moram.

XVIII. Diſſertationem de abuſu temporis plusquam perfecti, multis familiari & in Latino & vernaculo ſermone. Cujus appendix eſt diſqviſitio brevis de abuſu literæ H. in ſcriptura ſermonis vernaculi.

XIX.

Digitized by Google

XIX. Collationem cum b. m. Cl. Franckenio Profeſſore, ante vicino ſuo, de prærogativa viduitatis præ virginitate, ubi & nonnulla Sac. Scripturæ loca conſiderantur.

XX. Orationes funebres plures, in memoriam Johannis Buræi, Regni Antiquarii, D. Erici Brunnii, Epiſcopi Gothoburgenſis, D. Erici Odhelii, Profeſſoris Theologiæ Upſalienſis, Joh. Can. Lenæi Archiepiſcopi, Laur. Stigzelii itidem Archiepiſcopi Upſalienſis.

XXI. Diſſertationem de quæſtione, quomodo Eva non intellexerit, aliquid monſtri ſubeſſe, quando audiebat, ſerpentem diſputare de mandato Divino.

XXII. Diſſertationem de Luthero, habitam in die ei feſto.

XXIII. Diſputationes pro alumnis Regiis in Evangelia Dominicalia.

XXIV. Collegium Theologicum privatum de Theologia, Sacra Scriptura, & Fide.

XXV. Hiſtoriam ſalutis duplicem, alteram breviorem, pro Chriſtianis ſimplicioribus, alteram prolixiorem pro magis provectis. Ex utraque narratione excerptas quæſtiones cum reſponſionibus ſuccinctis.

XXVI. Scriptum ſeu libellum de Re Magica publice exhibitum inclyto Regni Senatui, abſente S R. Majeſtate. Sed & inſcriptum de hoc argumento prolixius, pluſculum materiæ comportavit.

XXVII. Diſſertationem de diſtinctione capitum & verſuum in ſacro codice, occaſione quæſtionis



Digitized by Google

de loco 1. Tim. IV, 3. motæ ſibi ab Illuſtriſſ. Comite, nunc in cœlis beato, Axelio Oxenſtierna, cum illius fratrisque, Illuſtr. Comitis Caroli ſtudia Theologica in hac Academia, privata opera proveheret.

XXVIII. Diſſertationem contra ſententiam ſtatuentium Scripturam ſacram, quandoque ita cum vulgo loqui, ut abeat à veritate.

XXIX. Diſſertationem contra errorem Theodori Mopſueſteni, & cum eo negantium, Scripturam Sacram usquam in medio ſermone de bonis vel malis temporalibus progredi ad ſpiritualia & æterna.

XXX. Congeſſit etiam non pauca in tractatum de Theologia Exegetica, item in alium de ſimilitudinibus & comparationibus in Secra Scriptura occurrentibus.

XXXI. Orationem de Certamine CHRISTI & diaboli, ex occaſione certaminis Davidis & Goliathi, pro publica ſolennique concione recitatam ad d. 15. April. anni currentis 1679.

Affirmat ſe in eo eſſe, ſi permittent vires & occupationes aliæ, ut in formam tractatus concinnet prælectiones Acadd. in Canticum Canticorum & lib. I. Samuelis.

Sed & in materiis & argumentis pluribus ſimilem eum operam poſuiſſe vidi; quæ tamen omnia prorſus noluit indicari. Quomodo nec ſine difficultate aliqua adduci potuit, ut horum quæ jam recenſita ſunt pleraque indicaret. Multum ſcilicet nec immerito querebatur de frequentibus ab invaletudine impedimentis; ut & de difficultatibus

Digitized by Google

bus, quæ plerumque non parvæ occurrunt iis, qui apud nos aliquid in publicum edere cupiunt.

*Petrus Hoffwenius*, Uplandus, Medicinæ Doctor & Profeſſor Upſalienſis publicavit NB.

I. De oculo diſputationem Academicam. Upſaliæ Anno 1651. in 4.

II. De Symptomatibus. ibid. An. 1656. in 8.

III. De Athleta, Lugduni Batavorum Anno 1658. in 4.

IV. Artis medicinalis parvæ exercitationes aliquot, breviarum Medicinæ Iſagogicæ §§. 14. & Phyſiologicæ §§. 179. complectentes. ibid. Anno 1662. 63. 64. in 8.

V. Synopſin Phyſicam diſputationibus aliquot Acadd. comprehenſam. Holmiæ apud Henr. Keyſer/ Anno 1678. in 12.

*Torſtanus Laurentii Salinus*, Paſtor in Hiälſtad/ Weſtrogothiæ, edidit

I. Concionem funebrem in obitum Margarehtæ Oxenſtierna/ conjugis Dn. Axelii Sparre/ Gubernatoris Gothlandiæ ex Sap. IV. 7. ad 15. Upſaliæ Anno 1653. in 4.

II. Aliam in funere Annæ Banner/ conjugis Dn. Gabrielis Oxenſtierna/ Comitis in Korßholm & Waſa/ &c. ex Luc X. 38. ad fin. Holmiæ per Meurerum Anno 1656. in 4.

*Petrus Jonæ* Holſingus, Paſtor Fahlunenſium, concionem funebrem in obitum Alethæ Claudii Eden/ conjugis Johannis Otto Conſulis dictæ urbis habitam Anno 1653. ex Rom. VIII. 14. 15. 16. 17. edidit Upſaliæ. in 4.

*Johan-*

NB. *Johannes Joannis Baazius*, Paſtor primum in Wingäker, dein Epiſcopus Wexionenſis, & mox Scarenſis, nunc Archiepiſcopus Upſalienſis. Edidit

I. Libellum de Libero arbitrio hominis, excuſum Upſaliæ Anno 1653. in 4.

II. Meditationem ſacram de Christo Θεανθρώπῳ. Accedit Confeſſio Chalcedonenſis, & Epiſtola Leonis Magni ad Flavianum. ibid. An. 1659. in 16.

III. Concionem funebr. ex Job. XVI. ult. XVII, 1. 2. in obitum Dn. Guſtavi Poſſe/ Regni Senatoris judiciique regii per Gothiam ſupremi Præſidis, & liberorum ejus Canuti & Ingeburgis Guſtavianæ, habitam Anno 1677. Holmiæ per Wankif. in 4.

*Carolus Mörner*, Baro. Præſes Judicii Aulici Dorpatenſis. Edidit à ſe compoſitum Elogium Sereniſſimæ Reginæ Chriſtinæ, per filium Leonhardum recitari juſſum. Dorpati Anno. 1653. in 4.

*Andreas M Leufſtadius*, Paſt. in Weckholmen/ ſcripſit

I. De recta hominis ratione, Upſaliæ A. 1653. in 4.

II. De Papatu diſputationem Synodalem in Art. Smalkaldicorum partis ſecundæ articulum IV. ibid. Anno 1673. in 4.

NB. *Johannes Gyldenſtierna*, L. Baro in Lundholm, nunc Regni Sveciæ Senator & Conſiliarius Cancellariæ. Publicavit in juventute Diſſertationem politicam de neceſſaria & ſingulari prudentia Principis in recens parto imperio. Upſaliæ An. 1654. in 4

*Gothardus Striik*, Nobilis, Aſſeſſor Regii tribunalis Holmenſis, de Fœderibus diſſertationem publicavit Upſaliæ Anno 1654. in 4.

CARO-

Digitized by Google

# CAROLUS GUSTAVUS, M DC LIV.

## Ipſo imperante ſcripſerunt ſequentes.

*Ericus Benzelius*, Bothnienſis, Doctor & Profeſſor ... Theologiæ Upſalienſis. Publicavit

I. De doctrinalium ſignorum natura in genere diſſertationem, Upſaliæ Anno 1654. in 4.

II. De Inſtitutione literaria. Ibidem An. 1658. in 4.

III. De Philoſophia vitæ Civili ſervitura. ibid. Anno 1663. in 4.

IV. Explanationem Concionis D. Pauli in Areopago habitæ, quæ legitur Actor. c. XVII. ibid. Anno 1660. in 4.

V. Diſputationes plures in vitas Patriarcharum, è quibus editæ, quæ ſpectant ad vitam Abrahami & Iſaaci; reliquæ ſuo tempore ſeqventur.

VI. Palmam paciferam, ſive opus pertinens ad controverſias de articulis fidei fundamentalibus & conciliationem religionum a. b. m. D. Odhelio, ſocero ipſius inchoatum, continuare ac abſolvere perſeverat, ſi res & uſus id poſtulaverint.

*Matthias Canutzius*, Oſtrogothus, poſtea Nobilis, dictus *Tærnekrantz*, Ordinisque Equeſtris Secretarius. Scripſit juvenis Orationem in Natalem ſexageſimum ſecundum D. Johannis Matthiæ, Epiſcopi Stregnenſis, editam Upſaliæ per Johannem Pauli Anno 1654.

*Ericus*

NB. *Ericus Lindemann*, Oſtrogothus, Secretarius Regius & Nobilis, dictus *Lindskiöld*, & Cancellariæ Regiæ Conſiliarius. Edidit juvenis

I. Conſiliarium ex Q. Curtii Rufi verbis lib. VIII. cap. XII. v. 16. ad Hæpheſtionis exemplum directum. Upſaliæ An. 1654. in 4.

II. Militiam Martis & Cupidinis nuptiis Generoſiſſimi Dn. Jacobi Lilliehöck/ Lib. Bar in Närpis/ Holmiæ per Henr. Keyſer/ſed ſine anni mentione, in fol.

III. Inſcriptionem ſepulchralem in obitum ejusdem Dn. Jacobi Lilliehök/ Holmiæ Anno 1658. in fol.

IV. Orationem funebrem, habitam in obitu Caroli Guſtavi, Regis Sueciæ, ac excuſam Argentorati per Johannem Pickel, Anno 1660. in fol.

V. Inſcriptionem ſepulchralem in obitum Comitis Jacobi Auguſti de la Gardie, editam Argentorati Anno 1662. in fol.

VI. Libellum ſine nomine, cujus titulus, Pax in Imperio turbata, quies civibus excuſſa, & Palatino vis ac injuria facta per occaſionem litis inter Palatinum atque Moguntinum de Wildfangiatu.

VII. Offam Latranti. Libellum ſine nomine, oppoſitum ſcripto Bœcleriano, à quo pro cauſa Moguntina pugnante fuerat laceſſitus.

VIII. Oſſa per offam. Libellum ſimilem ſuperiori. Pariſiis Anno 1667.

IX. Fuſtem, ſimilem libellum.

X. Genium magnum, ſeu argumentum ſaltationis Regiæ, habitæ in die natali decimo octavo

Regis

Digitized by Google

Regis Caroli. Editus eſt Holmiæ per Wankif. An. 1669. in 4.

*Andreas Svenonis* Orebrogienſis, Horologium Paſſionale Georgii Albrechti vertit in ſermonem vernaculum & excudi fecit Gothoburgi An. 1654.

*Johannes Ilsbodinus*, Sudermannus. Edidit

I. Orationem funebrem in obitum Illuſtriſſ. Comitis Axelii Oxenſtierna, Regni Cancellarii Upſaliæ Anno 1655.

II. Carmina varia, lingva Gallica & Italica, partim excuſa locis & temporibus diverſis, partim non excuſa ſervantur ab amicis.

*Nicolaus Iſaaci*, Lincopenſis, Eloquentiæ in Gymnaſio Lincopenſi Lector. Dedit in lucem Ciceronis Orationem pro Rege Deiotoro, cum Analyſi inventionis & diſpoſitionis, item Notis brevibus. Excuſa eſt Lincopiæ per Danielem Nicolai Kempe Anno 1655. NB.

*Nicolaus Petri Agrelius*, Smolandus, Conſul urbis Wardbergenſis. Edidit Inſtitutiones Arithmeticas, cum regulis & praxi Italica, Svetico ſermone Holmiæ per H. Keyſer/ An. 1655. in 8. editione iterata reviſas Gothoburgi An. 1672. forma eadem.

*Samuel Iſaaci Stehn*, Oſtrogothus, Subpræfectus Arcis Regiæ Upſalienſis. Scripſit Juvenis

I. De ſententiis & re judicata, earumque remediis ordinariis & extraordinariis. Editum eſt Upſaliæ per Johannem Pauli Anno 1655. in 4.

II. Poſitiones breves ex diverſis juris articulis deſumptas. Ibid. eod. anno.

*Steno Johannis Opſopæus*, Ejus eſt Alecto Nov. Anti-

Digitized by Google

Antiqua, ſeu dictio metrica de armorum ſerie & origine, quæ ab Evangelicæ reformationis tempore ſemper in perniciem regnorum Septentrionalium meditans Romana meretrix cum ſua ſibi dicata liga contra Suecos excitavit, habita Upſaliæ Anno 1638. edita Lincopiæ Anno 1655. in 4.

*Olaus Wexionius*, in Academia Dorpatenſi Profeſſor, ejus eſt oratio panegyrica, qua Carolo Guſtavo Imperii Sueo-Gothici Coronam nomine Academiæ Guſtavianæ gratulatur. Dorpati An. 1655.

*Gabriel Oxenſtierna Turonis F.* Comes, Conſiliarius Cancellariæ, Encomium funebre Axelio Oxenſtierna Guſtavi, Regni Sveciæ Cancellario dictum & dicatum, edidit Holmiæ typis Meurerianis Anno 1655. in fol.

*Nicolaus* Gyllenadler/ *Samuelis F.* Nobilis, poſtmodum Secretarius Regius. Scripſit Juvenis

I. Orationem gratulatoriam in natalem Caroli XI. Regis. Lincopiæ Anno 1656. in fol.

II. De ſede Majeſtatis Romano-Germanicæ diſſertationem. Giſſæ Haſſorum per Frider. Kargerum Anno 1664. in 4.

III. Epithalamion in nuptias Dn. Bergeri Croneberg & Annæ M. Gyllenflou / ibid. Anno eodem in fol.

*Anonymus*, cujus eſt animorū in Europa & vicina Aſia Motus de Svetici belli motu in Polonia. Inſcriptus eſt liber Carolo Guſtavo Regi, ſtylo ut appellant Romano confectus. Upſaliæ Anno 1656. in 4.

*Benedictus Guſtavi Queckfeldt*, Aſſeſſor Dicaſterii Juncoepenſis. Ejus eſt de obligatione ex Contractibus

Digitized by Google

ctibus diſputatio. Oxoniæ Anglorum An. 1656. in 4.

*Nicolaus Jonæ Salanus*, Upſalienſis, Lector Græcæ Lingvæ & Theologiæ in Gymnaſio Holmenſi, dein Paſtor & Præpoſitus Köpingenſis. Edidit

I. Gnomologiam, in qua ſententiæ Poetarum & Philoſophorum veterum Græcorum, ad certos titulos ſecundum ordinem alphabeti ſunt redactæ, cum verſione Latina. Upſaliæ per Johannem Pauli. Anno 1656. in 8.

II. Epitaphium Margarethæ Salviæ, conjugis Johan. Adler Salvii, carmine Elegiaco. Holmiæ per Meurerum Anno 1658.

III. Odam Epeneticam, dictam Carolo Guſtavo Regi, cum ex bello reverſus eſſet Gothoburgum ad Comitia, verſibus Græcis & Latinis, per modum Dialogiſmi inter Apollinem & Muſas. Holmiæ per Meurerum Anno 1658. in 4.

IV. Diſſertationem de peccato originali, diſputationis loco habitam & editam Holmiæ typis ejusdem Anno 1663. in 4.

*M. Johannes* Sparman / Uplandus, Concionator aulicus Illuſtriſſ. Regni Cancellarii, nunc Paſtor in Tuna Roslagiorum. Scripſit

I. De ſubditis diſputationem pro gradu. Upſaliæ Anno 1656. in 4.

II. Aliam de Nobilitate ſed exercitii cauſa. ibid.

III. De Collegiis Canonicorum Cathedralibus & Monaſteriis diſputationem Synodalem in articulum Smalcaldicorum IV. Adduntur ad calcem aliqua ſub peculiari titulo de antiquis Collegiis Canonicorum & Monaſteriorum Regni Sveciæ, item

de Regum, Principum & Nobilitatis Svecanæ donationibus & inſtitutionibus Eccleſiaſticis. Upſaliæ Anno 1671. in 4.

*Johannes Claudii Wallwiik*, Weſmannus, Syndicus Fahlunenſis, nunc Aſſeſſor tribunalis ſummi Holmenſis. Edidit

I. Orationem funebrem in obitum Johannis Sparre, Baronis de Croneborg. Anno 1656. in fol.

II. Orationem funebrem in obitum Philippi Stiernskiöld, Baronis, ad Illuſtr. Dn. Claudium Stiernskiöld, Regni Senatorem, ejus parentem. Holmiæ typis Meurerianis, Anno 1665.

III. Orationem gratulatoriam, ad Rever. Dominum D. Nicolaum Rudbeckium, ſocerum ejus, cum eſſet factus Epiſcopus Aroſienſis, Holmiæ per eundem Meurerum Anno 1671.

NB. *Andreas Norcopenſis*, Oſtrogothus, Eloq. Profeſſ. Regius in Acad. Upſalienſi. Scripſit

I. De ratione convivandi ad Romanos olim mores Diſſertationem Upſaliæ Anno 1656. in 8.

II. Orationem funebrem in obitum Johannis Loccenii. Holmiæ typis Wankif. An. 1678. in fol.

*Axelius Roſenhane*, Baro in Ifalaborg/ ſcripſit

I. Orationem genethliacam dictam novo Principi Anno 1655. editam cum duabus orationibus ſimilis argumenti fratrum ejus. Upſaliæ Anno 1656. in fol.

II. Orationem valedictoriam ad Acad. Upſalienſem, ubi ſimul de peregrinationis ſuæ cauſis agit, edita ſimiliter cum duabus aliis ejuſdem materiæ fratrum ipſius. Ibid. An. 1658. in fol.

*Bene-*

Digitized by Google

*Benedictus Roſenhane*, Baro, ſuperioris frater. Ejus eſt

I. Oratio gratulatoria ad parentes de recens nato filio Carolo XI.

II. Valedictoria ad Academiam Upſalienſem.

*Johannes Roſenhane*, Baro, ſuperiorum frater.

I. Oratio gratulatoria ad patriam de Principis Ortu.

II. De peregrinationis immaturæ incommodis.

III. Diſſertatio politica de Senatore illiusque officio ad locum Ciceronis de legib. III. cap. 18. Upſaliæ Anno 1650. in 4.

*Johannes* Tungel/ Nobilis. Ejus eſt Oratio Infanti Regio natalitiorum quorundam munerum oblatione obſequia civium ac devoti pectoris promptitudinem exponens. Edita eſt ad calcem Roſenhaniorum hujusdem argumenti.

*Olaus Oeſtenius*, Nericienſis, Medicus Gothoburgenſis, nunc quoque Senator, Oſtring. Ejus eſt

I. Diſſertatio de Artritide. Helmeſtadii Anno 1657. in 4.

II. Febrifuga, ſermone populari. Gothoburgi Anno 1677. in 8.

*Petrus Kyronius*, Calmarienſis, judex territorialis in Uplandia & Aſſeſſor Regii dicaſterii Holmenſis, nunc Conſul civitatis Holmenſis, ſcripſit

I. De Philoſtorgia. Upſaliæ Anno 1557. in 4.

II. De jure ſummæ poteſtatis circa Religionem. Ibid. Anno 1659. in 4.

III. De Conſiliariis. Ibid. Anno 1650. in 4.

*M. Simon Kexlerus*, Nericius, Mathematum Pro- NB



Digitized by Google

feſſor Aboenſis. Edidit in lucem

I. Arithmeticam triplicem generalem, geodeticam, denariam, & aſtronomicam ſexagenariam, ut & Geometriam triplicem, fundamentalem, trigonometricam, & practicam. Aboæ Anno 1658.

II. Tractatum de tempore, ſeu computum, ibid. Anno 1661. in 4.

III. Coſmographiam & Gnomonicam. ibidem Anno 1664.

IV. Univerſam Matheſin Svetico ſermone conſcriptam brevi typis mandabit.

NB *Petrus* Bång/Helſingius, S. Theologiæ Doctor & Profeſſor in Academia Aboenſi, nunc Superintendens Narſvenſis. Scripſit

I. Diſputationem de Prædeſtinatione hominis ad ſalutem. ibid. Anno 1662. in 4.

II. Diſputationem de Prædeſtinatione hominis ad ſalutem. ibid. Anno 1662. in 4.

III. De Eccleſia militante in genere. Aboæ An. 1666. in 4.

IV. Diſputationes aliquot de imputatione Juſtitiæ Chriſti, ejusque continuatione & iteratione. ibid. Anno 1668. in 4.

V. Commentarium in Epiſtolam ad Hebræos. ibid. Anno 1671. in 4.

VI. Hiſtoriæ Sveo-Gothicæ Eccleſiaſticæ partem generalem, ab initio mundi ad ſeculum à Chriſto nato octavum. Ibid. per Hanſſon An. 1675. in 4.

VII. S. Anſgarii vitam, ex Svetica verſione Remberti compendioſe repetitam & caſtigatam, ibidem Anno 1675. in 4.

VIII.

Digitized by Google

VIII. Tractatum prolixum de Sacramentis, qvem anno hoc currente ad caput de Sacramentis in genere & Sacramentis Novi Teſt. in ſpecie perduxit.

IX. Concionem ſacram in obitum Dn. Michaëlis Gyllenſtolpe / ex Pſalm. XC. toto. Aboæ Anno 1671. in 4.

*M. Petrus Aurivillius*, Gevalienſis, primum Theol. Adjunctus, Log. dein & Methaphyſices, tandem Græcæ Ling. & Theolog. Profeſ. Upſalienſis, edidit

I. Περὶ τῆς ἀρετῆς diſputationem Græcam. Upſaliæ Anno 1658. in 4.

II. Orationem Græcam carmine Heroico ſuper obitu duorum Illuſtriſſimi Regni Sueciæ Cancellarii filiorum Jacobi Auguſti & Caroli Johannis de la Gardie. Holmiæ per Meurerum Anno 1663. in 4.

III. Ἑπτάδα thematum miſcellaneorum, diſputationem gradualem. Upſaliæ Anno 1662. in 4.

IV. De judicio controverſiarum in Theologia diſſertationem. Ibid. Anno 1655. in 4.

V. Elementa Logicæ Peripateticæ ſingulari methodo concinnata. Ibid. Anno 1671. in 12.

VI. Elementa Metaphyſicæ per diſputationes numero ſex, quarum prima edita Upſaliæ Anno 1674. in 12.

VII. Ὑποτύπωσιν doctrinæ Papiſticæ de Merito Operum ejusque ſpeciebus Congruo & Condigno, diſputationem Theologicam. Holmiæ per Wankif. Anno 1677. in 4.

VIII. Epigrammata Græca varia diverſis edita occaſionibus.

IX. Scripſit præterea & alia, quæ poſt obitum

apud hæredes reperiuntur Mſſ. ut ſunt Teruncius in Gazophylacium vindiciarum Gloriæ divinæ contra Dæmonolatriam modernam miſſus.

X. Oratio de præjudiciis introductoria ad Profeſſionem Logicæ.

XI. Oratio de Origine, antiqvitate & priſcis Logicæ cultoribus.

XII. Oratio de Theologia Homeri introductoria ad Græcæ Lingvæ Profeſſionem.

XIII. Oratio de verſione ſeptuaginta interpretum an textui Hebræo æquiparari debeat, introductoria ad Extraordin. Theologiæ Profeſſionem.

NB. *Johannes* Gartman / Wermelandus, Juris Profeſſor Upſalienſis, edidit Elogium poſthumum Illuſtr. Dn. Erici Gyllenſtierna / Regni Sueciæ Senatoris & Dicaſterii Aboenſis Præſidis. Holmiæ per Henricum Keyſer / Anno 1658. in 4. Conf. p. 340.

*Anonymus*, qui per voces Skogekär Berghe nomen ſuum voluit indicatum, ſcripſit querelam lingvæ Sueticæ de ſui contemptu jam bis Sueticis. Holmiæ per Henr. Keyſer / Anno 1658. in 4.

*Olaus Jomæ* Skoug / Geſtricius, Paſtor ad S. Jacobum Holmiæ.

I. Concio funebris in obitum Dn. Johannis Gyllenſtierna / L. Baronis in Lundholmen / &c. ex Job. XIX, 25. 26. 27. Holmiæ per Meurerum Anno 1658. in 4.

II. Alia in obitum Dn. Johannis Wijnblad / Regiæ Majeſtatis Secretarii ex Job. XIV, 5. ibid. Anno 1659. in 4.

NB. *M. Jonas Fornelius L. F.* Oſtrogothus, Math. Profeſ-

feſſor Upſalienſis & Paſtor in Fundbo/ſcripſit

I. Diſſertationem Uranographicam. Lugduni Batavorum ex typograph. Severini Matthiæ Anno 1659. in 4.

II. Epiſtolam ad Nobiliſſim. Nicolaum Heinſium, editam poſtea à Stanislao Lubienietski in theatro ejus Cometico Anno 1668.

III. Orationem panegyricam in ortum Principis Caroli XI.

IV. Aliam in ejusdem Imperium: utramque ligatam, ſed ineditam.

*Olaus Magni Arenius*, Wermelandus, Maalaxenſis Paſtor, ſcripſit

I. Catechetica ſermone Svetico, ſicut & quæ ſeqvuntur. edita Aboæ Anno 1659.

II. Commentarium in Paſſionem Domini noſtri JEſu Chriſti. Ibid. Anno 1655. in 4.

III. Evangeliorum Dominicalium explicationem. Ibid. Anno 1675. in 4.

IV. Quotidianam pœnitentiam. Holmiæ per Henr. Keyſer/Anno 1677. in 8.

V. Epiſtolarum Dominicalium explicationem, typis paratam.

*Johannes Pontinus*, Calmarienſis, Bibliothecarius Regius, poſt Commiſſarius in Ordinum Regni Banco. Ejus eſt

I. Diſſertatio adumbrans trium magnorum corporum, Solis, Terræ & Lunæ intervalla & magnitudines. Upſaliæ Anno 1659. in 4.

II. Oratio funebris in obitum Dn. Henrici Auſii Græcæ Ling. Profeſſoris Upſalienſis, ibid. eod. anno in fol.

# CAROLUS XI. MDCLX.

## Scripſerunt eo imperante

*Petrus Belingius*, Paſtor & Præpoſ. Enecopenſis
I De Fide Infantum diſputationem Theologicam Upſaliæ Anno 1660. in 4.
II. Diſputationem Synodalem de Trinitate in Articulum Smalcald. primum. Ibid. An. 1667. in 4.
*Johannes Laurentii* Kiälman/ Upſalienſis. Ejus eſt Oratio Panegyrica ad D. Joh. Elai Terſerum, Epiſcopum Aboenſem. Aboæ Anno 1660. in 4.
*Anonymus*, indicatur tamen iſtis literis S.A.C.N. edidit Litaniam piam Chriſtianorum cum precibus carminice, comprehendentem nomen Reginæ Hedwigis Eleonoræ, ſermone populari. Holmiæ per Meurerum Anno 1661. in fol.
NB. *Philippus Sticrnſkiöld*, L. Baro, De Præparamentis Politici, ad meliorem intellectum verborum Taciti de vita Agricolæ cap. 4. §. 3. & ſeq. Upſaliæ Anno 1661. in 4.
*Johannes Wanſonius*, Regiæ admiralitatis Concionator. Scripſit Adami veteris querelas, & contra novi hominis gaudia ex Sacris Literis expoſita, ſermone vernaculo edita Holmiæ per Henr. Keyſer/ Anno 1661. in 4.
*Laurentius Johannis Preutz*, Oſtrogothus, Paſtor in Perhöre/ Bothniæ Orientalis
I. Lütkemanni præguſtum bonitatis Divinæ vertit in ſermonem popularem ediditque Gothoburgi per Amundum Græfve Anno 1661. & iterum Anno 1676. in 8.

II. The

II. Thomam de Kempis de Imitatione Chriſti, vertit ſimiliter in Sveticum & edidit Holmiæ An. 1663. & iterum Gothoburgi An. 1675. in 12.

III. Conciones pœnitentiales anni 1659. IX. nimirum in diem 10. Junii, I. ex Deut. XXVIII, 47. ad 53. II. Pſalm. XLVI. toto, III. Zach. VIII, 14. ad 20. in diem 8. Julii. IV. ex Deut. XXX, 8. ad 16. V. Pſalm. XC, 1. ad 16. VI. Thren. III, 39. ad 42. In diem 5. Auguſti. VII. ex Deut. XXXII, 1. ad 8. VIII. Pſalm LXXX, 1. ad 14. IX. Malach. III, 13. ad fin. Gothoburgi An. 1660. in 4.

IV. Lauream ſenectutis ſive Concionem funebrem in obitum Annæ Petri, viduæ Dn. Canuti Henrici Paſtoris quondam in Perſöre / ex Luc. II, 25. ad 34. Holmiæ per Meurerum An. 1665. in 4.

V. Lætitiam juſtorum perpetuam, in obitum Margarethæ Canuti, conjugis Domini Jacobi Brenneri, Præp. & Paſtoris in Tröneby / ex Pſal. LXXIII. ult. ibid. Anno 1668. in 4.

*Samuel* Skunk / Uplandus, primum Græcæ Lingvæ, nunc Theologiæ Doctor & Profeſſor Upſalienſis. Ejus ſunt NB.

I. Diſſertatio politica gradualis exhibens Pacis Bellique artes ex occaſione verborum T. Livii II, 43. Upſaliæ Anno 1661. in 4.

II. Diſputatio Theologica de Fide in Chriſtum. ibid. Anno 1672. in 4.

III. Diſputatio Synodalis in Artic. Smalcaldicorum partis III. articulum II. de Lege Morali in genere ejusqve triplici uſu. ibid. Anno 1680. in 4.

*Andreas Grubb*, Bothnienſis, lingvarum Orienta- NB.

 lium

lium ordinar. & Theologiæ Extraord. Profeſſor Upſalienſis, ſcripſit

I. De Conſtantia naturæ Diſſertationem editam Upſaliæ Anno 1663. in 4.

II. De primis fundamentis felicitatis civilis. ibid. Anno 1664. in 4.

III. Diſput. Theologicam de ſcientia DEI. ibid. Anno 1669. in 4.

IV. De gratia Dei univerſali. ibid. An. 1671. in 4.

V. De Hæreſi. ibidem Anno 1674. in 4.

NB. *Johannes Olicquiſt*, Nobilis, Regius Cubicularius. Scripſit

I. Hiſtoriam Caroli Guſtavi Regis breviter delineatam, quam deinde parens ejus D. Johannes Matthiæ, Epiſcopus Stregnenſis, excudi fecit, præmiſſam Opuſculis ſuis Theologicis, Stregneſiæ Anno 1661. in 8.

II. Epiſtolam ad parentem de Continuando Studio Concordiæ Eccleſiaſticæ, ſcriptam quidem Anno 1658. ſed excuſam poſt Stregneſiæ cum Ramo Olivæ Septentrionalis tertio anno eod.

*Jacobus Wattrangius*, nunc Secretarius Regius, ſcripſit Luctum Domini Guſtavi Boſe/Regni Sueciæ Senatoris, ſuper obitum Dn. Mariæ Eleonoræ Banner, conjugis ſuæ. Holm. per Meur. A. 1661. fol.

*Olaus Figrelius*, Oſtrogothus, Med. Doctor, Medicus Fahlunenſis, dein Holmenſis.

I. De Sero ejusque vaſis. Upſaliæ An. 1661. in 4.

II. De Quartana Diſputationem inauguralem. Lugd. Batavorum An. 1663. in 4.

NB. *M. Petrus Laurbeckius*, Oſtrogothus, ProfeſſorMathema-

thematum & Poëſeos in Academia Aboenſi,ſcripſit

I. Orationem in obitum Caroli Guſtavi Regis. Anno 1660. in fol.

II. Diſſertationem tripartitam de circuli quadratura, & vero mundi Syſtemate, adverſus Lipsdorffii Compernicum Redivivum, Aboæ An. 1661.

III. Tractatum de Arte. ibid. An. 1662. in 4.

IV. Arithmeticam generalem, cum Iſagoge ſuccincta de Matheſi in genere, & pædia Mathematica. ibidem An. 1673.

V. Commentarium in Ariſtotelis poëticam. ibidem Anno 1674.

*Nicolaus Hyltenius*, Smalandus, Juris in Academia Londinenſi Scanorum Profeſſor. Edidit

I. Panegyricum memoriæ Caroli Guſtavi Regis conſecratum. Upſaliæ Anno 1661. in fol.

II. Solennia Carolinæ, cum imperium Carolus XI. Rex maximo ſubditorum gaudio adiret. Londini Scanorum per Vitrum Habetegger/A. 1673. fol.

III. Panegyricum CAROLO XI. Academiæ Carolinæ nomine, cum primum conditorem ſuum provincias regni perluſtrantem gratulabunda exciperet die 28. Auguſti An. 1673. per eundem in folio.

*Petrus Gangius*, Dalecarlus, ſcripſit

I. De Oraculo Delphico, diſſertationem Upſaliæ Anno 1662. in 4.

II. De Servo Natura. Aroſiæ An. 1668. in 8.

*Iſaacus Axelius*, Sereniſſ. Principi Johanni Adolpho à ſecretis. Edidit Ethicam ſeu artem virtutis, ſermone populari, quæ publicata eſt Holmiæ Anno 1662. in 8.

Guſta-

. *Guſtavus Caſimirus Garliep*, Gripsholmenſis, Doct. Medicinæ, Publicæ luci dedit Diſſertationem de viri ex lapſu lente deficientis caſu peculiari, Lugduni Batavorum apud Petrum Hackium Anno 1662.

*Anonymus* edidit Juſti Geſſenii Quæſtionum Catecheticarum verſionem in ſermonem vernaculum, Holmiæ per Meurerum Anno 1662. in 12.

*Petrus* Stråå/Sudermannus, Conſul Regius Civitatis Visbyenſis in Gothlandia. Publicavit Diſſertationem Juridicam de Præſcriptione immemoriali. Upſaliæ Anno 1662. in 4.

*Andreas Holmenius*, Stockholmenſis, urbis Holmenſis Senator.

I. De acquiſitione & alienatione rerum immobilium & ſoli. Holmiæ per Meurerum Anno 1662. in 4.

II. Libellus Politico-Juridicus de Tutelis, ibid. per eundem Anno 1663. in 8.

*Andreas Brodinus*, Dalekarlus, Lector Eloqventiæ in Gymnaſio Aroſienſi, poſt Paſtor in Jreſtad/ ſcripſit

I. Panegyricum Illuſtriſſ. Comiti, Magno Gabrieli de la Gardie, Regni Cancellario conſecratum. Upſaliæ Anno 1663. in fol.

II. Incendium Aroſienſe, ſeu Chriſtianam recordationem incendii Anno 1668. die 8. Sept. facti, quo maxima & præſtantiſſima pars urbis Aroſienſis eſt in cineres redacta. ſermone populari. Aroſiæ Anno 1670. in 8.

III. Horrum animarum, ſeu Hiſtoriam paſſionis Chriſti per conciones & preces exhibitam, verſam

ſam ex Germanico in Sveticum, ibid. An. 1671 in 8.

IV. Palmites Carolo XI. Imperium capeſſenti nomine Cleri Weſtmannici ſtratos. idiomate populari. ibid. Anno 1672. in fol.

*Torbernus Fegræus*, Weſtrogothus, Græcæ Lin- NB. gvæ Lector in Gymnaſio Scarenſi, poſt Paſt. & Præpoſit. in Mariæſtad. Edidit

I. Diſſertationem de lingva Novi Teſtamenti originali, Upſaliæ Anno 1663. in 8.

II. Conſolatorium ad fratrem Haquinum in obitu conjugis, Holmiæ per Wankiſium An. 1674.

III. Elogium Dn. Johannis Chriſtophori Nyloſienſis Epiſcopi Scarenſis oratione Ligata. Gothoburgi Anno 1674.

*Johannes Salonius*, Upſalienſis, Secretarius Tribunalis ſummi Holmenſis, & Nobilis, dictus *Ehrenhielm*, ſcripſit juvenis de jure venationis & aucupii Diſſertationem, Upſaliæ Anno 1663. in 4.

*Johannes Columbus*, Weſmannus, Profeſſor Poë- NB. ſeos in Academia Upſalienſi. Edidit

I. Laudem oleæ oratione metrica, Upſaliæ Anno 1664. in 4.

II. Περὶ χρηματιστικῆς, ſive de arte quærendi rem familiarem ex Ariſt. Polit. I. cap. 8. & 9. ibidem Anno 1658. in 4.

III. Carmina varia, diverſis temporibus publicata.

IV. Incerti Scriptoris Græci fabulas aliqvot Homericas de Ulyxis erroribus, Ethice explicatas cum verſione & notis. Holmiæ per Joh. Georg Eberdt A. 1678. in 8. Habet nec dũ edita, parata tamẽ prælo.

V. Diſſertationem de Poëtis & Arte Poëtica.

VI. O-

Digitized by Google

VI. Orationem de harmonia mundi metricam.

VII. Orationem de Paſſione Chriſti, ſermone pariter ligato.

VIII. Orationem de Origene Poëſeos, ſimili ſermone.

IX. Orationem in obitum Illuſtriſſimæ Comit. Ebbæ Brahæ, ejusque Nepotis Illuſtriſſ. Comit. Ludovici Ponti de la Gardie.

X. Orationem gratulatoriam in Coronatione Regis Caroli XI. ſimiliter ſermone ligato.

XI. Orationem de Pace nuper inter Sueonas & Danos inita, carmine item Heroico.

XII. In Valerium Flaccum editurus eſt Notas, uti & alia quædam, ſi DEUS volet, opuſcula, quæ nunc ultimam deſiderant manum.

NB. *Urbanus* Hiärne/Ingermannus, Med. Doct. Collegii generalis Metallici Aſſeſſor, & inclitæ Regiæ Societatis Anglicanæ membrum. Ejus ſunt

I. Delineatio mortis in obitum Pauli Reppleri, carmine heroico Suetico. Upſaliæ An. 1664. in fol.

II. De Obſtructione lacteorum vaſorum & glandularum meſenterii cum obſervatione annexa oppido rara & iconibus propria ipſius manu æri inciſis. Diſputatio Inauguralis. Andegavi An. 1670. in 4.

III. Tractatus de Acidulis Medevienſibus, nuper in Oſtrogothia repertis, ſermone populari. Holmiæ per Wankiſium Anno 1679. in 12.

Sub manu præterea ſunt hæc ſeqventia, quorum pars jam prælo parata eſt.

IV. Idem Tractatus de Acidulis Medevienſibus auctior cum hiſtoria curatorum ibidem à morbis deſperatis.

V. De

Digitized by Google

V. De Acidulis & thermis in genere tractatus, in quo earum natura & virtutes explicantur, eadem occaſione enumerantur elementa Phyſico-chymica, lapides, metalla & præcipua mineralia reliqua. Sveticè.

VI. Idem tractatus in compendium redactus, idiomate Latino.

VII. Obſervationes variæ Medico-Phyſicæ Naturæ Curioſis exteris communicandæ.

VIII. Diſquiſitio Medico-Phyſica de calculo renum & veſicæ. Item de Podagra tam fixa quam arthritica. Lingva Suetica ſicut ſeqq.

IX. Pharmacia libera Medicinæ cultoribus reſtituta.

X. Curſus Chymicus quadripartitus in gratiam aliquot amicorum Philo-Chymicorum.

XI. Poëmata Svetica tribus libris comprehenſa, quorum primus inſcribitur Flamma Juvenilis. *II.* Sylva Poëtica. III. Stratonica.

*Andreas Wallenius*, Paſtor in Mora Dalecarlorum.

I. Carmen in honorem Dalekarliæ, Guſtavi Primi & Succeſſorum, cum recenſione Miniſtrorum Eccleſiæ Morenſis per annos ducentos ſexaginta. verſibus heroicis, Holmiæ per Meurerum Anno 1664. in fol.

II. Tubæ triumphalis echo, carmine elegiaco ob Caroli Regis natalem ſextum, & reſtitutam pacem. ibid. per eundem non indicato tempore.

*Daniel Tilaceus*, Wermelandus, Commiſarius in Regio ductionis Collegio. Edidit

I. Commentationem adverſus quædam, quæ in Clavi Philoſophiæ Naturalis Johannis Tattinghofii

Digitized by Google

hoſii Belgæ Carteſiani continentur. Upſaliæ Anno 1664. in 8.

II. Orationem funebrem in obitum Generoſ. Dn. Annæ Ståhlarn/ Illuſtriſſimi Senatoris Dn. Claudii Rhålamb Conjugis. Holmiæ per Hanſchenium Anno 1666. in 4.

*Haraldus Strömfeldt*, Nobilis, ſcripſit Rempublicam felicem & diuturnam, ſeu diſſertationem in verba Saluſtii capite IX. Belli Catilinarii, Upſaliæ Anno 1664. in 4.

NB. *Georgius Berelius*, Oelandus, in Academia Upſalienſi Logices Ordinarius, & Theologiæ Extraordinarius Profeſſor. Edidit

I. Diſſertationem de Amplificanda Republica, Upſaliæ Anno 1664. in 4.

II. Diſputationem de Indulgentiis Papalibus. Ibidem Anno 1673. in 8.

III. De Pnevmatica ſcriptum habuit ſub manibus, ſed interceptus morte abſolvere id non potuit.

*Guſtavus* Låhrman/Upſalienſis, Medicinæ Doctor, & Regius Medicus, ſcripſit

I. De Horti cultura libellum, publicatum Upſaliæ Anno 1664. in 4.

II. De Hydrocephalo diſputationem gradualem. Lugd. Batavor. Anno 1667. in 4.

*Benedictus Guſtavus Carlſtröm*, Wermelandus, Secretarius Cameræ Regiæ ac deinde Nobilis, *Tigerhielm* vocatus. Edidit juvenis

I. Orationem funebrem in obitum Dn. Axelii Axelſonii, Baronis in Hiää/ Holmiæ typis Meurerianis Anno 1664. in fol.

II. Dis-

II. Diſſertationem de recta in optima republica educatione. Helmeſtadii per Jacobum Müller/ Anno 1665. in 4.

*Carolus Carlſon*, Calmarienſis, Theol. Licentiatus, Concionator primum aulæ Regiæ, dein Paſtor Holmenſium ad S. Mariam, nunc ibidem primarius ad S. Nicolai.

I. De Ortu & Studiis Imperii Othomannici diſſertatio. Upſaliæ Anno 1664 in 4.

II. Concio funebris in obitum Melchioris von Falckenberg / Cameræ Regiæ Conſiliarii ex Eſa. LVII, 2. Holmiæ per Henr. Keyſer/ An. 1676. in 4.

III. Alia in obitum Saræ Simon, conjugis Johannis Brenß / Senatoris urbis Holmenſis, ex Luc. I, 38. ibid. Anno eod. in 4.

IV. Alia in obitum Sigridis Ruth/filiæ Bartholdi Ruth / Aſſeſſoris in Collegio Cameræ Reviſionis, ex Cant. III, 4. Ibid. per eundem Anno 1677. in 4.

*Olaus Ungius*, Sudermannus, Facul. Juridicæ Adjunctus Upſalienſis, ſcripſit

I. Memoriam Illuſtriſſimi Dn. Scheringi Roſenhane, Regni Senatoris, carmine Svetico, vitam ejus breviter referente. Holmiæ per Meurerum An. 1664.

II. Diſſertationem Juridicam de Teſtamentis, Upſaliæ Anno 1666. in 4.

III. Diſſertationem Juridicam aliam de Injuriis, ibidem Anno 1670. in 4.

IV. Querelam, ſive Dialogum animæ & corporis damnati, quem ajunt B. Bernhardum ex nocturna

Q viſione

viſione conſcripſiſſe, rythmis Sveticis, edidit Upſaliæ Anno 1668. in 12.

*Martinus Nyman*, Stockholmenſis, Protonotarius Regiæ Cancellariæ & Reviſionis. Edidit

I. Orationem de conſervanda lingvæ patriæ rectitudine ac ſinceritate, Upſaliæ Anno 1664. in fol.

II. Pſyches fabulam ex Apulejo, verſam in ſermonem Sveticum, ibid. Anno 1666. in 8.

*Guſtavus Gyllenſtierna*, L. Baro in Uhlaborg. Ejus eſt de Ortu Status Politici & norma politice vivendi Diſſertatio, Upſaliæ Anno 1665. in 4.

*Ericus Teet*, Nobilis, Judex territorialis per Medelpadiam. Scripſit de Senatu commentationem ad Salluſtii locum ex Epiſtola ſecunda ad Cæſarem de Republ. ordinanda, Upſaliæ Anno 1665. in 4.

NB. *M. Petrus Eriti Liung*, Sudermannus, Philoſophiæ Practicæ Profeſſor Upſalienſis. Edidit

I. Manipulum Ethicum, ſeu compendium Philoſophiæ moralis, Upſaliæ An. 1665. in 8.

II. Politicum quoque emiſſis aliquot Diſputationibus vulgare cœpit.

NB. *Chriſtophorus Laurentii Grubb*, Calmarienſis Civitatis Præſidens, à quo habemus

I. Penu Proverbiale, ſeu collectionem locupletem omnium proverbiorum Sveticorum, cum neceſſaria explicatione ſermone Svetico. Lincopiæ An. 1665. & iterata editione Holmiæ per Wankifium Anno 1677. in 8.

II. Breviarium Guſtavianum, ſeu compendium Hiſtoriæ Guſtavi Primi à Georgio Tegel concinnatæ.

Digitized by Google

natæ. Sermone Svetico, Lincopiæ Anno 1671. in 4.

III. Prænomina Sveo-Gothica ſerie alphabeti, notatis eis, quæ ex Germanicis, Danicis, Finnonicis, Anglicis, Scoticis, &c. orta videntur. Lincopiæ Anno 1675. in 8.

*Haquinus Fegraus*, Weſtrogothus, Juris Prof. Upſal. nunc Aſſeſſor Collegii Nautici, & Nobilis dictus *Fegerſtierna*, ſcripſit

I. De Injuriæ vindicandæ triplici fine, exercitationem Juridicam, Gieſſæ Haſſorum per Fridericum Karger Anno 1665. in 4.

II. De Præſcriptione immemoriali Exercitationem Juridicam. Holmiæ per Hantſchen. An. 1667. in 8.

III. Laudationem funebrem in obitum Illuſtr. Dn. Petri Sparre, Regni Sveciæ Senatoris, & ad aulam Cæſaream Legati. ibidem per Wankif. Anno 1670. in fol.

*Abrahamus B.* Heßlgreen / Dalius, in Ordinum Regni Banco Fiſci Advocatus de Pœnis Diſſertationem Juridicam edidit Upſaliæ Anno 1665. in 4.

*Olaus Sparman*, Uplandus, Verbi Divini in Eccleſiæ Ridderholmenſi Stockholmenſium Miniſter.

I. Exercitium Pſalmorum Davidis per partes IV. exercitationem pietatis, ſpeculum pietatis, artem precationum, ſacrificium laudationum, ſermone populari edidit Holmiæ per Meurer. An. 1665. in 12.

II. Exercitium Biblicum eadem methodo concinnatum, CAROLO XI. eod. anno oblatum & inſcriptum, lingva eadem. MſC.

*Petrus Andreæ Julinus*, Sudermannus, ejus eſt Ny-

Q 2 copiæ

Digitized by Google

copiæ flos atque cinis, ſive oratio querula in admirandam fortunæ varietatem, quam Nycopia ſubiit, dum in medio flore conſtituta, die 1. Julii An. 1665. in cineres redigeretur. Upſaliæ Anno 1666. in fol.

NB. *Carolus Lundius*, Calmarienſis, Juris Profeſſor Upſalienſis, & Vice Legifer per Uplandiam. Scripſit

I. Diſſertationem Juridicam de Actionibus ſuo modo imperfectis. Upſaliæ Anno 1666. in 4.

II. Hiſtoriam Juris Sveo-Gothici cum collatione Legum Sveo-Gothicarum & Atticarum, paratam nunc prælo cum ſequentibus.

III. Hiſtoriam Juris Romani, Civilis & Canonici.

IV. De Clavibus octo Prudentiæ Juris Sveo-Gothici.

V. De Concurſu Creditorum, & Privilegiis eorundem.

NB. *Uno Johannis Terſerus*, Veſmannus, LL. Orientalium Profeſſor Upſalienſis. Ejus reperiuntur

I. De Nuptiis ſecundis Diſputatio in legem I. Charondæ ex Diod. Sicul. Biblioth. hiſt. XII. 12. Upſaliæ Anno 1666. in 8.

II. Quæſtio pragmatica Animum elatum cum abjecto ex occaſione verborum Ariſtot. Nicom. IV. 3. contendens. Ibid. Anno 1668. in 8.

III. Diſſertatio Philologica de Teraphim. ibid. Anno 1674. in 4.

IV. De DIs gentilium, quorum mentio in ſacro Codice commentationes plures habuit ſub manibus, ſed mors intercepit.

*Johannes Luth*, Sudermannus, Paſtor & Præpoſitus Nycopenſis, ſcripſit de bonis operibus tractatum,

Digitized by Google

tum, publicatum Stregneſiæ An.1666.Conf. p.340.

*Bartholomaus Johannis Lacman*, Lector Eloquentiæ in Gymnaſio Wiburgenſi. Ejus reperio Orationem gratulatoriam ad Illuſtr. Dn. Conradum Gyldenſtierna Baronem, cum factus Toparcha provinciæ Carelıæ exciperetur in Regio Gymnaſio ibidem. Holmiæ per Hantſcheniun An 1667. fol. NB.

*Gideon* Råhlamb / Nobilis, ſcripſit Togam & Sagum, ſive Diſſertationem de ſcientiis & artibus, per quas ad exemplum Catonis datum, fortunam ſibi ipſi facere. Upſaliæ Anno 1667. in 4.

*Ericus Johannis Phœnix*, Oſtrogothus, Lector in Gymnaſio Lincopenſi. Publicavit Agricolam Ducem, ſeu exemplum illuſtre pace belloque imitandum Duci, occaſione verborum Taciti invita Agricolæ cap XLI § 3. Helmeſtadii Anno 1667. in 4. NB.

*Laurentius Ingevaldi Elingius*, Dalecarlus. Edidit NB.

I. Orationem de Nundinis Sveo-Gothorum, & emendi vendendique veteri ratione. Upſaliæ Anno 1667. in fol.

II. Gratulationem in reditum ex peregrinatione Illuſtriſſ. Dn. Caroli Oxenſtierna, Comitis Moreæ Auſtralis, &c Upſaliæ An. 1678. in fol.

III. Meditationem in acerbiſſimam Salvatoris paſſionem Græcis verſibus compoſitam, habitam Upſaliæ Anno 1670. ſed ineditam.

IV. Epigrammata Græca variis vulgata occaſionibus.

*Olaus Stephani Graan*, verbi Divini Comminiſter & Pædagogus Scholæ Lapponicæ Lychſelenſis. Edidit NB.



Digitized by Google

I. Librum Alphabetarium, cum precibus & aliis jungi ſolitis, Lapponica lingva, cum interpretatione Svetica interlineari. Holmiæ per Hantſchenium Anno 1667. in 8.

II. Catechiſmum majorem B. Lutheri Svetice, & Lapponice, poſita è regione verſione. ibid. An. eodem in 8.

III. Quæſtiones & reſponſiones Catecheticas breviores Svetice ac Lapponice, dicto modo. ibid. Anno eod. in 8.

IV. Quæſtiones & reſpônſiones Catecheticas ex majori Catecheſi D. Paulini deſumtas, Sveticè & Lapponice, dicto modo. Ibid. Anno 1668. in 8.

V. Manuale minus, verſum in lingvam Lapponicam ibid. per Wankif. Anno 1669. in 8.

NB. *Johannes Gezelius, J.F.* Doctor & Profeſſor Theologiæ in Academia Aboënſi. Scripſit

I. Nomenclatorem Adami, ſeu Commentationem ad Geneſeos cap. II. v. 19. & 20. Aboæ Anno 1667. in 4.

II. De inſtinctu ſacrificandi in gentilibus Diſſertationem, Upſaliæ Anno 1670. in 8.

III. Jubilæum Antichriſti Romani ipſius exitium, ex Danielis XI, 45. Aboæ Anno 1675. in 4.

IV. De Defenſione Jehoſuæ contra Sathanam ex Zachariæ cap. III, 1. & 2. Diſſertationem. ibidem Anno 1676. in 4.

V. Martini Geieri Meditationes de Omnipræſentia Dei ex Germanicô verſas in Sveticum. ibid. Anno 1676. in 12.

VI. Schützii Memoriale Chriſtianum, pariter verſum

Digitized by Google

verſum & adjunctum ſcripto ſuperiori.

VII. Hodegeticum Concionatorium Carpzovii, cum Auctario. ibid. Anno 1679. in 8.

VIII. Notas in univerſa Biblia ſermone Svetico, una cum Parente, Epiſcopo Aboenſe, edere nunc parat. Conf. p. 341.

*M. Samuel Schult*, Weſmannus. Edidit

I. Cyclometriam veterum, Upſaliæ An. 1667. in 8.

II. Heliographiam, Lugduni Batavorum apud viduam Elzevirii Anno 1671. in 4.

III. Selenographiam. Upſaliæ Anno 16?2. in 4.

*Daniel Daalhemius*, Oſtrogothus, Med. Doctor & Regiæ Admiralitatis Medicus. Scripſit

I. De Syntaxi Diſſertationem Medicam. Upſaliæ Anno 1667. in 4.

II. Aliam de Epilepſia gradualem, Ultrajecti ex Officina Meinardi à Dreunen Anno 1670. in 4.

*Olaus Bromelius*, Nericius, Med. Doctor, Medicus Holmenſis.

I. De Pleuritide diſputatio Medica. Upſaliæ An. 1667. in 4.

II. De Lumbricis terreſtribus illorumque in Medicina proprietatibus atque recto uſu. Lugd. Batavorum apud viduam Elzevirii Anno 1667. in 4.

III. Catalogus minor rerum curioſarum tam naturalium quam artificialium, domeſticarum & exoticarum, cum Appendice, continente numiſmata Svetica, (cum ſuis inſcriptionibus) atque exotica, quæ in ſuo ſervat Muſæolo. Mſ. Sicut & ſeqq. quorum cum non paucis aliis ut ipſe affirmat editionem meditatur.



Digitized by Google

IV. Idem catalogus Latino-Svetico idiomate, cum rerum breviſſimis deſcriptionibus.

V. Index herbarum omnium indigenarum hactenus à Philobotanicis obſervatum cum ſuis Synonymis, obſervationibus &c. ſimiliter Latino-Sveticus.

*Nicolaus Svenonis Fahlman*, Cuprimontanus, de clariſſima Sveonum civitate Fahluna orationem ſcripſit, ediditque Upſaliæ Anno 1667. in fol.

*Nicolaus Matthiæ Kiöping*, Köpingenſis, optio navalis. Edidit Itinerarium ſeu deſcriptionem peregrinationis ſuæ per Regnum Japan, Indiam Orientalem & Chinam, ſermone Svetico, publicatum in Wiſingborg, per Johannem Kankel, Anno 1667. in 4.

*Olaus Erici Willman*, centurio navalis, Weſmannus. Edidit Itinerarium ſeu deſcriptionem peregrinationis ſuæ ex Moſchovia per Mongul & Catajam in Chinam publicatum ibidem & adnexum ſcripto ſuperiori.

*Carolus Gabriel* Bååt/Lib. Baro in Herrelunda/ per Uplandiam Satrapa. Ejus eſt Oratio, qua patribus civibusque Academ. Upſalienſis cum grata felicis ibi commorationis recordatione & pio pro Academiæ ſalute voto ad exteros iter ſuſcepturus valedixit Anno 1668. 15. Junii. Holmiæ typis Hantſchenianis. fol.

*Carolus Ekehielm*, Nobilis, ſcripſit Rotam fortunæ Romanæ, ex memorabili loco Salluſtii in Bello Catilinario cap. X. Upſaliæ Anno 1668. in 4.

NB. *Guſtavus Helmfeldt*, *Simonis F.* Nobilis Aſſeſſor tri-

tribunalis ſummi Wiſmarienſis. Ejus ſunt

I. Ratio Status Barbarorum, duabus Orationibus a. d. Cal. & prid. Id. Junias 1668. Lugduni habitis demonſtrata, edita apud hæredes Elzevirii. An. eod. in fol.

II. Diſputatio Politico-Juridica de Occupatione. Ibid. Anno 1669. in 4.

*Nicolaus Tunander*, Oſtrogothus, Theol. Profeſſor Aboenſis. Edidit NB.

I. Diſſertationem de certitudine ſalutis. Aboæ Anno 1668. in 4.

II. Tractatum Theologicum de Hæreſi in genere. ibid. Anno 1673. in 4.

III. Diſputationem de ſtatu exinanitionis Chriſti, ibid. Anno 1676. in 4.

IV. Concionem funebrem in obitum Erici Olai Arendatoris, ex Joh. XVII, 24. ibid. An. 1670. in 4.

*M. Julius Micrander*, Uplandus, Græcæ L. Profeſſor Upſalienſis. Ejus ſunt

I. De educatione liberorum diſſertatio Politica, Upſaliæ Anno 1668. in 4.

II. De Demagogis, occaſione cap. 4. L. IV. & 5. ac 6. LL. Polit. Ariſtot. ibidem An. 1674. in 4.

III. Epigrammata Græca variis edita occaſionibus.

*M. Matthias Steuchius*, Angermannus, Log. & Metaph. Profeſſ. Upſalienſis. Reperiuntur ejus

I. Πρῶτα κατὰ φύσιν, Prima naturæ, occaſione verbb. Ciceronis Off. l. 4. Upſaliæ An. 1668. in 4.

II. Δίκαιον πολιτικόν, Juſtum Politicum. Holmiæ literis Meurerianis Anno 1669. in 4.

*M. Olaus Nezelius*, Uplandus, Philoſ. Pract. Prof.

Upſalienſis publicavit diſſertationem de Philoſophis veterum. Upſaliæ Anno 1668. in 4.

*M. Johannes Vultejus*, Holmenſis, Paſtor Eccleſ. German. Gothoburgenſium, poſt Ridderholmenſis Stockholmenſium.

I. De ſuperſtitioſa divinatione diſſertatio. Holmiæ typis Meurerianis Anno 1668. in 4.

II. De prædeſtinatione concio ſacra, ex Matth. XXII, 4. lingva German. Gothoburgi A. 1670. in 4.

III. Solatium concionatorum & Doctorum eccleſiæ ingenuorum, concio funebris in obitum M. Nicolai Weſtermann / ex Eſai. XLIX, 3. 4. 5. eadem lingva. ibid. Anno 1670. in 4.

IV. Beatitudo Davidica ſeu fidelis animæ, in obitum Davidis Amia ex Pſalm CXVI, 7. 8. 9. ibid. Anno 1675. in 4.

V. De ſtatu Chriſtianorum in vita præſenti & futura, in obitum Tidemanni Grefwe / typographi Gothoburgenſis, ex Rom. VIII, 18. ſermone Svetico. ibid. Anno 1680. in 4.

*Johannes Rudbelius*, Sudermannus. Ejus eſt Orbis Imperiorum, in quo ejus ortus, incrementa, potentia, via ad ſummum, origo decreſcendi, cauſæ decrementorum, proximus ad interitum gradus, interitus (ubi & de Fato) cauſa dirigens juſta methodo explicantur. Upſaliæ Anno 1668. in 4.

*M. Johannes* Hofmann / Helſingius, Illuſtriſſ. Comiti Nicolao Bielke à concionibus ſacris, poſt Paſtor in Wäddö.

I. Diſſertatio qua ex veterum ſcriptorum teſtimoniis deductionis Coloniarum rationes & cauſæ brevi-

breviter demonſtrantur. Upſaliæ Anno 1668. in 4.

II. De utili & inutili largitionum diſſertatio gradualis. Ibid. Anno 1670. in 4.

*M. Johannes* Bohlm/ Paſtor Caſtrenſis, D. Caſparis Meliſandri librum de conjugio in Sveticum ſermonem tranſtulit, ediditque Stetini apud Johann. Valent. Rethe/ Anno 1658. in 8.

*Johannes Wilhelmus Stamm*, Holmenſis, publicavit

I. Panegyrin nuperæ fundationis Carolinæ in Scania Academiæ. Habita eſt in Academia Lipſienſi. Holmiæ apud viduam Hantſchenii Anno 1668.

II. Carmen gratulatorium in Coronatione Caroli XI. Regis Sveciæ, Holmiæ per Johan. Georg. Eberdt/ Anno 1675.

*Haquinus Spegel*, Scanus, Concionator Aulæ Regiæ Primarius, Præpoſitus Caſtrenſis, nunc Superintendens Gothlandenſis. NB.

I. De virtute Heroica Diſſertatio. Lundini Scanorum Anno 1669. in 4.

II. Succincta Maris deſcriptio, ibid. An. eod in 4.

III. Concio ſacra de providentia divina in funere Wilhelmi Douglas, ex Eccleſiaſt. III, 11. Holmiæ per Wankif. Anno 1674. in 4.

IV. Raphael verus, ſeu de fida DEI dextera cum peregrinante expoſita in concione ſacra habita in funere Nobiliſſ. Dn. Joh. Sparfeldt/ ex Pſalm. LXXIII, 23. 24. Ibid. Anno 1675. in 4.

V. Decerptum folium oleæ, ſeu meditationem de pace propoſitam in concione ſacra, habita in feſto omnium Sanctorum; ex Matth. V, 1. ad 13. ibid. Anno eod. in 4.

VI.

VI. Turtur DEI, h. e. Cor viduarum ingenuum, in obitum Illuſtriſſ. Dn. Petri Sparre/Regni Senatoris, ex 1. Tim. V, 5. ibid. Anno eodem in 4.

*Laſſe Johanſſon* vulgo *Lucidor de Olycklige*, Oſtrogothus, ut in omnibus fere ſcientiis artibusque, ſic Poëſi quoque & præſertim Suecana non infeliciter verſatus, variis conſcripta temporibus edidit Holmiæ

I. Epithalamia.

II. Epicedia.

III. Odas argumenti quoque diverſi ſcripſit.

NB. *Thomas* Lährman / Upſalienſis, nunc in patria Conſul ſcripſit Specimen Collationis Juris Suetici & Romani in materia ſucceſsionum ab inteſtato. Jenæ literis Wertherianis Anno 1669 in 4.

NB. *Iſaacus Hedræus*, Weſmannus, edidit de jure Regio Svecorum diſſertationem. Jenæ An. 1669. in 4.

*Johannes Claudii Riſing*, Præfectus munimenti Svetici in India Occidentali. Scripſit redux in patriam

I. Excerpta quædam de exercenda mercatura ſeu commerciorum propagatione, ex majore hujus argumenti opere, edita Holmiæ ſermone populari per Wankif. Anno 1669. in 4.

II. De cultu agrorum, omnique re ruſtica, eodem ſermone. Aroſiæ per Hagenium Anno 1671. in 4.

*Abrahamus Sundius*, Rector Scholæ Nycopenſis. Edidit Orationem de Conjugio & Cœlibatu, adverſus dogmata Jul. Cæſaris Coturii, Societatis Jeſu Theologi, habitam Stregneſiæ Anno 1669. Holmiæ per Wankif, eodem anno in fol.

Johan-

Digitized by Google

*Johannes Sylvius*, Nobilis, & Translator Regius. NB.
Edidit

I. Philippi Nicolai Hiſtoriam Regni CHRISTI, verſam in ſermonem Sueticum. Holmiæ per Wankifium Anno 1669. in 8.

II. Meditationes Gerhardi verſas ſimiliter in ſermonem popularem. per eundem Anno 1670. in 12.

III. Philippum Mornæum de certitudine Religionis Chriſtianæ, verſum. ibidem Anno 1674. in 4.

IV. Hiſtoriam Sleidani, verſam pariter in ſermonem Sueticum. per eundem Anno 1675. in fol.

V. Erici Olai Hiſtoriam Sueo-Gothicam, verſam in Sueticum. per eundem Anno 1678. in 4.

VI. Q. Curtius Rufus, verſus ab eodem, nunc ſub præło eſt apud eundem.

*M. Olaus Roſendalius*, Sudermannus, Græcæ L. Lector Stregnenſis, nunc Nicopenſium ad Orientem Paſt. & Præpoſ.

I. Somnium Darianum occaſione verbb. Q. Curtii Rufi III. 3. 2. ſtrictim adumbratum. Upſaliæ Anno 1669.

II. Diſſertatio de Fato. Holmiæ per Wankiſium Anno 1672. in 4.

III. Diſputatio Synodalis ex Articulo lib. Concordiæ V. de Lege & Evangelio. Stregnesiæ Anno 1679. in 4.

*Laurentius Svanbals*, Oſtrogothus, Legationis ad aulam Polonicam Secretarius. Ejus eſt de Jure Hoſpitii Diſſertatio Juridica. Upſaliæ Anno 1669.

*Jacobus Arrhenius*, Oſtrogothus, Academiæ Upſalienſis Secretarius & Philoſophiæ Adjunctus, nunc NB.

Quæ-

Quæſtor. Ejus eſt libellus, qui inſcribitur Patria & ejus amor ex Cicer. de Leg. libr. II. Upſaliæ Anno 1670. in 4.

*Petrus Nicolai Raam*, de Diviſione agrorum ſecundum oras & ortuga Svecorum. Tum de perticis Geometricis, & Lapidibus limitaneis agrorum, Sermone Svetico. Stregneſiæ apud Zachariam Brokenium Anno 1670. in 8.

*Catharina Gyllengrÿp in Steenſnas*, Nobilis edidit Martini Hylleri auream theſauri ciſtam, ſeu centum quinquaginta Meditationes in Paſſionem Chriſti, verſas in ſermonem popularem & excuſas Holmiæ per Nicolaum Wankif. Anno 1670.

*Elias Til-landz*, Smolandus, Med. Doct. & Prof. Aboënſis. Ejus eſt de Atrophia Diſputatio, Lugd. Batavor. Anno 1670. in 4.

*Daniel Crvnſtröm*, Nobilis. Edidit Orationem de Cretæ ſive Candiæ nupera expugnatione, Upſaliæ Anno 1670. in 4.

*M. Sueno* Tiernſteen/Helſingus, Militiæ Præpoſitus ac in Bunkeflod & Hyllje Paſtor. Ejus eſt de Exiſtentia DEI contra Atheos Diſſertatio Philoſophica gradualis. Londini Scanorum Anno 1670. in 4.

*Andreas* Brun/Vplandus, Theol. Doct. & Paſtor Orebrogienſis. Dedit is in lucem de Unctione Meſſiæ, JEſu, Domini noſtri, ex Pſalm. XLV, 8. Diſputationem Theologicam Inauguralem. Argentorati Anno 1670. in 4.

*Ericus Aurivillius*, Gevalienſis, Licentiatus Juris & Profeſſor Juris Extraordinarius Upſal. Scripſit

I. Diſ-

I. Diſſertationem de Jactu & naufragio, Upſaliæ Anno 1670. in 4.

II. Diſſertationem de Actionibus Bonæ fidei & ſtricti Juris. ibidem An. 1674.

III. Orationem funebrem in obitum Illuſtriſſ. Dn. Simonis Grundel/ Helmfeldts, Senatoris Regni & Campi-Mareſchalli, editam Holmiæ per Nicolaum Wankif. Anno 1678. in fol.

IV. Specimen commentationis in titulum Legum Provincialium de Succeſſione ab inteſtato. Mſ. Sed prælo paratum.

V. Præcepta Grammaticæ Sueticæ. Mſ.

VI. Specimen Conciliationis legum quarundam ἐναντιοφανῶν juris patrii. Mſ.

VII. Epigrammata Græca variis edita occaſionibus.

*Claudius Arrhenius*, Oſtrogothus, primum Log. NB. & Metaph. nunc Hiſtoriarum in Academia Upſalienſi Profeſſor & Regius Hiſtoriographus. Edidit

I. Pyrrhi Ligorii Excerpta de Vehiculis veterum, verſa ex Italico in ſermonem Latinum. Francofurti ad Mœnum per Joh. Zunnerum Anno 1671. ſubjuncta libris Joh. Schefferi de Re Vehiculari.

II. Diſſertationum Academ. ἐγδόαδα pro regiis in Academ. Upſal. alumnis ad hiſtoriam Q. Curtii Rufi, Upſaliæ Anno 1671. in 4.

III. Muſarum Vpſalienſium pietatem in Carolum XI. Regem Sueciæ, cum poſt conſcenſum paternum avitumqve ſolium, prima vice ſuam inviſeret Vpſaliam. ibid. 1673. in fol.

IV. S. Anſcharii vitam geminam, unam à S. Rem-

Digitized by Google

Remberto, alteram à Gualdone concinnatam, cum Rimberti verſione Svetica veteri, item Notis P Lambecci, Indiceque à ſe confecto, qui paſſim loco commentarii poteſt eſſe, ac Adelbardi genealogia. Holmiæ per Henricum Keyſer Anno 1677. in 4.

V. Memoriam Benedicti Apelröt/ Regii Amiralitatis Collegii Secretarii, Fratrisque Johannis Apelröt/in Regna adverſus hoſtes claſſe ſubcenturionis. Upſal. Anno 1679. in fol.

VI. Emanuelis Theſauri Comitis Itali Libros de Rebus Gothorum Longobardorumque in Italia, una cum Annotatis Abbatis Valeriani, & Verſione ſua duplici Latina & Svetica, itemque propriis quibusdam annotationibus. Cui operi adtexuit Vitam Caroli Magni per Eginhardum ejus Cancellarium ſcriptam, cum ſua in Gothicum ſermonem verſione & annotatis Beſſelii. Parata hæc habet prælo cum ſeqq.

VII. Bullarium Romano Sveo-Gothicum, ſeu Codicem bullarum aut literarum, quas Pontifices Romani quibuscunque de cauſis miſerunt in Sveciam.

VIII. Hiſtoriam Eccleſiaſticam.

IX. Acta ſolennis Promotionis Magiſterialis, quæ per ipſum celebrabatur Upſaliæ d. 16. Dec. Anno 1679.

X. Hagiologicon Sveo-Gothicum, ſeu veteres vitas Sanctorum Sveciæ in unum volumen collectas.

XI. Hiſtoriam quorundam Monaſteriorum Sveciæ.

XII. Item Hiſtoriam Epiſcoporum & Sacerdotum

tum Sueciæ, Gothiæ ac Finlandiæ.

*Petrus Rosbemius*, Angermannus, Med. Doct. Illuſtriſſ. Regni Cancellarii Medicus. Ejus eſt Περὶ τῆς Διαπνοῆς, ſive de Tranſpiratione Diſputatio Inauguralis. Lugd. Batavorum Anno 1671. in 4.

*Ericus Holmdorphius*, Uplandus, Med. Candidatus, Medicus nauticus ſcripſit de Phlebotomia diſputationem Medicam. Upſaliæ Anno 1671. in 4.

*M. Jonas Arnelius*, Helſingus,

I. De Re Annonaria diſſertatio Politica. Vpſaliæ Anno 1671. in 8.

II. Exercitatio Politica de Duellis. Holmiæ per Wankif. Anno 1672. in 8.

*Ericus Omenius*, Weſtrogothus, Lector in Gymnaſio Scarenſi. Ejus ſunt

I. Diſputatio Juridica de Gradibus cognationum & affinibus eorumque nominibus. Upſaliæ Anno 1671. in 4.

II. Diſſertatio de Logica peculiaris, quod non ſit pars Ethicæ, contra M. Jacobum Wormium. Holmiæ per Wankifium Anno 1673. in 8.

*Eſchillus Fabricius*, Scholæ Braheæ Rector, Excerpta miraculorum, quæ contigerunt à temporibus Antonini Pii ad Rudolphum Imperatorem, collecta ex Hiſtoria Chriſtiani Matthiæ, & conſcripta Suetico ſermone publicavit in Wiſingsborg, Anno 1671. in 8.

*M. Olaus Reppierus*, Oelandus, Paſtor in Repplinge Oelandiæ

I. Diſſertatio de Oſtraciſmo. Upſaliæ Anno 1671. in 8.

R II. De

De Inſectis, ibid. Anno 1675. in 8.

*Haquinus Bohlin*, Angermannus, Lector in Gymnaſio Hernoſandenſi. Ejus eſt Τέχνη κατὰ βίον, ſive ars recte degendæ vitæ. Upſaliæ An. 1671. in 8.

*M. Simon Iſogæus*, Weſmannus, Illuſtr. Regni Archithalaſſo primum, nunc Legationi ad aulam Regis Galliæ à concionibus ſacris. Ejus eſt.

I. Studioſus miles oratione oſtenſus. Holmiæ per Wankiſ. Anno 1671. in fol.

II. Diſſertatio de Symbolis. Upſaliæ Anno 1672. in 4.

III. De abuſu Religionis civili Diſſertatio. ibid. Anno 1676. in 4.

*M. Petrus Laurentii Brommius*, Paſtor primum in Mosåås / Nericiæ, poſtea Epiſcopus Viburgenſis, edidit Concionem funebrem in obitum Margaretæ Chriſtinæ Ufſparre / conjugis Illuſtr. Dn. Conradi Gyllenſtierna / ex Geneſ. XXV, 22. Holmiæ per Meurer, anno 1671. 4.

NB. *Johannes Hadorphius*, Oſtrogothus, primum Acad. Upſalienſis, nunc Regii Archivi Secretarius & per Hanekindiam Oſtrogothiæ judex Territorialis.

I. Anonymum de vita Alexandri Magni, ryhtmis Sueticis conſcriptum publicavit, editum in Wiſingsborg Anno 1672. in 4.

II. Chronicon Rhytmicum duplex, minus & majus, Svetico ſermone ſcriptum, cum variis diplomatibus & inſtrumentis publicis ad id ſpectantibus & Indice. Holmiæ per Wankiſ. Anno 1674. & 1676. 4.

III. S. Olai Regis Norwagiæ Hiſtoriam, rythmis

mis Sueticis, cum quibusdam diplomatibus & inſtrumentis Jemptiam & Norwagiam ſpectantibus ibid. Anno 1675. in 8.

IV. Codicem Legum Dalicarum & Scanicarum ex antiquis ſimiliter codicibus exſcriptum. ibidem per Joh. Eberdt/ Anno 1677. in fol.

V. Corpus Juris collectum ex omnibus Receſſibus Regni, Statutis ac decretis ab Anno 1278. usque ad tempus præſens, prælo paratum.

VI. Practica legum, ſeu quæ ad praxin forenſem ex Receſſibus & Statutis Regni Sueciæ maxime ſpectant, uno opere collecta, atque ſecundum titulos & capita diſpoſita. Opus MſC. quod in plurium manibus jam verſatur.

VII. Epiſcoporum Lincopenſium & Scarenſium Chronica rhytmice ſcripta ex Mſſ. edenda.

VIII. De re monetaria Suecorum opus, cum figuris omnium nummorum ab Anundi Regis temporibus usque ad hæc præſentia, additis Statutis Regum, quæ de valore & uſu monetæ potuerunt reperiri.

IX. De Sepultura Sueo-Gothorum veterum cum inſcriptionibus ſepulchralibus & præcipuorum monumentorum figuris.

X. Monumenta & Lapides Runici, cum figuris certa menſura ad genuinos expreſſis addita interpretatione.

XI. Delineationes arcium aliqvarum, quarum mentio fit in priſcis Hiſtoriis, ſed pleraque nunc jacent deſtructa.

XII. Deſcriptio monumentorum & memorabi-



Digitized by Google

bilium omnium, quæ in itinere Regis Caroli XI. per provincias Regni Anno 1673. euntis occurrebant.

*M. Magnus Duræus*, Oſtrogothus, Paſtor in Quillinge/poſt ad S. Catharinam Holmiæ.

I. Concio funebris in obitum Dom. Chriſtinæ Mörner/ex Pſalm. CXVI, 7. 8. 9. Holmiæ per Meurerum Anno 1672. in 4.

II. In obitum Margarethæ Johannis, conjugis Antonii Wijkmans/ ex Eſa. LVII, 2. ibidem [illegible] Henr. Keyſer/ Anno 1676. in 4.

III. In obitum Joachimi Potter Lilienhoff/ Aſſeſſoris in Regio Commerciorum Collegio Generali, ex Pſalm. XXXI, 15. 16. ibidem per Joh. Georg. Eberdt/Anno eod. in 4.

*Henricus Schütz*, Stockholmenſis, Theologiæ Prof. Extraord. Vpſalienſis

I. De ſenſibus Diſputatio gradualis. Holmiæ typis Wankiſianis Anno 1672. in 8.

II. De Converſione diſputatio Theologica. Upſaliæ Anno 1680. in 8.

NB. *Andreas Stobæus*, Scanus, in Academia Carolina Profeſſor Poëſeos. Ejus eſt Panegyris ad Carolum XI. regni aviti imperium auſpicantem, carmine heroico. Holmiæ per Wankiſ. Anno 1672. in fol.

*Andreas Wollimbaus*, Upſalienſis. Scripſit

I. Triumphum felicitatis Sueoniæ ab ordinibus Regni præſentatum, cum Carolus XI. ad Imperium Sueo-Gothicum evectus eſſet carmine diverſi generis populari. Upſaliæ Anno 1672. in fol.

II. De Politica orbis Aſiatici conſervatione diſſerta-

ſertationem. ibid. Anno 1676. in 8.

*Sueno Tiliander*, Ingemari in Jonsboda filius. Edidit Compendioſam nuper ad inventam ſemitam, transmittentem in plenam convenientiæ & diſconvenientiæ generum in lingvis Suetica & Germanica cognitionem. Edita eſt primum Stadæ, quam editionem non vidi, deinde Aroſiæ per Boetium Hagen, Anno 1672. in 12.

*Johannes Vtterman* Medicinam domeſticam Iſraelis Ertmanni vertit in ſermonem vernaculum, & excudi fecit Holmiæ Anno 1672. in 8.

*M. Olaus Hiller*, Uplandus, Conſiſtorii Eccleſiaſt. Holmenſis Notarius & Vice-Paſtor ad S. Cathar. Ejus eſt de Præſtigiis dæmonum fraudibusque affinibus diſſertatio. Vpſaliæ Anno 1672. in 4.

*M. Nicolaus Nicolai Celſius*, Helſingus, ſcripſit de Luminarium efficacia in concitando mari diſſertationem gradualem. Vpſaliæ Anno 1672. in 8.

*M. Petrus Lagerlöf*, Wermelandus, NB.

I. De comparatione corporum cœleſtium ad tellurem. Vpſaliæ Anno 1672. in 8.

II. De fontium fluminumque origine diſſertatio. ibid. Anno 1675 in 8.

*M. Erlandus Tryſelius*, Vexionenſis, Paſtor in Sorunda/edidit

I. De vario ſepeliendi ritu diſſertationem. Holmiæ per Wankiſium Anno 1672. in 4.

II. Lineamenta gloriæ Suecanæ, ſeu Diſſertationem brevem de rebus à Suecis Gothisqve præclare geſtis. Wittebergæ Anno 1673. in 4.

*Bergerus Folcher*, Calmarienſis, Edidit de Philo-

R 3 ſophia

Digitized by Google

ſophia Libera diſſertationem, Upſaliæ Anno 1672. in 8.

II. De partium Philoſophiæ comparatione inter ſeſe, mutuaque præſtantia Diſſertationem. ibidem Anno 1676. in 8.

*Olaus Swanberg*, Angermannus, ſcripſit.

I. De Pronunciatione Linguæ Græcæ Diſſertationem, Upſaliæ Anno 1672. in 8.

II. Eidyllion in exequias Dn. Johannis Loccenii carmine Græco. Holmiæ per Johan. Georg. Eberdt/Anno 1678. in 4.

III. Epigrammata varia Græca, diverſis emiſſa occaſionibus.

*M. Magnus P. Comerus*, Wexionenſis. Edidit

I. Νομοθεσίαν Lycurgi. Holmiæ apud Johan. Eberdt/ Anno 1672.

II. De Oraculis diſſertationem. ibidem Anno 1674. in 4.

*M Johannes Robertzonius*, Junecopenſis de Feſtis Hebræorum Diſſertationem. Upſaliæ Anno 1672.

*Sueno Carlſtröm*, Wermelandus, edidit Diſſertationem de Thule veterum, quæ publicata eſt Holm. typis Nicolai Wankif. Anno 1673. in 8.

*Laurentius Wadenſteen*, Uplandus, Fac. Jurid. Adjunctus Upſalienſis, ſcripſit

I. Diſſertationem de Jure Militari ad leges Suecanas Romanasque accommodatam. Upſaliæ An. 1673. in 8.

II. De Juriſprudentiæ natura & JCti munere. Holmiæ per Henr. Keyſer/Anno 1679. in 4.

*Andreas Erici Nohr-Moræus*, Mohrenſium Paſtor, edidit

edidit Concionem ſacram de officio hominis Chriſtiani erga DEum & Regem, habitam die purificationis Mariæ, cum in templo Mohrenſium Carolus XI. Dalecarlos aditurus, ſummis ſubditorum ibidem gratulationibus & votis exciperetur, ſermone Suetico. Aroſiæ Anno 1673. in 4.

*M. Olaus Schroderus*, Upſalienſis, Eloq. Lector in Gymnaſio Gevalienſi. Ejus eſt Imperator cautus ſeu de Fortuna Belli reverenter habenda ad exemplum Alexandri Magni, ex Q. Curtii III, 8. 20. 21. Upſaliæ Anno 1673. in 4.

*Tobias Weſter Weſterwikius*, Oſtrogothus. Ejus NB.

I. Helvidius Priſcus ſeu civilis miniſterii Candidatus, ex Cornel. Taciti IV. Hiſtor. 5. Holmiæ literis Wankifianis Anno 1663. in 4.

II. De Rolfonis Gothorum Sueonumque Regis quondam fortiſſimi laudibus Oratio. Mſ.

*Helgo Lindh*, Stockholmenſis, Medic. Candidatus. Scripſit Diſſertationem Medicam de Apocriſeos Hippocraticæ ſeu ſeceſsionis natura ejusque curatione dogmatica. Holmiæ literis Wankifianis Anno 1673. in 8.

*Laurentius Normannus*, Recarlo-Jederenſis, Sudermannus, publicavit Carmen gratulatorium in opus incomparabile Hebraiſmi Reſtituti Matthiæ Waſmuthii, cum Epiſtola ad eundem. Holmiæ operis Joh. Georg. Eberdt/ Anno 1673. in 4. NB.

*Claudius* Rålamb/ Baro, Senator Regni & urbis arcisque regiæ Holmenſis Gubernator, nunc in ſummo Regni Gothici quod Junecopiæ eſt dicaſterio Præſidens, ſcripſit juvenis NB.



Digitized by Google

I. Obſervationes Juris practicas ſermone populari. Holmiæ per Wankiſium Anno 1674. in 4. & editione nova Anno 1679. per Henricum Keyſer, forma eadem.

II. Relationem Expeditionis ad Portam Ottomannicam, ad Carolum Guſtavum ab ipſo factam reduce Anno 1658, juncta reperitur editioni alteri Obſervationum.

MB. *Samuel Columbus*, Weſmannus. Edidit

I. Odas Sueticas plures cum notis Muſicalibus, Holmiæ per Joh. Georg. Eberdt/ Anno 1674. in 4.

II. Mundum Biblicum ſeu quid de creatione, lapſu, reſurrectione ac extremo judicio prodant ſacræ literæ, carmen Suetici ſermonis, ibidem Anno eod. in 4.

III. Rådrijf/ ſive Indicem virtutum, carmen Germanicum ad Illuſtriſſ. Dn. Andream Lilliehöf/ Regni Suæciæ ad Aulam Polonicum Legatum, cum nonnullis aliis Gallicis & Sueticis carminibus. Lipſiæ per Samuel Spörlen/Anno 1676. in 4.

IV. Mortis & amoris telorum permutationem, carmen Germanicum ad nuptias Dn. Marci Cronſtröm/Lipſiæ per Johan. Erici Hahn/ Stregnenſem Suecum, Anno eod. in 4.

V. Publicavit & alia complura eaque ſermone nunc vernaculo, nunc Græco, Latino, Gallico, aut Germanico, præſertim Epithalamia & Epicedia illuſtrium & magnorum hominum.

*Thomas* Hiärne/Ingermannus. Publicavit

I. Optimum Fortunæ theſaurum per Dialogum inter Thyrſin & Hieromanthen propoſitum. Carmine

mine populari. Anno 1674. in fol. ſed ſine loci mentione.

II. De la Serre Meditationes æternitatis verſas ex Gallico in ſermonem Sueticum. Holmiæ apud Henr. Keyſer/Anno 1677. in 12.

III. Chronicon Eſthonum Livonorumque, idiomate Germanico, opus poſthumum, quod jam ſub prælo eſt in Germania.

IV. Poëmata varia & odas ſermone vernaculo, quorum pars variis occaſionibus antehac edita eſt: reliqua ſuo tempore ſequentur.

*M. Chriſtophorus Aurivillius*, Gevalienſis, Theolog. Adjunctus Upſalienſis.

I. Oratio funebris in obitum Illuſtriſſ. Dn. Ludovici de la Gardie, Illuſtriſſ. Comitis Magni Gabrielis, Regni Cancellarii filii, Carmine heroico. Holmiæ per Wankifium Anno 1674. in 4.

II. De Fabulis Exercitatio Academica. ibid. per eundem Anno 1676. in 4.

III. Epigrammata præſertim Latina diverſis occaſionibus edita.

*Guſtavus Peringerus*, Stregneſienſis. Edidit NB.

I. Concionem laudibus ac Eulogiis nobiliorum in Orbe Eoo idiomatum dictam Vpſaliæ, & excuſam per Wankifium Holmiæ Anno 1674. in 4.

II. Diſſertationem Philologicam de Meſſia Judaico è Rabbinorum commentariis, brevi ſubinde epicriſi adjuncta. Holmiæ per eundem An. 1675.

*Rudolphus Clingel.* Scripſit de Duellis, ſermone Suetico. Excuſum eſt Holmiæ per Joh. Eberdt/An. 1674. in 8.



Digitized by Google

*Andreas A. Sundius*, Angermannus, Lector in Gymnaſio Hernoſand. Scripſit Syſtema mundi Democriteum, publicatum Holmiæ per Wank. A. 1674.

*M. Haraldus Vallerius*, Oſtrogothus, Phil. Adjunct. Upſalienſis. Scripſit

I. Diſſertationem de Sono. editam Holmiæ per Wankif. Anno 1674. in 4.

II. Diſſertationem de Vacuo. editam ibid. per Henr. Keyſer Anno 1678. in 4.

*Jonas Agræus*, Oſtrogothus. Scripſit de Sacerdotibus veterum Diſſertationem, publicatam Upſaliæ Anno 1674. in 4.

*Olaus Laurentii Bodinus*, Deſig. Paſt. & Præpoſ. in Weſterwijk/ poſt Vice-Paſtor Norcop. Vale Styreſtadenſe, ſeu verba valedictoria Dn. Johan. Rungii, Paſtoris in Styreſtada/ habita in exequiis dicti Rungii, die Aſcenſionis Chriſti An. 1674. ſermone vernaculo edidit Holmiæ per Eberdt/ in 4.

*Carolus Lind*, Chirurgus Comitis Petri Brahæi, Regni Sveciæ Drotzeri, ſcripſit Apothecam Domeſticam ſeu librum Medicamentorum, in quo ſimul agit de morborum cauſis & ſignis. Editus eſt in Wiſingzborg ſermone Svetico Anno 1675. in 8.

*Ericus Norenius*, Collega Scholæ Hedmor. Edidit Exercitium pietatis per cantiones ſacras de Paſſione Chriſti ex Germanico verſum in Sveticum. Aroſiæ Anno 1675.

*Andreas Petri* Kempe/ Weſtrogoth. Anatomia Abietis, h. e. breves & fundamentales rationes, quod omnes nationes hominibus acceſſæ, propria medicamenta & nutrimenta habeant. Sermone populari

Digitized by Google

lari. Hamburgi per Georg. Rebénlein An. 1675. in 12.

*Samuel Weſtius*, Sudermannus

I. Certamen Themidis & Veneris in Nuptias Jonæ Werwing/Secretarii Regii, carmine Svetico. Holmiæ Anno 1675.

II. De nimia & deteſtanda modernarum fœmellarum libertate, in nuptiis Urbani Hiärne/Med. Doct. Carmen Sveticum. Holmiæ per Eberdtum Anno 1676. in 4.

III. De Sveticæ Nobilitatis origine & progreſſu. Carmen itidem populare. ibidem per Wankiſium Anno 1677. in 4.

IV. Conſiſtorii Jenenſis liber Communionis ex Germanico verſus in ſermonem vernaculum. Holmiæ edidit Henr. Keyſer/ Anno 1677. ad calcem libri Pſalmorum.

*Jacobus Boetius*, Weſmannus. Scripſit de Sale Hoſpitali Diſſertationem, publicatam Upſaliæ Anno 1675. in 8.

*Johannes Pauli Rudbekius*, Iter in Scandinaviam ad Regni Regumque priſcorum Sveo-Gothicorum inſtituta quædam & mores cognoſcendos inſtitutum. Upſaliæ Anno 1675. in 4.

*Laurentius Laur Stigzelius*, poſt Nobilis, *Lilliemark* vocatus, publicavit Diſſertationem de Jure Naturæ, ejusque fundamento. Holmiæ typis Wankiſianis Anno 1676. in 8.

*M. Olaus Palm*, Nericienſis, Philoſ. Adjunct. Upſalienſ. Meditatio de mutatione, quæ noſtris temporibus & poſtmodum ad finem usque ſeculi eveniet ſermone Svetico. Zahlburgi Anno 1676. in 8.

M. Be-

Digitized by Google

*M. Benedictus Hamarinus*, Gevalienſis, Scholæ trivialis Upſaliæ Rector. Scripſit

I. Septem tabulas Grammaticæ Latinæ Gerhardi Joh. Voſſii Grammaticæ præmittendas. Excuſæ ſunt Vpſaliæ per Henricum Curio, Anno 1676.

II. Luſtrum Caroli XI. Fortitudini, Pietati, Clementiæ debitum oratione metrica d. 14. Decembr. Anno 1679. celebratum. Vpſaliæ editum in fol.

*M. Nicolaus Dwan*, Weſmannus. Scripſit Diſſertationem de Ominibus, quam excudi fecit Holmiæ per Wankif. Anno 1676. in 8.

*M. Ericus Petri* Ljung/ Sudermannus, de Origine Gentium novi Orbis prima diſſertationem edidit. Stregneſii Anno 1676. in 8.

NB. *Nicolaus Wolff*, Weſmannus, in Academia Carolina Scaniæ Profeſſor, Scripſit ad Carolum XI. Regem poſt cruentam pugnam in campis Lundenſibus & victoriam, ad clamatiunculam carmine elegiaco. Item Inſcriptionem Cippi Kiöflingenſis. Edita ſunt Londini Scanorum Anno 1676. in fol.

*Olaus Silneker*, Nericienſis, Academiæ Carolinæ Secretarius, Carmen gratulatorium in victoriam Caroli XI. ad Lundas Scaniæ. Edidit Londis Scanorum Anno 1676. in fol.

*Laurentius N. Malmenius*, Sudermannus, Mathematicus & Commiſſarius Regius,

I. Anni 1676. Ephemerides ſeu Calendarium majus ut vocant patrio ſermone. Holmiæ per Nic. Wankif. in 4.

II. In Annum 1678. Calendarium minus in 16. ibidem.

III. Geo-

Digitized by Google

III. Geometriam Planorum & Solidorum Practicam, cum Planimetria, Stereometria, Trigonometria Planorum & de uſu Inſtrumentorum Geodericorum, præſertim quadrantis Geometrici, idiomate patrio. Editioni parata.

*Laurentius Springer*, Speculum artificioſum bene moriendi per Dialogum inter ægrotum & tentatorem diabolum, &c. Germanicè ab Ivone Barſchampen/ Anno 1561. conſcriptum, verſione populari donavit. Aroſiæ Anno 1676. in 12.

*M. Abrahamus Valingius*, Sudermannus, Paſtor Nycopenſium

I. Concionem ſacram in funere Perilluſtr. Dn. Ingeborg Banner/ Illuſtriſſ. Senatoris Dn. Benedicti Horn conjugis ex Pſalm. LXXI, 20. edidit Holmiæ per Wankif. Anno 1676.

II. Aliam in funere Dn. Johannis Durell ex Apoc. III, 10. 11. Ibid. Anno 1678. in 4.

III. In funere Dn. Henrici von Ziegrot/ ex 2. Sam. III, 33. 34. Ibid. Anno 1679. in 4.

IV. In funere Illuſtr. Dn. Erici Sparre/ Satrapæ per Sudermanniam ex Pſalm. XV, 1. 2. 3. Ibid. Anno eodem in 4.

*Petrus Samuelis Braſſk*, Oſtrogothus. Transtulit is in ſermonem popularem

I. De la Serre Meditationes æternitatis Holmiæ per Wankiff Anno 1677. in 12.

II. Johannis Olearii Chriſtianum Abſolutionis librum pro iis, qui ſacram adire cœnam cum fructu deſiderant. Ibid. 1679. in 12.

III, Introductionem ad hiſtorias Regnorum per Euro-

Europam hodie florentiſſimorum ex Germanico Samuelis Pufendorfii. Holmiæ per Henr. Keyſer/ Anno 1680. in 4.

IV. De la Serre Meditationes Mortis typis jam paratas.

*M. Erlandus* Broman/Superintend. Carlſtadienſis, habetur ejus concio funebris in obitum Johannis Bergeri, Conſulis Carlſtad. ex Eſai. LVII, 1. 2. edita eſt Gothoburgi Anno 1677. in 4. Gonf. p. 343.

*Laurentius Danielis Törning*, Weſtrogoth Lector in Gymnaſio Gothoburgenſi, edidit Veterum ac novorum proverbiorum Sveo-Gothicorum Auctariũ ad manuductionem Chriſtophori L. Gruppii Præſidentis Calmarienſis, Svetice, Latine & Germanice adornatum. Holmiæ per Wankif. Anno 1677. in 8.

*Axelius* Flemming/L. Baro de Lais. Scripſit Diſſertationem politicam de Clarigationibus Bellicis. Edita eſt Holmiæ per Wankif. Anno 1677. in 4.

*Magnus Hungwidius*, Speculũ peccatoris, ſeu de vanitate mundi meditationes ſeptem ex ſcriptis Hier. Savanarolæ excerptas, in ſermonem popularẽ vertit. Holmiæ excudit Joh. G. Eberd / An. 1677. in 8.

*Petrus* Dijkman / Weſmannus, ſcripſit

I. Antiquitates Eccleſiaſticas Sveo-Gothorum ſermone populari, à tempore paganiſmi, ad ætatem usque Guſtavi I. collectas. liber A. 1678. abſolutus eſt.

II. Obſervationes quasdam in rem monetariam veterum Sveo-Gothorum eadem lingva. Mſ. quemadmodum & ſuperius.

NB. *Nicolaus Daalbemius*, Oſtrogothus, edidit de morte & nece voluntaria Centonem. Holmiæ typis Henrici Keyſer An. 167?. in 4. *Olaus*

Digitized by Google

*Olaus Erici Odbelius*, Upſalienſis. Publicavit NB.

I. De Sibyllis Diſſertationem, Aroſiæ per B. Hagen Anno 1678. in 4.

II. Orationem parentalem in obitum Margaretæ Keniciæ. viduæ Dn. Olai Laurelii, Epiſcopi Aroſienſis, ibid. Anno 1679. in 4.

*Engelberus Otto*, Lapponia-Svecus, Capitaneus.

I. Mechanica Theoretico-Practica, item Tractatus de Perpetuo Mobili Mechanico, cum figuris & demonſtrationibus. Mſ. Sveticum, ſicut & ſeqq.

II. Perſpectiva Organica, cum figuris.

III. Gnomonica & de Calendario Mechanico perpetuo analemmate univerſali portatili, aliisque inſtrumentis gnomonicis iter facientibus neceſſariis cum figuris.

IV. Arithmetica Mechanica linearis ſimiliter cum figuris.

*Ericus Wennaſius*, Gevalienſis, ſcripſit

I. Centuriam brevium carminum Sveticorum, qualia voce Italicâ Sonettos appellare ſolent. Horum partem variis ante hac occaſionibus edidit, partem ad amicos miſit, tempore opportuniore publicandum.

II. Laudes, patriæ ſuæ Geſtriciæ verſu Svetico.

III. In loquacitatem, carmen ejusdem ſermonis prolixum.

*Andreas Appelbom*, Nobilis. Edidit Joachimi Lütkemanni Pſalterium decem chordarum, ſeu explicationem decem Pſalmorum Davidis, utpote 33. 34. 66. 68. 84. 92. 116. 118. 138. 146. verſam in ſermonem popularem, Holmiæ per Henr. Keyſer / An. 1678. in 8.

*Ludo-*

Digitized by Google

*Ludovicus Iſaaci Münthenius*, Scanus. Ejus eſt Methodus fida orandi pro Rege, ſermone populari. Holmiæ per Wankif. Anno 1678.

*Tobias Andreæ* Biörck/Paſtor in Biörſkog Weſmannorum. Fidei pugnam & victoriam in ſermonem popularem tranſtulit ex Danico D. Joh. Jerſins/Superintend. Ripenſis, editus eſt liber Holmiæ per VVankifium Anno 1678. in 12.

*Johannes Kellingius*, Stockholmenſis, Diaconus ibidem ad S. Nicolai; Commentarium Exegetico-Practicum in Pſalterium Davidis ſermone populari edidit Aboæ Anno 1679. in 4.

*Anonymus*, qui baculum peregrinantis ſeu libellum pſalmorum & precationum, cum brevi per Sueciam, Germaniam, Galliam, &c. Itinerario ſeu Indice itinerum, ex autoribus variis Germanis collecto edidit idiomate Suetico. Aroſiæ an. 1679. in 12.

*Andreas Sudermann*, U.J.Stud. & Not. Publ. Reg. Paleſtram Militarem idiomate vernaculo conſcriptam edidit Holmiæ per Ebertum Anno 1679. in 8.

ADO-

Digitized by Google

# ADOPTIVA,

## Id eſt

# SCRIPTA OPERAQVE EORUM,

## Qui licet gente non fuerint Sueci,

inter Suecos tamen & in Suecia variis ex cauſis

## Sua quædam luci permiſerunt.

*Jacobus Zieglerus*, Landavo Bavarus, ut Simlerus eum vocat, Matheſeos in Academia Upſalienſi Profeſſor, ut Meſſenius eſt teſtis in Sueopeiſtap. c. 6. Scripſit Chriſtierni Secundi Regis Daniæ crudelitatem, perpetratam in proceres Sueciæ & populum Holmenſem. Liber aliquanto poſt eſt vulgatus typis, idque Argentorati per Wendelinum Rhiel Anno 1536. NB.

*Dionyſius Beureus*, Gallus, Erici Regis adhuc adoleſcentis Magiſter ſtudiorum, poſt ad imperium admoti præcipuus Conſiliarius. Scripſit contra Laurentii Petri Archiepiſcopi Upſalienſis Dialogos de Cerimoniis Eccleſiaſticis libellum, in quo tuetur ſententiam Calvinianorum contra Lutheranos. Factum circa annum 1560. ut oſtendit Joh. Baazius in Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Lib. III. cap. 3. NB.

*Johannes Herbeſtus*, Germanus, Reginæ Catharinæ Jagelloniæ, Regis Johannis III. conjugis Concionator aulicus & Confeſſionarius. Scripſit ut apparet ex eodem lib. III. cap. 11. de conſecratione NB.

Euchariſtiæ, & utraque ſpecie Sacramentali altaris non porrigenda Laicis, itemque de invocatione Sanctorum Anno 1573.

NB. *Laurentius Norvagus*, vulgo *Kloſter-Laſſe*, ex Norvagia oriundus, ordinis Jeſuitici Sacerdos, Profeſſor Theologiæ in Collegio ſeu Academia nova, quam Holmiæ in inſula Grämunkahlom, nunc Ridderholm Rex Johannes inſtituerat, ſcripſit

I. Una cum M. Petro Fechten librum Liturgicum, vulgo *Rödboken*, id eſt Rubrum nuncupatum, illiusque ex mandato Regis præfuit editioni factæ Anno 1576. ut eſt autor ſupra dictus Baazius.

II. Rationes edidit, ob quas Liturgia debeat approbari. Memorat eas breviter idem Baazius eodem libro cap. 32. Factum autem hoc ab eo Anno 1577. ut ex ejusdem c. 49. cognoſcimus.

NB. *Jacobus Typotius*, Gallo-Belga, ex miniſterio Johannis & Sigismundi Regum. Edidit

I. Orationes habitas in funere Johannis Tertii Regis Sueciæ, ut teſtatur ipſe lib. II. de Salute Reipubl. pag. 122.

II. Orationem gratulatoriam in coronatione Sigismundi, publicatam Holmiæ per Andream Gutervitz Anno 1594.

NB. *Olaus Coccejus*, Bergenſis-Norvagus. Scripſit

I Orationem nuptiis Joachimi Danckwardt/ Conſulis Nycopenſis & Apolloniæ Becker. Holmiæ per Meurerum Anno 1616. in 4.

II. Certitudinem & triumphum fidei noſtræ, lingva Suetica. Librum dedicavit Guſtavo Adolpho, ibid. Anno 1617. in 4

*M. Con-*

*M. Conradus Laurenbergius*, Gulihelmi filius Roſtochienſis. Edidit Enchiridion Proſaicum, quod eſt excuſum Upſaliæ per Eſchillum Anno 1618.

*Juſtinianus Heiner*, Germanus, J. U. Doct. & Spirenſis Cameræ Advocatus, poſt Juris Suetici Profeſſor Upſalienſis. Scripſit Orationes de magnitudine & diminutione Imperiorum, qvibus ant quorum & recentiorum Rerumpublicarum comparatio inſtituitur cauſæque indagantur, qvare mille annis ad vetuſtiorum amplitudinem aſcendere negatum fuerit. Prima habita eſt Upſaliæ d. 3. Martii An. 1624. ibidem vulgata typis per Eſchillum in 8.

*Johannes Loccenius*, Itzehoënſis-Holſatus, J. U. Doctor, primo Hiſtoriarum, poſt Eloqventiæ Profeſſor Skyttianus & Juris, tum Bibliothecarius Academiæ Upſalienſis & Hiſtoriographus Regius, poſtremo Regii Collegii Antiquitatum Præſes. Edidit in lucem, poſtquam venit huc in Succiam,

I. Orationem de Imperiorum, inprimis IV. Monarchiarum periodo & converſione, habitam cum ipſi deferretur hiſtoriarum in Academ. Upſal. Profeſſio Anno 1625. Excudit Eſchil. Matthiæ in 4.

II. Carmen gratulatorium in inaugurationem Profesſionis Sckyttianæ primique Profeſſoris ejus, Johannis Simonii. ibidem Anno eodem.

III. Orationem funebrem in obitum Johannis Simonii. ibid. Anno 1627. in 4.

IV. Orationem in aditu ad Profeſſionem Sckyttianam, extra ordinem ei commiſſam ibid. Anno eod. in 4.

V. Orationem de Hiſtoriarum præſtantia cum ei



Digitized by Google

Profeſſio Hiſtoriarum ordinaria committeretur. ibidem Anno eod. in 4.

VI. Epigrammata ſacra & moralia, inſertis virtutum præcipuarum ac vitiorum imaginibus per Emblemata adumbratis. ibidem Anno eod. in 4.

VII. Diſſertatiunculam de migrationibus populorum, & in ſpecie Gothorum Sueonumque. ibid. Anno 1628. in 8.

VIII. Diſſertationes duas, primam de Scythis veteribus eorumque ortu, propagatione, forma reipublicæ ac fortitudine; ſecundam de Suecis ac Gothis ſeparatim, eorumque Politia. ibidem Anno eod. in 8.

IX. Orationem de natali Profeſſionis Eloquentiæ ab Illuſtriſſ. Dn. Johanne Skytte An. 1625. d. 5. Dec. ſolenniter fundatæ; & de beneficiis ab eodem in Eloquentiæ ſtudia collatis.

X. Orationem de recta ad eloquentiam via habitam cum extraordinar. Eloquentiæ Profeſſionis munus ei committeretur.

XI. Diſſertatiunculam de decoro Oratorio in communi vita obſervando. hæc tria junctim edita ibidem Anno 1629. in 4.

XII. Orationem de Guſtavi Adolphi Regis virtutibus togatis & militaribus vere heroicis publice recitatam in Acad. Upſal. die 5. Nov. Anno 1631. in 4. Cui accedit

XIII. Epinicion ſive carmen gratulatorium in victorias Guſtavianas.

XIV. Periodum Imperiorum, ſive Diſſertationes Hiſtorico-Politicas de cauſis incrementi & decre-

Digitized by Google

crementi illuſtrium Rerumpublicarum & Monarchiarum, Aſſyriæ, Perſicæ, Macedonicæ, Romanæ, ad Sereniſſ. Sueciæ Regem Guſtavum Adolphum. Excuſæ ſunt Wittebergæ impenſis Johannis Helwigii Bibliopolæ, typis Johannis Röhneri Anno 1633. in 12.

XV. Orationem memoriæ divi Guſtavi Adolphi Magni dictam & conſecratam. Upſaliæ Anno 1634.

XVI. Threnos in obitum prædicti Regis carmine Germanico. ibid. Anno eod.

XVII. Diſſertationem Philologicam de Stylo & Charactere. ibid. Anno 1635. in 4.

XVIII. Notas in Epiſtolam Ciceronis ad Q. Fratrem. Ibid. Anno 1636.

XIX. Diſſertationem de Epiſtolis & Orationibus recte ſcribendis habendisque. ibid. An. eod. in 4.

XX. Curtium Rufum, cum Indice Philologico & notis Politicis. Holmiæ per Henric. Keyſer An. 1637. & ſecunda vice Amſtelodami apud Jodocum Janſonium Anno 1648. in 12.

XXI. De ordinanda Republica Diſſertationum Lib. IV. in quibus commentarii ad Epiſtolas Saluſtii & Ciceronis, item de Republ. Apum. Lugd. Batav. Anno 1637. & ſecunda vice Amſtelodami An. 1644. & tertio cum Animadverſionibus Politicis in Politica Lipſii, Francofurti per Chriſtianum Wolff, Anno 1673. in 8.

XXII. Exercitationes Juris. Upſaliæ impenſis Auctoris Anno 1639. in 8.

XXIII. Orationem in obitum Petri Kirſtenii,

Profeſſoris Medicinæ. ibidem Anno 1640.

XXIV. Synopſin Juris Sueo-Gothici, cui accedunt Quæſtiones Practicæ. Holmiæ per Henr. Keyſer/Anno 1648. in 12.

XXV. Lexicon Juris Sueo-Gothici, Holmiæ per eundem An. 165.. in 12. & ſecunda vice auctius Upſaliæ per Henr. Curio Anno 1665. in 8.

XXVI. De Jure Maritimo libros tres. Holmiæ per Janſonium Anno 1651. in 12.

XXVII. Epiſtolam Conſolatoriam ad Dn. Johannem Silfwerſtierna, cum filii unici Guſtavi funus ductaret. Upſaliæ Anno 16 1.

XXVIII. Synopſin Juris Sueo-Gothici. Accedunt Quæſtiones Practicæ, & Exercitationes Juris. Holmiæ per Henr. Keyſer Anno 1653. in 12.

XXIX. Rerum Sueticarum Hiſtoriam à Berone tertio, usque ad Ericum decimum quartum deductam. Accedunt Antiquitatum Sueo-Gothicarum libri tres. Holmiæ ex Officina Johan. Janſonii An. 1654. in 8.

XXX. Cornelium Nepotem cum annotationibus, Holmiæ apud eund. An. eod. & denuo Hamburgi cum Notis Politicis Anno 1673. in 12.

XXXI. Erici Olai Hiſtoriam Sueticam, cum Notis. Holmiæ per Janſonium An. 1654. in 8.

XXXII. Elogium Axelii Oxenſtierna Regni Sueciæ quondam Cancellarii Memoriæ dedicatum. Upſaliæ apud Joh. Pauli Anno 1655. in fol.

XXXIII. Gratulationem ad Carolum Guſtavum Regem de pace Sueo-Danica facta Roskildæ, editam Upſaliæ Anno 1658.

XXXIV.

Digitized by Google

XXXIV. Epiſtolam & Epitaphium in obitum Gen. Dn. Annæ Ribbing, Gen. Dn. Jeſperi Krus-Biörn conjugis, Upſaliæ An. 1658. in 4.

XXXV. Hiſtoriam Rerum Suecicarum à primo Rege Sueciæ usque ad Caroli Guſtavi obitum deductam libris novem, Upſaliæ per Henric. Curio Anno 1662. in 8.

XXXVI. Antiquitatum Sueo-Gothicarum Libros tres ſeorſim & auctius editos, ibidem Anno 1670. in 8.

XXXVII. Sueciæ Regni Leges Provinciales prout quondam à Carolo IX. & Urbanus uti a Guſtavo Adolpho publicatæ ſunt, in Latinam Lingvam traductas & brevibus Notis illuſtratas. Holmiæ per Wankif. Anno 1672. in fol. & Londini Scanorum apud Junghans Anno 1676. in 8.

XXXVIII. Synopſin Juris publici Sueo-Gothici. Adduntur Synopſis Juris Sueo-Gothici privati, Quæſtiones practicæ & Exercitationes Juris auctius excuſæ Gothoburgi per Amund. Græfue Anno 1673. in 8.

XXXIX. Jus Maritimum Suecorum translatum in ſermonem Latinum. Adduntur libri de Jure Maritimo auctiores. Holmiæ junctim edita per Wankif. Anno 1674. in 8.

XL. Hiſtoriæ Suecanæ à primo Rege Sueciæ usque ad Carolum XI. libros novem ſecunda editione multo auctiores & emendatiores. Accedunt Antiquitatum Sueo-Gothicarum libri tres. Francofurti & Lipſiæ Impenſis viduæ & Hæredum Joachimi VVildii Anno 1676. in 4.



Digitized by Google

XLI. Volumen variarum Orationum prælo pararum extat Mſ. apud ejus hæredes, ſicut & ſeqq.

XLII. Verſio LL. vetuſtarum Uplandicarum, Oſtro- & Weſtrogothicarum, Sudromannicarum VVesmannicarum, Helſingicarum, Dalicarum.

XLIII. Carmina diverſis temporibus ſcripta, quædam edita, quædam inedita.

XLIV. Notas in Inſtitutiones Juris à Cl. Vinnio publicatas.

XB. *Johannes Simonius*, Pomeranus, Profeſſor Eloquentiæ primum Roſtochienſis, poſt Upſalienſis, Skyttianus. Edidit in Svecia

I. Orationem de præſtantia Eloquentiæ etiam in bello, habitam cum profeſſionem Skyttianam primum adgrederetur, Upſaliæ per Eſchillum An. 1625.

II. Carmen Gratulatorium ad Guſtavum Adolphum Regem ex Livonia reducem. Upſaliæ per eundem Anno 1626.

III. Orationem de Autoritate Regia, ſive Regni Svetici dignitate atque felicitate ibid. Anno eod.

IV. Diſputationes ſex, in quarum tribus primis, num fæmina Legati officio fungi poſſit, tribus poſterioribus, num in adminiſtratione Reipublicæ interdum à juſtitia ad utilitatem deflectere liceat, ſcriptas ad ejus informationem à Johanne, Benedicto, & Jacobo Skytte, Fratribus germanis, & Lib. Baronibus in Duderhoff. Edidit per eundem Eſchillum Anno 1626.

V. Topicam, ſeu Doctrinam de Locorum Dialecticorum uſu in Rhetoricis. ibid. Anno 1627. in 8.

VI. Demetrium Phalereum cum Notis.

Guil-

*Guilihelmus Lemnius*, Batavus, Med. Doctor & Regius Medicus. Ejus eſt

I. Conſilium, qua quis ratione gerere ſe debeat tempore peſtis, Carolo Principi Sueciæ hæreditario dedicatum, excuſum Anno 1572. iterumque per Meurerum Anno 1623. in 4. ſermone populari.

II. Liber de morbis variis, per herbas & remedia Suetica à capite ad calcem curandis. An editus ſit non conſtat, in epiſtola tamen dedicatoria ſuperioris propediem promittit auctor.

*Johannes Narſſius*, Anaſtaſii filius, Dordraco Batavus, Med. Doct. Ab eo ſcripta reperi

I. Mevam Pomerelliæ obſidione Polonorum liberatam, ductu Regis Guſtavi Adolphi, aliaque poëmata Suedo-Boruſſica, Moſcovitica, Miſcellanea. Excuſa omnia ſunt Holmiæ typis Reuſnerianis Anno 1627.

II. Poëmata Septentrionalia aliaque nonnulla miſcellanea. Hamburgi per Henr. Carſtens/ Anno 1624. in 4.

III. Guſtavida, ſive de bello Sueco-Auſtriaco libros III. &

IV. Poëmatum Miſcellaneorum librum unum junctim edita. ibid. per Jac. Rebenlin, Anno 1632. in 4.

V. Guſtavidos librum IV. continentem occupatam Thuringiam, Franconiam & loca quædam finitima. Francof. ad Mœn. per Johan. Nic. Stoltzenberger Anno 1634. in 4.

VI. Guſtavum Saucium, Tragœdiam.

VII. Funebria Guſtaviana.



Digitized by Google

*Wilhelmus Simonius*, Roſtochienſis, J. U. Licentiatus. Ejus habentur Diſcurſus ſeptem Juridico-Politici, Monarchiæ definitionem, diviſionem, cauſam, affectiones, ſubjectum, objectum, adjuncta, effecta & oppoſita, cum quæſtionibus cognatis continentes. Upſaliæ Anno 1627. in 4.

*David Meiſnerus*, Lubecenſis, Paſtor Eccleſiæ Germanicæ apud Holmenſes. Ejus reperi Concionem ſacram in cap IV. Sap. Cur parentes præmaturum liberorum obitum non nimium lugere debeant, habitam in funere Johannis Rothlœben junioris, Germanico ſermone, Holmiæ prælo Reusneriano Anno 1627. in 4.

NB. *Johannes Raicus*, Schlaccowaldo-Bohemus, Med. Licentiatus, Inſtitutionum Medicarum Profeſſor Upſalienſis, poſt in Acad. Dorpatenſi Med. Profeſſor. Ejus reperiuntur

I. De Phthiſi ex tartaro ut frequentiore, pro auſpicato introitu. Upſaliæ Anno 1628. in 4.

II. Illuſtrium quæſtionum Medicarum tetras; pro diſputatione prima ordinaria. Ibid. An. 1629. 4.

III. Diſputatio Phyſico-Medica Votiva de natura terræ & aquæ circa Dorpatum, item de acidula Antimonii adeoque de natura omnium acidularum naturalium, atque de aqua vernali betularum. Rigæ Anno 1631. in 4.

*Anonymus*. A quo habentur Elegidia & poëmatia de præcipuis viris bello illuſtribus, una cum ipſorum effigiebus, & aliis æri incidis. Upſaliæ An. 1631. Ita habet titulus. Sed ſine ulla ulteriore typographi notatione.

*Fride-*

Digitized by Google

*Fridericus Menius*, P. L. C Hiſt. & Antiq. Pro- [illegible]
feſſor Dorpatenſis. Ejus ſunt

I. Relatio de Inauguratione Univerſitatis Dorpatenſis die 15. Octobris Anno 1632. facta. idiomate Germanico. Edita Dorpati impenſis Jacobi Beckern/ in 4.

II. Nuncius Parnaſſi Livonici Poëticus, ſeu gratulatio in fundationem dictæ Academiæ Dorpatenſis Sermone partim Latino, partim Germanico. ibid. tempore eodem in 4. Conf. p. 344.

*Johannes Rothlöben*, Pomeranus, Reginæ Chri- [illegible]
ſtinæ, ut & Eccleſiæ Theutonicæ apud Holmenſes Paſtor. A quo publicata vidi

I. Concionem ſacram funebrem in obitu Guſtavi Adolphi Regis, lingva Germanica habitam. Holmiæ per Meurerum Anno 1634. in 4.

II. Concionem ſacram funebrem in obitum Reginæ Roerhands, conjugis Dn. Andreæ Singers Medicinæ Doctoris, & Medici Regii, habitam lingva Germanica, Holmiæ per Henr. Keyſer Anno 1635. in 4.

*Petrus Kirſtenius*, Uratislavienſis-Sileſius, Medici- [illegible]
næ Doctor, ejusdemque Profeſſor Vpſalienſis. Edidit præter alia multa in Germania ſcripta

I. Diſſertationem de uſu & abuſu Medicinæ, Vpſaliæ per Eſchillum Anno 1636.

II. Τυποτύπωσιν ſive informationem Medicæ artis ſtudioſo perutilem, aliquandiu in Pharmacopolio verſaturo, Caſpari Peuceri, quam excudi fecit è MſC. ſuis cum Præfatione. Vpſaliæ per eundem Anno 1638.

*Lau-*

Digitized by Google

NB. *Laurentius Ludenius*, Holſatus, Ph. & J.U. Doctor Ex-Profeſſor in Alma Gryphiswaldenſi (ita ſe nominat ipſe) in Academia Dorpotenſi Prof. Juris, Oratoriæ & Poëſeos publici juris fecit, poſtquam in Sueciam venit, orationes varias ſolennes à ſe conſcriptas. Sunt autem quæ ad nos pervenerunt ſequentes

I. Immortalitas glorioſiſſimi Fundatoris Acad. Dorpatenſis ad Embeccam, Guſtavi Adolphi d. 11. Jan. 1636. Carmine heroico. Dorpati an. eodem in 4.

II. Immortalitas D. Patris Patriæ Guſtavi Adolphi, d. 6. Novembr. Anno 1636. Edita ibid. anno 1642.

III. Immortalitas D. Induperatoris Equitis Guſtavi Adolphi anno 1637. edita anno 1642.

IV. Immortalitas D. Principis Militiæ Guſtavi Adolphi anno 1636. edita anno 1642.

V. Immortalitas Inclyti Guſtavi Adolphi anno 1639. edita anno 1642.

VI. In Inaugurationem novi Collegii Academici à Chriſtina Regina in Univerſitate Guſtaviana Dorpatenſi d. 2. Novembr. an. 1641. conſecrati, carmine Heroico. ibid. anno eod.

VII. Immortalitas D. Herculis Academici Guſtavi Adolphi, ann. eod. Edita anno 1642.

VIII. Immortalitas D. Liberatoris Livoniæ Guſtavi Adolphi anno 1643. edita anno eod.

IX. Immortalitas D. Aſſertoris Juſtitiæ Guſtavi Adolphi anno 1644. carmine Heroico. edita eod.

X. In-

Digitized by Google

X. Inclyta Virtus D. Axelii Oxenſtierna à Chriſtina Regina die 27. Nov. An. 1645. illuſtritate Comitis illuſtrata. Carmine Heroico dicta 7. Maij An. 1647. edita anno eod.

XI. Natalis vitæ auguſtisſimæ Chriſtinæ Reginæ à d. 8. Decembr. anno 1626. Vigeſimus, Imperiique à d. 7. Decemb. an. 1644. Secundus. carmine Heroico. celebratus anno 1645. edita eod. anno.

XII. Victricia Arma Guſtavi Adolphi carmine Heroico anno 1646. edita eod. anno.

XIII. Elogium Ludovici Hintelmanni J. U. D. 16. Cal. Februar. 1643. denati parentatio ſolennis Anno 1647. Carmine Heroico.

XIV. Immortalitas D. Liberatoris Germaniæ Guſtaphi Adolphi Anno 1647. edita anno eod.

XV. Immortalitas Dn. Herois Guſtavi Adolphi carmine Heroico. Anno 1648.

XVI. Auguſtiſſima magnificentia Chriſtinæ Reginæ in Acad. Dorpatenſi. celebrata d. 17. Jan. 1649. cum vocationem à Profeſſione Oratoriæ & Poëſeos conſecutus eſſet. carmine Heroico. Edita eod. anno.

XVII. Natalis vitæ auguſtisſimæ Chriſtinæ Reginæ pacisque per Germaniam jam reducis. d. 8. Dec. anno 1649. per Regnum Sueo-Gothicum celebratus carmine Heroico. edita eod. anno.

XVIII. Auguſtisſima Coronationis ſolennitas Chriſtinæ Reginæ, carmine Heroico, ipſo die Coronationis anno 1650. dicta edita eod. anno.

XIX. Epigrammata varia diverſis edita occaſionibus.

XX.

Digitized by Google

XX. Programmata item varia, in eadem Academia publice propoſita. Conf. p. 344.

*Hermannus Rederus*, Dorpatenſis-Livonus. Ejus eſt Oratio continens hiſtoriam Romanarum & Svecicarum Gothicarumque SS. Legum edita Dorpati Livonorum Anno 1637.

*Petrus Pachius*, Colbergenſis Scholæ ibidem quondam Conrector, poſt Scholæ Holmenſium Germanicæ Rector. Ejus ſunt, præterea quæ in patria edidit

I. Miſcellanea.

II. Epithalamia,

III. Epigrammata,

IV. Anagrammata.

V. Epicedia, alia item eaque varia variorum carminum genera cum ſacra tum profana, Græce, Latine & Germanice conſcripta & diverſis annorum temporibus in publicum Holmiæ emiſſa. Anno 1636. 38. 39. in 8.

*Dionyſius Fiſcher*, Medico Chirurgus. Ejus habemus

I. Super exceſſu Gabrielis Guſtavi Oxenſtierna, R. S. Drotzeti carmen lingva Germanica. Holmiæ per Meurerum Anno 1640. in 4.

II. Laudes Provinciæ Nericiæ in Svecia. eodem ſermonis genere edidit, ſed ſine mentione anni aut loci, in 4.

*Jacobus Scott*, Nobilis Livonus, ſcripſit Hiſtoriam de Livonia, in Acad. Dorpatenſi oratione ſolenni pro concione habitam editam ibid. An. 1639. in 4.

*Chriſtophorus* Güntherberch/ Nobilis Livonus, Hiſtoriam Monarchiæ Perſicæ publice pro concione ſimiliter habitam edidit Dorpati Anno 1639. in 4.

Joh in-

*Johannes* Güntherwerch / Nobilis Livonus, ſuperioris frater publicavit hiſtoriam Monarchiæ Græcorum, pro concione ſimiliter dictam, Dorpati Anno eod. in 4.

*Balthaſar Henkelius* D. S. R. Mtis. Veciæ Conſiliarius. Edidit ipſe NB

I. Somnium Guſtavi Adolphi ex bellorum ſucceſſibus clarum & in armatæ juſtitiæ gloriam explicatum. Holmiæ per Henr. Keyſer Anno 1640. in 8.

II. Epiſtolas carcerales, defenſum belli Germanici patrocinium, judicis Colonienſis ignobilem ſenſum, tandemq; ſubveniens ex Svecia auxilium, non dum audito experientiæ documento, per varios carcerum cuniculos oſtendentes. ibid. eod. anno in 4.

*Rudolphus Strauch*, Windovienſis-Curlandus. Reperitur ejus Moſcoviæ hiſtoria oratione pro concione enarrata. Dorpati anno 1640. in 4.

*Ulricus* Volbergen / Rigenſis-Livonus. Reliquit ipſe Boruſſiæ hiſtoriam oratione comprehenſam dictamque Dorpati editam ibid. anno eod. in 4.

*Georgius Preuſſius*, Revalia-Livonus. Scripſit de NB Nucleo Pſychologiæ polemicæ, Upſ. an. 1643. in 4.

*Johannes Gotthardus Walraff*, Hamburgenſis. Publicavit Laurenbergii Acerræ Philologicæ centuriam unam ex Germanico verſam in ſermonem Sveticum. Holmiæ typis Meureri Anno 1646. in 8.

*Wilhelmus Lyſerus*, Ilenburgo-Miſnicus. Scripſit

I. Diſſertationem de ſermone, Upſaliæ Anno 1646. in 4.

II. Diſſertationem de habitibus intellectualibus principalibus. ibidem Anno 1647. in 4.

*Andreas*

Digitized by Google

*Andreas du Cloux*, Gallus, & Linguæ Gallicæ in Academia Upſalienſi Profeſſor. Edidit

I. Compendium breve Grammaticæ Gallicæ, Gallico ſermone ſcriptum. Upſaliæ Anno 1646.

II. Carmina diverſis temporibus & occaſionibus ſcripta linguis Gallica, Suetica, Germanica.

NB. *Andreas Virginius*, Hæreditarius in Schweſſien Theologiæ Doctor & Profeſſor Primarius in Academia Dorpatenſi, nec non Regii Proto-Synedrii Aſſeſſor, edidit

I. In Evangelium Johannis ſelectisſimas notas, Dorpati per Joh. Vogel/Anno 1647.

II. Diſputationem Theolog. de creatione mundi. ibidem eodem anno.

III. Diſput. Theol. de Providentia DEI. ibid. eodem anno.

IV. Diſputationem Theologicam in Pſ. XVIII. ſelectiſſimas notas exhibentem. ibid. anno 1654.

NB. *Benedictus à Caſtro*, Luſitanus, Chriſtinæ Reginæ Medicus. Ejus eſt Monomachia ſive certamen Medicum, quo verus in febre ſynocho putrida cum cruris inflammatione medendi uſus per venæ ſectionem in brachio demonſtratur, præpoſterus autem ejus abuſus per ſanguinis miſſionem in pede tanquam pernicioſus improbatur cap. XIII. Hamburgi typis Jacob Rebenlein/anno 1647. in 4.

NB. *Johannes Freinshemius*, Ulmenſis Svevus, Profeſſor Eloquentiæ & Politices Skyttianus. Upſal. primo, dein Bibliothecarius Regius & Reginæ Chriſtinæ à Studiis, poſt iterum Eloquentiæ Profeſſor Regius Upſalienſis, tandem Conſiliarius Regius Sue-



Digitized by Google

ticus & in Germaniam reverſus Profeſſor factus Heidelbergenſis, præter multa alia, quæ in Germania degens ſcripſit, hic edidit & compoſuit.

I. Orationem Panegyricam virtuti & honori Sereniſſimæ Reginæ Chriſtinæ, qvum natalem ſuum alterum & viceſimum celebraret. Upſaliæ An. 1647. in fol.

II. Supplementorum Livianorum ad Chriſtinam Reginam Decadem. Holmiæ apud Janſonium Anno 1649. in 8.

III. Orationes tres & viginti, ab anno 1612. ad annum 1651. habitas Upſaliæ pleraſque, diverſis temporibus & cauſis, poſtea junctim publicatas Francofurti, impenſis Simonis Pauli, Bibliopolæ Argentinenſis Anno 1662.

IV. Extant quoque ejus Programmata non pauca Upſaliæ publicata variis occaſionibus.

*Bogislaus Philippus à Chemnitz*, Germanus, Hiſtoriographus Regius Edidit NB.

I. Hiſtoriam Belli Svetici inter Guſtavum Adolphum Regem & Ferdinandum ſecundum Imperatorem ab ejus initiis ad obitum Guſtavi, ſermone Germanico. Stetini apud Hæredes Georgii Rheten/anno 1648. in fol.

II. Eandem vertit in ſermonem Latinum, & excudi fecit ibidem, eodem anno in fol.

III. Ejusdem belli partem ſecundam publicavit ſermone Germanico ſcriptam, Holmiæ per Janſonium anno 1653. in fol.

IV. Extremum Vale Axelio Oxenſtierna R. Sueciæ Cancellario, Holmiæ in Illuſtri Senatorum re-



Digitized by Google

gni &Ordinum conſeſſu dictum. ibid. per Meurer, Anno 1655. in fol.

V. Servantur aliàs in Archivo Regio lingva Germanica ab ipſo conſcripta Pars III. & IV. belli Sveo-Germanici per Campiductorem Johannem Bannerium geſti, libris VI.

VI. Pars V. ductu Campi Mareſchalli Caroli Guſtavi Wrangelii, libris III.

VII. Pars VI. & ultima auſpiciis Generaliſſimi Caroli Guſtavi Principis, libris totidem.

NB. *Maximilianus à Pamſin*, Italus. Edidit

I. Syſtema Mundi in quo terræ immobilitas contra Copernicum & alios aſſeritur. Holmiæ Anno 1648. in 4.

II. Panegyricum ad Chriſtinam Reginam. Holmiæ Anno 1649.

NB. *Johannes Henricus Bœclerus*, Cronhemenſis-Francus, Eloquentiæ Profeſſor Regius Vpſaliæ, mox Hiſtoriographus, & redux in Germaniam Conſiliarius Regius tandemque denuo Profeſſor Argentoratenſis, & Conſiliarius Imperatorius, ac Electoralis Moguntinus. Præter ea, quæ publicavit alibi, hic conſcripſit

I. Orationem habitam in aditu ad Profeſſionem Eloquentiæ Anno 1649. Servatur ſcripta apud ejus hæredes.

II. Diſſertationem de Notitia Reipublicæ ad Taciti lib. IV. c. 33. Vpſaliæ per Eſchillum Matthiæ Anno 1649. in 4.

III. Augurium Pacis, ſive Drama de reſtituta Pace Germaniæ ac Europæ, habitum Holmiæ per Il-luſtres

luſtres & Generoſas perſonas. Extat MS. apud Hæredes.

IV. Orationem de Poëſi ſacra, habitam ad Reginam Chriſtianam Vpſaliæ An. 1649. ſed poſt cum cæteris orationibus excuſam Argentorati An. 1654.

V. PanegyricumReginæ Chriſtinæ ſcriptum cum inſignia Regni ſuſciperet Holmiæ Anno 1650. Editus & hic cum cœteris orationibus Argentorati.

VI. Orationem in auſpicium Anni 1650. ad eandem Reginam Chriſtinam habitam Upſaliæ & editam Argentorati.

VII. Elogium Illuſtriſſ. Comitis Linnarti Torſtenſonii tumulo dicatum. Excuſum Holmiæ in officina Janſoniana Anno 1651. & ſecunda vice Argentorati cum ejus cæteris orationibus.

VIII. Epiſtolam Conſolatoriam ad Nobiliſſ. Johan. Silberſtierna, Secretarium Regium, cum exequias unico filio iret. Excuſa eſt Holmiæ An. 1651. in Offic. Janſoniana, & ſecunda vice junctim cum ipſius cæteris orationibus.

IX. Hiſtoriam belli Sveo-Danici inter Chriſtinam & Chriſtianum IV. Anno 1643. orti, edita eſt Holmiæ per Wankifium Anno 1678. in 4. & nunc in Germania quoque mutata varie ab Hæredibus.

*Johannes Chriſtianus Keck*, Argentorat. Scripſit NN.

I. Carmen gratulatorium ad Reginam Chriſtinam, cum Upſaliam eſſet ingreſſa d. 7 Januar. anno 1649. Holmiæ in Officina Janſonii eodem anno.

II. Tumulum Leonhardi Torſtenſonii Carmine Jambico. ibid. per Janſonium Anno 1651.

III. Propempticon Nicolao Henſio, Dan. filio,

ſecundum in Italiam contendenti, ſcriptum Holmiæ, ſed poſt editum per ipſum Dn. Heinſium inter Adoptivorum Paralipomena. Amſtelodami apud Danielem Elzevirium anno 1666.

NB. *Nicolaus Heinſius* Danielis filius, Lugduno-Batavus inter amicos & familiares Reginæ Chriſtinæ, ac poſt Belgii Fœderati ad Aulam Sveticam Reſidens Legatus, præter alia aliis in locis, ſcripſit hic in Svecia

I. Chriſtinam Auguſtam, Carmen hæroicum in ipſius Coronationem Anno 1650.

II. Carmen Elegiacum ad dictam Reginam Chriſtinam, cum Poëmatia illi ſua mitteret.

III. Carmen Jambicum in gratiarum actionem pro Poëmatiis bene exceptis.

IV. Carmen Elegiacum ad Reginam, Dianam ſaltantem.

V. Carmen Elegiacum aliud ad eandem, ut Magnam Muſarum Nutricem.

VI. Jambicum Carmen, quo eidem dedicat Poëmata Claudiani.

VII. Elegiacum. in ejusdem Effigiem.

VIII. Jambicum in Reginæ natalem viceſimum quartum.

IX. Elegiacum ad eandem, Pacatricem Germaniæ.

X. Elegiacum ad eandem, cum Leo in arena cum aliis feris ter quaterve commiſſus pugnam pertinaciter detrectaret. Omnia hæc deinde junctim edita ſunt libro primo Silvarum Nic. Heinſii Amſtelodami apud Daniel Elzevirium, & ſecunda vice Anno 1666.

XI. In

XI. In decimum tertium Natalem CAROLI XI. Elegiacum, excuſum Holmiæ.

*Joannes Schefferus*, Argentoratenſis-Alſatus, Profeſſor Eloquentiæ ac Politices Skyttianus primum, dein Juris Naturæ ac Gentium Regius Honorarius, ut & Aſſeſſor Regii Collegii Antiquitatum; deniq; & Academiæ Upſalienſis Bibliothecarius, præter ea, quæ publicavit ante, quam veniſſet in Svecia, edidit NB.

I. Epiſtolam Conſolatoriam ad Illuſtriſſim. Dn. Benedictum & Jacobum Skytte L. Barones in Duderhoff/ in obitu illuſtr. Dn. Mariæ Neaf, matris ipſorum, una cum ejusdem Epitaphio. Upſaliæ per Eſchillum Matthiæ Anno 1650.

II. Latini Pacati Panegyricum, cum Notis Philologicis & Politicis, Holmiæ per Janſonium Anno 1651. in 8.

III. Orationem funebrem in obitum Illuſtriſſ. Dn. Jacobi Ponti de la Gardie, Comit. in Leckö/ Regni Sveciæ Archiſtrategi, Upſaliæ per Joh. Pauli, Anno 1652.

IV. De Stylo, ad conſvetudinem veterum. ibid. per eundem 1653. in 8.

V. De Militia Navali veterum libros quatuor, ad Reginam Chriſtinam. Upſaliæ per Janſonium Anno 1653. in 4.

VI. Orationem in diſceſſu Reginæ Chriſtinæ, habitam Upſaliæ & editam per Joh. Pauli An. 1654.

VII. De Antiquorum Torquibus Syntagma, Holmiæ per Janſonium Anno 1655. in 8.

VIII. Gymnaſium Styli, ſeu de vario ſcribendi Exercitio ad exemplum veterum. Præmititur

 liber

liber de Stylo auctior. Upſaliæ apud Johann. Pauli anno 1657. in 8.

IX. Titulum ſepulchralem in obitum Caroli Guſtavi Regis. Upſaliæ per eundem An. 1660. in f.

X. Memoriam Jacobi Auguſti & Johannis Caroli de la Gardie, Comitum in Letföö / Upſaliæ per Henr. Curio Anoo 1662.

XI. Æliani varias Hiſtorias, ſecunda vice, auctioribus & emendatioribus cum Notis. Argentorati per Frid. Spoor anno 1662. in 8.

XII. Phædrum cum Annotationibus. Upſaliæ per Henr. Curio anno 1663. Adduntur illi editioni

XIII. Fr. Guietri Notæ hactenus ineditæ in eundem Scriptorem.

XIV. De natura & Conſtitutione Philoſophiæ Italicæ ſeu Pythagoricæ librum, prodromum magni operis de Philoſophia Pythagorica. Vpſaliæ per eundem. Anno 1664. in 8.

XV. Arriani Tactica, nunquam ante edita in lucem, Græce & Latine cum Annotationibus, ibidem anno 1664. in 8. Jungitur.

XVI. Mauritii Strategicon Græc. & Latine, pariter hactenus ineditum, cum Notis.

XVII. Annotationes in ſcriptorem veterem Gothica lingva ſcriptum de Götrico & Rholfone, Regibus Weſtro-Gothicis. Vpſaliæ per eundem anno 1664. in 8.

XVIII. Petronii Fragmentum Traguriarum cum Notis. ibidem anno 1665. in 8.

Idem ſecunda vice editum per Cl. Thomam Reineſium. Lipſiæ anno 1666.

Idem

Idem tertia vice editum cum Petronii integro opere, per Clar. Michaëlem Hadrianidem. Amſtelodami Anno 1669.

XIX. Orationem ad Carolum Regem, cum Studiorum gratia primum veniſſet Upſaliam. Upſaliæ per eundem anno 1665. in 4.

XX. Regnnm Romanum ſive Diſſertationes Politicas ſeptem in librum primum Livii, qui eſt de Regibus Romanorum. ibidem per eundem An. eod. in 4.

XXI. De Stylo librum, item Gymnaſium Styli. Auctiora & emendatiora omnia excuſa ibidem An. eod. in 8.

Eadem edita iterum, cum Diſſertatione Clar. Bœcleri de comparanda lingva Latina, & Indice neceſſario, per Clar. Andream Boſium Jenæ, impenſis Johannis Bielkii, typis Johannis Wertheri Anno 1670. in 8.

XXII. Upſaliam Antiquam, cujus occaſione plurima in Antiquitatibus Borealibus & gentium vicinarum explicantur. Upſaliæ per H. Curio anno 1666. in 8.

XXIII. Phædrum ſecunda vice cum Notis auctioribus, cui accedit verſio Gallica, & Index. apud eundem anno 1667. in 8.

XXIV. Pacatum, collatum cum Mſſ. tribus ſecunda vice editum auctioribus cum Notis. ibidem anno 1668. in 8.

XXV. Appendicem Notarum in Fragmentum Petronii ibidem anno 1668. in 8.

XXVI. Memoriam Johannis Canuti Lenæi



Digitized by Google

Archiepiſcopi Upſalienſis. ibidem Anno 1669 in 4.

XXVII. Graphicen, ſeu de Arte pingendi librum, Norinbergæ per Endterum Anno 1669. in 8.

XXVIII. Kununga ſtyrelſe / ſeu Inſtitutionem Regiam lingva veteri Svetica cum verſione Latina & Notis. Holmiæ per Nic. Wankif. Anno 1669. in fol.

XXIX. Aphthonium, Theonem, & alios Gr. Lat. cum Notis brevibus & Indice Auctorum ab ipſis citatorum. Upſaliæ Anno 1670. in 8.

XXX. Epiſtolam ad Axelium Oxenſtierna, Comitem in Södermöre / poſtquam valedixiſſet, Upſaliæ. ibid. Anno 1671. in 4.

XXXI. De Re Vehiculari veterum Libros tres. Francofurti ex Officina Zunneriana An. 1671. in 4. Accedit

XXXII. Pyrrhi Ligorii Commentatio de Re eadem Italice, cum verſione Latina & Notis. ibid.

XXXIII. Memorabilium Sveticæ gentis Exemplorum Librum. Hamburgi per Gothofr. Schulzen Anno 1671. in 8.

XXXIV. Samuelis Bocharti de quæſtione, num Æneas unquam fuerit in Italia Diſſertationem epiſtolicam ex Gallico verſam in Latinum, Hamburgi per eundem Anno 1672. in 12.

Eadem ſecunda vice recuſa eſt, una cum ejusdem Geographia ſacra, Francof. per Zunnerum.

XXXV. Conſtantini Opelii de Fabrica Triremium Meibomianarum Epiſtolam ad amicum. Eleuteropoli Anno 1672. in 4.

XXXVI. Orationem ad Carolum Regem, cum primum

primum manus admoviſſet gubernaculis imperii, Upſaliæ Anno 1673. in 4.

XXXVII. Phædrum tertia vice editum auctioribus & emendatioribus cum Notis, Hamburgi per Schultzen Anno 1673. in 8.

XXXVIII. Anonymi Sueci veteris breve Chronicon Archiepiſcoporum & Sacerdotum Upſalienſium numquam ante editum cum Notis. Upſaliæ anno 1673. in 8.

XXXIX. Lapponiam, ſeu gentis regionisque Lapponum deſcriptionem accuratam, cum figuris. Francofurti per Chriſtianum Wolff. an. 1673. in 4.

Eadem verſa in ſermonem Anglicanum & edita cum Præfatione Oxoniæ anno 1674.

Excerpta quædam ejus edita Germanice per Eraſmum Franciſci, Norimbergæ An. 1674. in 8.

Eadem Germanice edita integra, An. 1674. in 4.

XL. Indicem in libros Grotii de Jure B. & P. ſcriptum in uſus Studioſorum, qui privatim eos audiebant explicari à Cl. Boeclero, Anno 1657. editum ſine nomine auctoris Amſtelodami Anno 1670. & ſecunda vice Jenæ An. 1673. in 4.

XLI. Hygini quæ extant, cum Notis, Indicibus & Diſſertatione de eorum vero auctore. Hamburgi per Schultzen Anno 1674. in 8.

XLII. Iſraëlem Erlandi de vita S. Erici, Regis Sueciæ, ejusdem miraculis, cum Notis. Holmiæ apud Wankif. Anno 1675. in 8.

XLIII. De tribus orbibus aureis nuper in Scania erutis è terra, disquiſitionem antiquariam. Ibidem per eundem Anno 1675. in 8.



Digitized by Google

XLIV. Lectiones Academicas, ſeu notas in Scriptores aliquot Latinos & Græcos. Hamburgi per Schulzen Anno 1675. in 8.

XLV. Memoriam D. Laurentii Stigzelii, Archiepiſcopi Upſalienſis. Holmiæ per Wankif. An. 1677. in fol.

XLVI. De Situ & Vocabulo Upſaliæ Epiſtolam Defenſoriam. Holmiæ per eundem anno 1677. in 8.

XLVII. Juſtinum cum Annotationibus criticis. Hamburgi per Schulz. Anno 1677. in 12.

XLVIII. De Excerptis Annotationibus ex ſcriptis Caroli Epiſcopi Aroſienſis, Judicium. Holmiæ per Henr. Keiſer Anno 1678. in 8.

XLIX. De Inſtitutione literaria Illuſt. & Generoſi Adoleſcentis Conſilium. Holmiæ per eundem Anno 1678. in 8.

L. De Antiqnis veriſque Regni Sveciæ Inſignibus. Holmiæ per Wankif. Anno 1678. in 4.

LI. Julius Obſequens de Prodigiis cum Notis & Indice. Amſtelodami ex Officina Henr. & Theodori Boom Anno 1679. in 8.

LII. De Scriptis & Scriptoribus Sveorum liber præſens.

*Seqvuntur prælo parata, cum ſe offeret idoneus typographus.*

LIII. De Re ac Militia Navali veterum libri quatuor ita aucti, mutati, atque emendati, ut haberi poſſint pro plane aliis & novis.

LIV. Commentarius Politicus in Taciti vitam Agricolæ.

LV. Annotationes in Auctorem de Præadamitis.

LVI.

Digitized by Google

LVI. Æliani variæ Hiſtoriæ, collatæ cum MSS. & multo auctioribus cum Notis Indiceque novo, miſſæ Argentoratum, ubi excudentur, niſi bellica quædam vis eas in via interceperit.

LVII. De Opilione liber, in quo multa ad Antiquitates Græcas Latinasque pertinentia cum Scriptorum veterum locis explicantur atque emendantur.

LVIII. Doctorum virorum ad Jo. Schefferum Epiſtolæ cum Reſponſis & nonnullis aliis addendis.

LIX. Baſilicæ ſeu Orationes habitæ coram Regibus & de Regibus.

LX Liber adverſariorum, in quo Notæ ad Scriptores plurimos veteres ac recentiores, quæ augentur quotidie.

LXI. De fato literario per Sveciam Orationes ſeu Diſſertationes tres, quarum prima agit de paganicis temporibus, ſecunda de Chriſtianis ad Guſtavum primum, tertia de ſequentibus ad hæc tempora. Accedit quarta de ortu & progreſſu Profeſſionis Sckyttianæ.

LXII. De vocabulo MOMENTI, ejusque vera ſignificatione atque uſu Diſſertatio.

LXIII. De vocabulo MILITIS, quid notet in Inſcriptionibus antiquis.

LXIV Orationes varii occaſionibus, præſertim vero in Natalem Profeſſionis Skyttianæ habitæ.

LXV. Programmata varia, Præfationes ad aliorum exercitia Academica, Gratulationes. &c.

LXVI. Upſalia antiqua, multis locis aucta & emendata.

LXVII.

LXVII. Lapponia multo auctior. Accedit Tuderi commemoratio converſionis qvorundam pagorum Lapponicorum ad veram pietatem Chriſtianam, & Deſcriptio brevis Lapponicæ gentis, è Suetico verſa in Latinum. Tradita eſt bibliopolæ Naumburgenſi Carolo Wolff, ut emittat in lucem.

LXVIII. Baſilii Patricii Naumachica nunquam ante edita, Græce, cum verſione Latina & Notis.

*Manum ultimam deſiderant.*

LXIX. Commentarius in libros Ciceronis de Officiis.

LXX. Sciagraphia Juris Naturæ cum Annotationibus.

LXXI. Pythagoras, ſeu de vita Pythagoræ liber, cui adjungitur liber alius de Claris Pythagoricis.

LXXII. De Philoſophia Pythagorica libri tres.

LXXIII. De Notis veterum Liber.

LXXIV. De Grammaticis Latinis.

LXXV. Adami Bremenſis Scandinavia, cum Notis.

LXXVI. Eutropius cum Notis, & non pauca alia, quæ commemorari longum eſſet.

*Bartholomæus Pourel de Hatrize*, Gallus, Lingvæ Gallicæ Informator Holmenſis. Scripſit

I. Brevem & compendioſam viam ad Linguam Gallicam, Gallice & Suetice. Holmiæ per Janſon. Anno 1650.

II. Tabulam Rudimentorum Lingvæ Gallicæ fundamentalium, Gallice & Latine. Upſaliæ per H. Curio Anno 1664. in fol.

*Jacobus*

Digitized by Google

*Jacobus del Pozzo*,( i.e. de Puteo) Italus. Scripſit La donna migliore dell huomo paradoſſo. Editum Upſaliæ per Eſchillum anno 1650.

*Valentinus Muſculus*, Hugonis Grotii libros VI. de Veritate Religionis Chriſtianæ in dioma Germanicum verſos edidit. Holmiæ impenſis Chriſtoph. Euſebii Thaliſch per Meurer. anno 1651. in 24. NB.

*Andreas Mollet*, Gallus, Reginæ Chriſtinæ Magiſter hortorum ſcripſit viridarium, quo continentur delineationes arborum, cum earundem per hortum ordinatione, diſtributione ſoli, &c. una cum deſcriptione concernente præcipue viridarii dicti ſtructuram & plantationem, cap. X lingvis Suetica, Germanica, Gallica. Holmiæ per Henr. Keyſer/ Anno 1651. in folio.

*Georgius Mageri* ab Hattinga, D. & Reipubl. Gothoburgenſis Medicus ordinarius. Ejus eſt informatio de Peſte excuſa Gothoburgi anno 1654. in 8.

*Chriſtianus Ravius*, Berlinus ex Marchia Brandenburgenſi, Linguarum Orientalium præſertim Arabicæ Profeſſor Upſalienſis, poſt Bibliothecarius Holmenſis, & rurſum Profeſſor Upſalienſis, tandem reverſus ad ſuos, & factus Profeſſor lingvarum Orientalium Francofurti ad Viadrum. Scripſit in Suecia NB.

I. De Dudaim Rubenis Diſſertationem Philologicam, quæ excuſa eſt Upſaliæ per Johann. Pauli Anno 1655. in 8.

II. Annotationes in verſus poſtremos Geneſeos capitis XXX. publicatas ibidem per eundem dicto Anno in 8.

III. Ver-

Digitized by Google

III. Verſionem novam in caput V. Geneſeos, cum quibusdam annotatis. ibidem per H. Curio Anno 1664. in 8.

IV. Chronologia infallibilis de annis Chriſti ex ſolo veteri Teſtamento demonſtratis ſcilicet concepti, Nati, Baptizati, Paſſi, Reſurgentis, Aſcendentis, die Pentecoſtes Paracletum mittentis juxta dictum Codicis Ebræi nunquam viſum, demonſtrativas diſputationes. Præmittuntur aliquot Magnorum virorum cenſuræ. Upſaliæ 1660. Sed hujus operis ibi quidem tantum duo excuſi ſunt quaterniones, poſt varie immutatum prodiit in lucem Kilonii Anno 1670. in fol.

*Simon Volimhaus*, Königſenſis Thuringius, Pharmacopæus Upſalienſis. Scripſit

I. Eccleſias duodecim Lutheranas, quæ ab initio mundi fuerunt, & ad finem ejus duraturæ ſunt, Germanica lingva. Liber excuſus eſt Holmiæ per Henr. Keyſer Anno. 1655. in 4.

II. De XII. horis diei ex occaſione verborum Joh. XI. nec non Matth. XX. Commentarium in tomos III. diviſum, quorum I. continet horas X. per totum Vet. Teſt. II. horam XI. à nato Chriſto ad Lutherum. III. horam ultimam à Luthero ad finem usque ſeculi. Libri totidem quot tomi, Reginæ Chriſtinæ oblati Anno 1652. eodem ſermone ſervantur Mſſ. in Bibliotheca Academiæ Upſalienſis.

*Joh. Chriſtophorus Schwarz*, Revalia-Livonus, Conſul poſtea in urbe Narven. Scripſit Laudationem funebrem in obitum Illuſtriſſimi Domini Axelii Oxenſtierna Comitis in Südermöre / Regni

Sveciæ

Sveciæ Cancellarii Magni. Habita & edita eſt Upſaliæ per Joh. Pauli Anno 1655.

*Johannes Jacobus Pfeiffius*, Stetinenſis, Paſtor Eccleſiæ Germanicæ Holmenſium, poſt Epiſcopus Eſthonum & Revaliæ. Edidit NB.

I. Conciones funebres in obitum Dieterici Debbelts / ex 2. Chron. XXXIV, 28. Holmiæ per Meurerum Anno 1657. in 4.

II. In obitum Chriſtoph. Dieterici Bezelii ex Pſalm. XC, 1. ad 9. ibid. Anno 1660.

III. In obitum Johannis Marſtalck / ex Pſalm. XXIII. ibid. anno eod.

IV. In obitum Petri Hanſons / ex Pſal. XXVII, 8. 9. 13. 14. ibid. Anno 1662.

V. In obitum Tobiæ Oloffſons / ex 2. Tim. IV, 18. ibid. Anno 1663.

VI. In obitum Johannis Klein / ex 2. Tim. IV, 6. 7. 8. ibid. Anno 1664.

VII. Concionem ſacram Valedictoriam ex Pſal. CXV, 12. 13. 14. 15. die 29. Junii Anno 1666. habitam. ibid. per eundem.

*M. Nicolaus Severini*, Danus, Paſtor Malmogienſis, ſcripſit Viridarium ſpirituale Evangelico-Biblicum, cum Evangelii unius cujusq; nomine, contentis, ſumma, dictis Teſt. utriusque, Catechiſmo, ſpirituali hymno & meditatione, ſermone Danico, Tomis II. quorum prior à tempore Adventus ad feſtum Paſchatos editus eſt Haffniæ per Petrum Joannis Anno 1657. Poſterior vero Malmogiæ per Georgium Hantſchen Anno 1662. in 8. NB.

*Iſaacus Cujacius*, Gallus, Mariæ Eleonoræ Reginæ à lin-

Digitized by Google

à lingvis. Ejus eſt Gallicæ lingvæ & in lucem edendorum blandimentorum quadrilingvium oratio præparatoria. Excuſa Vpſaliæ Anno 1657. in 8.

NB. *Johannes Habæus*, Germanus, Secretarius Regius & ad aulas nonnullas Legatus Svecicus, poſt factus legatus Imperatorius. Ejus eſt Scriptum Germanice publicatum ſine nomine Auctoris, cujus titulus Cauſæ, ob quas Rex Sveciæ commotus fuit Curlandiæ Ducem cuſtodiæ tradere. Holmiæ An. 1658. in 4.

*Fridericus Klinckou*, Pomeranus, Secretarius Illuſt. Cancellarii, & poſt Aſſeſſor Tribunalis Wiſmarienſis. Scripſit

I. Monumentum ſepulchrale in obitum Regis Sereniſſimi Caroli Guſtavi, impreſſum Holmiæ Anno 1660.

II. Monumentum ſepulchrale in obitum Johannis Caroli de la Gardie, Comitis in Leckö/ ibid. typis Meurerianis.

NB. *Chriſtophorus Gertnerus*, Miſnienſis, lingvarum exoticarum Profeſſor Holmenſis. Scripſit

I. Epigrammata varia, quorum quaterniones ſex curavit excudi Holmiæ in quarto, ut appellant, mox eadem recudi fecit in duodecimo, additis aliis. Neutra tamen editio plene perducta eſt ad finem.

II. Propempticum Gratulatorium, ad M. Juſtum Henricum Oldekop, Superintendentem Oſilienſem. Holmiæ per Hantſchenium Anno 1666.

III. Carmen Elegiacum in funere Illuſtr. Comitis Magni Gabrielis de la Gardie junioris. Holmiæ Anno 1667.

*M. Chri-*

Digitized by Google

*M. Chriſtophorus Bezelius*, Magdeburgenſis, Paſtor Eccleſiæ Germanicæ Holmenſium. Edidit NB.

I. Concionem ſacram ſuper Evangelium Dominicæ V. poſt Trinitatis. Holmiæ anno 1655. in 4.

II. Aliam in dictum Luc. II, 21. ibid. An. 1671.

III. Aliam in dictum Marc. VIII. anno 1677.

IV. In diem ſecundum pœnitentialiam ſolennium An. 1676. ex Prov. I, 22. ad fin. ibid. per Henr. Keyſer/ in 8.

V. Conciones funebres plures diverſis occaſionibus & temporibus publicatas, ſermone Germanico ſicut & ſuperius memorata.

*Laurentius Fridericus Peringerus*, Germanus, Poëſeos & Hiſtoriarum Lector in Gymnaſio Stregnenſi. Scripſit Septentrionalem Elegum in obitum Caroli Guſtavi Regis. Stregneſiæ per Brockenium Anno 1660. in 4. NB.

*Johannes Coſterus*, Lubecenſis, Medicinæ Doct. & Sereniſſ. Regis Sueciæ Caroli Guſtavi, & poſt Reginæ Hedwigis Eleonoræ Archiater. Publicavit NB.

I. Affectum totius corporis humani præcipuorum theoriam & praxin, Tabulis exhibitam. Francofurti apud Balthaſ. Chriſtoph. Wuſtium Anno 1663. in 4. Adjungitur

II. Auguſtiſſimi, glorioſiſſimæ memoriæ Caroli Guſtavi Regis Sveciæ &c. morbi & obitus Relatio Medica, eodem auctore.

*Jonas Rugman*, Islandus, Collegii Antiquitatum Adjunctus. Scripſit NB.

I. *Klaugu-grut*, h. e. Threnodiam de morte Illuſtriſſ. Comitis Magni Gabrielis de la Gardie, carmine

mine *Drott-Kuætt*, i. e. heroico, lingva veteri Gothica quæ & Islandica, ad imitationem vett. Skaldorum. Upſaliæ Anno 1664. in 4.

II. Fragmenta quædam LL veterum, collecta ex diverſis ſcriptoribus & Hiſtoriis lingva eadem. Ibid. Anno 1667. in 8.

III. Verſionem Sueticam Hiſtoriæ veteris Islandica lingva ſcriptæ de Regibus Norvagorum, quæ vulgo *Konunga Sagur* nuncupantur. Wiſingsburgi per Johannem Kankel Anno 1670. in folio.

IV. Monoſyllaba Islandica. Upſaliæ Anno 1676. 8. multo jam quam ante hac auctiora & emendatiora editioni novæ parata habet.

V. *Hlio is Grein*, artem Poëticam vett. Skaldorum, autore Snorrone Sturlæſonis Islando, verſione Latina brevique indice illuſtratam, prælo adornatam cum ſeqq.

VI. Hiſtoriam Olavi Tryggonis Regis Norvagiæ lingva veteri Gothica per Oddum Monachum circa Annum Chriſti CXVI. conſcriptam vertit in hodiernum idioma Sveonum.

VII. *Hava-mál*, gnomas ſive ſententias morales Regis Odini, qui vixit ante natum Chriſtum, translatas in Latinum cum notis Philologicis.

VIII. *Ligara Liod*, ſatyram lingva Islandica compoſitam per Dn. Godmundum Erlandi, cum verſione Svetica.

NB. *Petrus Winſtrupius*, Danus, Theol. Doctor, Epiſcopus Scaniæ, edidit in Svecia

I. Pandectarum Sacrorum ſeu Commentarii locupletiſſimi in hiſtoriam Servatoris ac Domini noſtri

noſtri Jeſu Chriſti ab Evangeliſta Matthæo conſcriptam, Tomum I. complectentem cap I. II. III. IV. V. Londini Scanorum propriis typis & ſumptibus Anno 1676. in fol.

II. Tomum II. qui cap VI. VII. VIII IX. X. continet, eodem anno ſub prælo ſud. ſſe ex Præfatione ad lectorem ſuperioris liquet; ubi ſimul diſtributio capitum operis reliquorum indicatur.

III. Orationem Synodicam de Calumniis & Calumniatoribus d. 11. Junii 16 7. memoriter recitatam. à ſtudioſo quodam peregrino, qui per Scaniam proficiſcens ad audiendum fortuito acceſſit, celeri calamo exceptam, & cum aliorum qui ſimul auſcultabant annotationibus collatam. ibid. anno eod. 4.

IV. Concionem ſacram in inauguratione Academiæ Lundenſis Scanorum Carolinæ, die 28. Jan. 1668. habitam ex 1. Reg. VIII. 17. 18. 19. 20. ſermone Danico. Malmogiæ eod. Anno in 4.

V. Orationem Synodicam de Academiis in genere & præcipue de nova Gothorum Academia Carolina ac Londinenſi in Ducatu Scaniæ d. 26. Martii anno 1678. ex memoria dictam. Londini Scanorum eod. an. 4.

*M. Johannes Gerdeſſen*, Wiſmarienſis, Paſtor ... ibidem ad D. Georgii, poſt Eccleſiæ Holmenſium Germanicæ. Ejus ſunt

I. Salve Holmia, concio ſacra lingva Germanica, ſicut ſeqq. ex Act. XX, 28. edita Holmiæ anno 1666. in 4.

II. Salve Chriſtianum, cum primum Carolus XI. & Regina mater privilegiis dotatam Eccleſiam

Germ. Holmenſem inviſerent Dominica XIV. poſt Trinit. Anno 1672. ibid. ex officina Meureriana.

III. Conciones funebres variis temporibus & occaſionibus habitæ Holmiæque editæ.

NB. *M. Nicolaus* Weſtermann/ Lubecenſis, Paſtor Eccleſiæ Germanicæ Gothoburgi. Scripſit

I. Salutiferum munus Genethliacum concionem ſacram lingva Germanica ex Eſai. IX, 6. editam Gothoburgi anno 1666. in 4.

II. Concionem in Inauguratione Eccleſiæ Germanicæ Gothoburgenſis, d. 11. Auguſti anno 1672. habitam ex Luc. XIX, 46. editam ibid. eadem lingua.

*Ambroſius Frediani*, Italus ex Tuſcia, Lingvæ Italicæ Informator in Academia Upſalienſi. Edidit breviſſimam & perfectisſimam informationem Grammaticam lingvæ Italicæ, cum Adverbiis, Proverbiis & Dialogis aliquibus lingva Italica conſcriptam. Upſaliæ per Henr. Curio anno 1667. in 8.

NB *M. Johannes Herbinius*, Sileſius, Eccleſiarum Auguſtanæ Confeſſionis per Poloniam ad diverſos per Europam populos ablegatus, & ad tempus Scholæ Germanorum apud Holmenſes Rector. Publicavit

I. Calendas Feſtivas anni 1667. quas Archiepiſcopo, Epiſcopis, Academiæ Upſalienſi, Superintendentibus, eorumque Eccleſiis nuncupat. Holmiæ per Hantſchenium anno 1667. in fol. & mox in 4to.

II. Tragico-Comœdiam & ludos innocuos de Juliano Imperatore Apoſtata, Eccleſiarum & Scholarum everſore, idiomate Latino, Holmiæ per eundem anno 1668.

Samuel

*Samuel Pufendorf*, Miſnicus, Juris Naturæ & Gentium Profeſſor in Academia Carolina Scaniæ, nunc Secretarius & Hiſtoriographus Regius, præter alibi ſcripta edidit NB.

I. De Jure Naturæ & Gentium libros octo Lundini Scanorum typis Viri Habberegger. A. 1672. in 4.

II. De Officio hominis & Civis juxta Legem Naturalem libros duos, ibid. per eund. an. 1673. in 8.

III. Apologiam pro ſe & ſuo libro adverſus Autorem Famoſi libelli. Lipſiæ anno 1674.

IV. Diſſertationes Academicas ſelectiores. Lundini Scanorum typis Viri Habberegger anno 1675.

V. Specimen controverſiarum circa Jus Naturæ ipſi motarum. Osnabrugi, typis Johannis Georgii Schwænderi anno 1678.

VI. Introductionem ad Hiſtoriam recentem è Germanica lingva in Suecicam translatam. Holmiæ per Henricum Keyſer anno 1680. in 4.

*Olaus Suenonis Lemvig*, Danus, Paſtor in Inſula Bornholm, poſtea in Svecia exul. Edidit

I. Succum Cedrorum Libani, ſive meditationes ſacras ſuper dictis Prov. XXIII, 15. 1. Cor. IX, 24. Joſ. XXIII, 2. Eccleſiaſt. VII, 17. 1. Theſſal. V, 19. ſermone Suetico ſicut & quæ ſeqvuntur. Holmiæ ex officina Henr. Keyſer per Laurentium Hanſon Wall anno 1672. in 8.

II. Succi Cedrorum partem alteram, continentem Medicamentum pro cordibus ægris & ſauciis. ibid. per Johan. Georg Eberdt anno 1673. in 8. cui adjunguntur

III. Concio ſacra in Evangelium Dominicæ Judica

dica ex Johan. VIII, 46. ſeqq. Anno 1673. habita.

IV. Meditationes in diem Paſſionis Chriſti pro concione habitæ, dicto anno ex Eſa. LXIII, 3.

V. M. Henrici Schmith Meditationes utiles & neceſſarias iis, qui in matrimonio vivere deſiderant, ex Anglico verſas in Sveticum. Holmiæ per Henr. Keiſer 1672. in 8.

VI. Calendarium ſpirituale, ſive Meditationes de Morte. ibidem anno eod. in 8.

VII. Artem cognoſcendi homines, ſemetipſum & alios, ſive virtutum ac vitiorum demonſtrationem vivam. ibid. per Eberdtum Anno 1673. in 8.

VIII. Salomonis Ethicam, Politicam, Oeconomicam. ibid ex offic. Henr. Keiſer per Laurentium Larſon Wall/ Anno eod. in 8.

IX. Strenam perpetuam ſeu meditationes ſacras in verba 1. Petr. I, 2. Holmiæ per Eberdtum Anno 1674. in 8.

X. Meditationes de S. Cœna Domini. ibid. per eundem Anno 1677. in 8. Conf. p. 344.

NB *Juſtus Henricus Oldekop*, Saxo, Theologiæ Doctor, ut & Arensburgi & per Inſulam Oeſiliam Superintendens. Scripſit

I. De Epiſcoporum virtutibus & vitiis, Diſſertationem Theologicam Inauguralem, excuſam Upſaliæ per Henr. Curio Anno 1668. in 4.

II. De ordine Politico Diſſertationes Theologicas, quarum prima, præmiſſis quibusdam de III. vitæ ordinibus, Magiſtratus conſtitutionem ac dignitatem exhibens, vulgari cœpta eſt ibidem in 4. ſed ad finem non perducta.

III. Con-

Digitized by Google

III Conciones aliquot ſacras, Germanico idiomate, diverſis temporibus & cauſis editas.

*M. Johannes Cölerus*, Saxo, Scholæ Germanorum apud Holmenſes Rector, poſt Paſtor Eccleſiæ Germanicæ apud Norcopenſes. Edidit

I. Programma Actus fabuloſi, Parnaſſum de Studiorum impedimentis perorantem repræſentantis. Holmiæ Anno 1668.

II. Programma Actus alterius, cujus titulus, Regii ſplendoris theatrum ob feliciter exactum à Carolo decimum tertium ætatis annum. Holmiæ typis Meurerianis Anno 1668.

III. Ordinem Garterium, id eſt, Actum narrationis ſolennis, cum Sereniſſimus Carolus XI. Regii Ordinis Garterii Societatem adiiſſet, cooptatus ei à Carolo II Rege Angliæ. Holmiæ typis Wankifii Anno 1669. in fol.

IV. Styli Exercitationes de Naturæ mirandis. Agitur in iis: 1. De Cometarum natura. 2. De Aquila. 3. De Fonte S. Erici Upſalienſi. 4. De Leone. 5. De Noctambulonibus. 6. De Tabaci natura, uſu & abuſu. 7. De Digitis. 8. De Eteſiis. Holmiæ per eundem Anno 1670. in fol.

V. Sacram navigandi artem, ſive Concionem in Evangelium diei Circumciſionis Domini ex Luc. II, 21. Anno 1679. habitam. ſermone Germanico. Holmiæ per H. Keiſer. in 4.

*Chriſtianus Caſſius*, Holſatus, Eloquentiæ ac Poëſeos Profeſſ. Lundis in Scania. Edidit Orationem gratulatoriam in Adventum Illuſtriſſimorum Dominorum Johannis Gyldenſtierna & Claudii Roh- NB.

Iamb, rerum per Scaniam conſtituendarum cauſa. Londini typis Viri Habberegger anno 1670.

*M. Martinus Blachius*, Selandus, Concionator Regius, poſt Paſtor Eccleſiæ Ridderholmenſis, edidit conciones aliquot funebres, quarum

I. In obitum Arnoldi Reuter-Crantz / ex Eſai. XLIII, 12. lingua Suetica, ſicut & ſeqq. Holmiæ per Wankiſium anno 1670. in 4.

II. Magdalenæ Reenfeldt / ejusque liberorum Mariæ Annæ & Guſtavi Reuter-Crantz / ex Pſalm. XXV, 16. 17. 18. ibid. per eund. anno 1671.

III. Beatæ Margaretæ Båat & Magdalenæ conjugis atque filiæ Illuſtr. Dn. Jacobi Fleming / ex Rom. XIV, 7. 8. ibid. anno 1672.

IV. Achatii Koſſe/ex Jon. II, 3. 4. ibidem Anno 1673.

*Blaſius Ludovicus Teppati*, Pedemontanus-Italus, linguarum Italicæ ac Gallicæ Informator Upſaliæ, deinde Holmiæ. Scripſit

I. Orationem Introductoriam habitam in Academia Upſalienſi, cum Gallicam linguam docendi munus adgrederetur. Excudit Henr. Curio Anno 1671. in fol.

II. Carmen Italicum ad Illuſtriſſ. Comitem Axelium Oxenſtierna, cum depoſito Rectoratu Upſalienſis Academiæ abitum pararet. Holmiæ per Wankiſ. Anno 1671.

III. Carmen Italicum in diſceſſum Dom. Henrici Schelii, Comitis Axelii Aulæ Magiſtri. ibidem per eundem.

IV. Carmen Italicum gratulatorium ad Regem

Caro-

Carolum, cum primum ingreſſus eſſet Senatum.. Ibid. Anno 1672.

V. Grammaticam Gallicam, ſeu ut ipſe vocat ſpecimen Latino-Svetico-Germanicum Tyrocinii lingvæ Gallicæ. Ibid. per eundem Anno 1672. in 8.

*M. Joachimus Sellius*, Parchimo-Megapolitanus, Illuſtriſſ. Regni Cancellario a concionibus ſacris, nunc Paſtor & Præp. Habſalenſis,

I. De Dæmonum actionibus tranſeuntibus, Diſputatio Academica inauguralis Holmiæ per Wankifium Anno 1671. in 4.

II. Concio valedictoria Stokholmenſis, ad Illuſtriſſ. Regni Cancellarium habita Dominica II. poſt Trinit. in verba Pſal. XXXV, 3. Idiomate Germanico Holmiæ per Eberdtum Anno 1675. in 4.

*Georgius Holyk*, Bohemus, Paſtor exulum Lutheranorum ex Bohemia, & in Sveciam opis efflagitandæ cauſa miſſus. Edidit Querelas & lachrymas Bohemicas, id eſt brevem & veram commemorationem miſerrimæ conditionis, in qua vere Evangelici Chriſtiani conſtituti ſunt in Bohemia, ab ipſo ſcriptas Germanico ſermone. Sed libellus publicatus eſt ſermone Svetico, Upſaliæ per Henr. Curio Anno 1672. in 8.

*Jacobus Helvigius*, Berlinus Theol. Doctor, Paſtor ibidem ad S. Mariam, poſt Paſtor Eccleſiæ Germanicæ Holmenſium, nunc Epiſcopus Revalienſis. Edidit.

I. In Epiſtolæ ad Rom. XVI, 20. Concionem ſacram lingva Germanica Holmiæ An. 1625. in 4.

II. In Evangelium Dominicæ II. poſt Trinita-

tis ex Luc. XV. 16. ſeqq. eodem ſermone. Ibid. per Wankiſium Anno 1676. in 4.

III. Johannis Georgii Dorſchei Conſilium & cogitationes ſuper crudelitate Sathanæ exercita in liberos Parchimi Megapolitanorum An. 1656. ab autore conſcriptas eadem lingva Holmiæ per eund. Anno 1676. in 4.

IV. Conciones funebres diverſis temporibus habitas.

NB. *Johannes* Uppendorff/ Holſatus, Scholæ Germanorum apud Holmenſes Rector, præter alibi publicata, edidit hic

I. Gratulationem, cum imperii gubernacula capeſſeret Rex Carolus XI. Holmiæ typis Wankiſianis Anno 1672.

II. Hiſtoriam Reformationis Eccleſiaſt. per Lutherum factæ, actu Comico-Oratorio expreſſam. Holmiæ per Eberdtum Anno 1673.

III. Programma Actus oratorii, referentis pleraque memorabilia Reſurrectionis Chriſti Holmiæ Anno 1674.

IV. Gloriæ Reverendiſſimi Epiſcopatus Helvigiani ſacrum, ſeu gratulationem ad Doct. Jacobum Helwig, hactenus Eccleſiæ Germanicæ apud Holmenſes Paſtorem, cum factus eſſet Epiſcopus Revalienſis. Holmiæ literis Eberdti Anno 1677. in 4.

*Adamus Styla*, Polonus, lingvæ Italicæ Informator Holmiæ. Edidit Grammaticam Germanico-Italicam, Holmiæ per Wankiſium An. 1674. ſumptu ſuo. in 8.

*Ma-*

Digitized by Google

*Matthias Demoſcb*, exul Hungarus. Edidit Decadem Lamentorum Hungariæ. Excuſa eſt typis Holmiæ per Johannem Georgium Eberdt Anno 1674. in 4.

*Johannes* Kankel / Wolgaſto-Pomeranus, Typographus Illuſtriſſ. Regni Drotzeti in Wiſings-burg / Deſcriptionem peregrinationis Indiæ occidentalis ab An. 1630. ad An. 1645. Amſtelodamo ad S. Jotis de Mina caſtellum Africæ peractæ a Michaële Hemmerſam / cive Norinbergenſe in idioma Sveticum tranſtulit & edidit Anno 1674. in 4.

*Jacobus Ogilvij*, Scotus, Major, de Exercitiis militaribus peditum, quæ haſtis & Muſquetis peragi ſolent, librum ſermone Germanico conſcripſit edidítq́; Holmiæ per Wankiſium Anno 1674. in 8.

*Antonius* Elers / Germanus, ſcripſit Epigrammata Miſcellanea idiomate Germanico. Holmiæ per Eberdtum Anno 1675. in 4.

*M. Johannes Otto Burchardus*, Parchimo-Megapolitanus Paſtor Eccleſ. Germanicæ Gothoburgi edidit Euchariſtiam Paulinam ex 1. Tim. I, 12. Concione ſacra propoſitam in introitu ad dictam Eccleſiam, idiomate Germanico Gothoburgi An. 1675. in 4.

*Jacobus Huber*, Briga-Sileſius, Carmina quæ ſua lingva Galli Sonettos appellare conſveverunt, ex Gallico traducta in idioma Germanicum, ſacra, libri IV. comprehenſa edidit Holmiæ per Eberdtum Anno 1679. in 8.

*Johannes Elledurt*, Gallus edidit methodum curioſam lingvam Gallicam addiſcendi. Holmiæ per Wankiſium Anno 1679. in 8.

Ap-

Digitized by Google

# APPENDIX,

In quo exhibentur

# FINNICÆ GENTIS

Scriptores nonnulli.

NB. M. *Michael Agricola*, Nylandia Finno, Rector Scholæ Aboenſis, poſt Paſtor, & poſtremo Epiſcopus. Ab eo habentur

I. Novum Teſtamentum, tranſlatum in lingvam Finnonicam, impreſſum Holmiæ An. 1548. Meminit Meſſenius in Chronico Epiſcoporum, item Baazius in Hiſtoria Eccleſiaſtica Lib. II. c. 2.

II. Rituale Eccleſiæ ab Erroribus Pontificiorum repurgatum, lingva Finnonica, publicatum tempore eodem

III. Pſalterium Davidis dicta lingva.

IV. Hymni Eccleſiaſtici, tranſlati in lingvam eandem.

NB. *M. Paulus Juſten*, Ludi-Rector primum Abogienſis, hinc Epiſcopus Wiburgenſis & denique Aboenſis, ſcripſit Chronicon Epiſcoporum Finlandenſium, quod ſubſiſtit in ejus anteceſſore M. Petro Follingio. Libri hujus nondum editi exemplum manuſcriptum in ſua ſervat Bibliotheca Dn. Elias Brenner.

*M. Jacobus Finno*, Paſtor Eccleſiæ Aboënſis. Edidit

I. Cantiones pias Epiſcoporum veterum in inclyto Regno Sveciæ, præſertim magno Ducatu Finlandiæ

landiæ uſurpatas, ſermone Latino cũ notis muſicalibus opera & impenſis Theodori Petri Rutha, Viri Nobilis Nylandenſis, Gryphiswaldiæ An. 1582. & ſecunda vice Roſtochii An. 1625. ſumptibus fratrum fratrueliumque dicti Theodori.

II. Hymnos Eccleſiaſticos Finnici idiomatis auctos, qui deinde cum aliis ſcriptis ad pietatem compoſitis, multis iteratisque vicibus & Aboæ, & Holmiæ ab illo tempore variis formis prodiere.

III. Librum precum publicarum & privatarum, ab eodem auctum atque excuſum ibidem.

*Sigfridus Aronis Forſius*, vid. ſupra p. 68.

*Johannes Raumannus*, vid. p. 76.

*Hemmingius H.* Paſtor Maſchoenſis. Partem maximam cantionum veterum a M. Jacobo editarum reddidit rhytmis Finnicis cum præfatione, in qua celebrantur tanquam teſtimonium veritatis orthodoxæ in piis Septentrionalibus ſub tyrannide Papali latentibus. Excuſæ ſunt Holmiæ An. 1616.

*M. Ericus Erici*, Epiſcopus Aboenſis. Edidit

I. Rituale Eccleſiaſticum (vulgo manuale, Svetice Handboken/ Finnice Käſikiria) ad formam illius, quod in Concilio Upſalienſi An. 1593. approbatum, Finnice emendatum dedit, impreſſum Holmiæ 1599. & ſecunda vice 1608. tertia 1614. & quarta vice 1639. quam editionem ultimam Holmenſem curatam per M. Olaum Elimæum, Epiſcopum Viburgenſem recudi fecit ſuis ſumptibus D. Johan Gezelius Epiſcopus Aboenſis Aboæ An. 1670.

II. Expli-

II. Explicationem Catechiſmi prolixiorem. Holmiæ Anno 1614.

III. Poſtilla ſive Expoſitionem Evangeliorum Dominicalium Finnonice. Holmiæ Anno 1625.

*Johannes Petri*, Finno, precum piarum magnum numerum lingva Finnonica edi fecit Holmiæ Anno 1615. quæ ſecunda vice impreſſæ ſunt Aboæ 16[illegible]9.

*M. Matthias Jacobæus*, Viburgo-Carelius, ejus eſt Φανέρωσις τοῦ Θεοῦ ἐν σαρκὶ ex 1. Tim. III, 16. Theſes Theologicæ editæ Gieſſæ per Caſparum Chemlinum Anno 1619. in 4.

*Ericus Petreius* edidit Catechiſmum Finnonice, excuſum Holmiæ Anno 1629.

*M. Thomas Florinus*, Theologiæ Lector in Gymnaſio Aboenſi, poſtea Paſtor Vaſenſis, edidit prolixam explicationem Catecheſeos minoris B. Lutheri ad rudiorum captum accommodatam, ſermone Latino, propoſitam publice Anno 1628, ſed poſt demum typis vulgatam Holmiæ Anno 1634.

*Jacobus Petræus*, Paſtor Naguenſis, concionem funebrem edidit ſuper obitu Guſtavi Adolphi Magni ex 2. Paral. XXXV. & 2. Reg. XXIII. Holmiæ per Meurerum Anno 1634. in 4. ſermone Svetico.

*M. Martinus Stodius*, Lingvarum Orientalium Profeſſor in Academia Aboenſi. In interpretatione Bibliorum & translatione in lingvam Finnonicam ſociatam operam præſtitit Eſchillo Petræo, una cum Georgio Matthæi, Paſtore Pikenſi, & Henrico Hoffman, Paſtore Maſchoenſi.

Geor.

Digitized by Google

*Georgius Alanus*, Theolog. Doctor, Profeſſor & Paſtor Aboenſis: Scripſit NB:

I. Diſputationes in Formulam Concordiæ.

II. Commentarium in Hoſeam. Utriusque operis pars non exigua excuſa eſt, neutrum tamen plene abſolutum per auctoris mortem.

III. Conciones funebres diverſis annis editas.

IV. Diſputationem gradualem de æterna filiorum DEI prædeſtinatione. Aboæ An. 1660. in 4.

V. Concionem de Angelis idiomate Fennico. Ibid. Anno 1668 in 4.

*Martinus A. Vargius*, Bothnienſis. Ejus eſt brevis & ſuccincta commendatio Bothniæ orientalis, edita Aboæ Anno 1643. in 4.

*Laurentius Petri*, Aboenſis, Paſtor & Præpoſitus Tammelenſis. Edidit

I. Conciones lingva Finnonica conſcriptas in Confeſſionem publicam pœnitentialem, & in conſecrationes gratiasq; menſales. Aboæ Anno 1644.

II. Conciones in B. Lutheri benedictiones matutinas & veſpertinas eadem lingva. Ibid. An. eod.

III. Synopſin Chronologiæ Finnonicæ præcipue Epiſcoporum Finlandenſium Rhytmis Finnonicis compoſitam. Aboæ An. 1658. & ſecunda vice Anno 1671. in 8.

*Johannes Schæperus*, Aboenſis, primum Secretarius caſtrenſis in bello Polonico, tum Advocatus Fiſci in Dicaſterio Reg. Aboenſi, nunc Conſul Aboenſis. Scripſit

I. Finnoniæ Elogia, oratione comprehenſa. Dorpati Livonorum Anno 1650. in 4.

I. Aure-

II. Aureas Sententias ex S. Bibliis, variisque autoribus tam ſacris quam profanis ſelectas, & in 52. claſſes diſtinctas. Aboæ An. 1671. in 12. Sed & non ſemel antea typis deſcriptas.

*M. Jacobus Raumannus*, Paſtor & Præpoſitus Birkalenſis, edidit

I. Auguſtanæ Confeſſionis, Trium Symbolorum Oecumenicorum, & Decreti concilii Upſalienſis Anno 1593. facti novam verſionem, quæ ſub titulo confeſſionis fidei publicata eſt Holmiæ, Svetico & Finnonico ſermone Anno 1651.

II. Catechiſmum majorem Lutheri, lingva Finnonica. Aboæ impenſis Regiis Anno 1674.

III. Articulos Smalcaldicos. item

IV. Preces & Orationes pias Avenarii tranſtulit in lingvam Finnonicam cum nonnullis aliis, quæ vulgabit, cum ſe dabit occaſio.

*Thomas Rajalenius*, Paſtor Tyrvenſis. Edidit

I. Conciones Finnico ſermone in Evangelia feriæ ſecundæ & tertiæ rogationum.

II. De S. Cœna, Paſſione Chriſti ex Johannis XIX, 5. item ſepultura conciones. Editæ ſunt junctim Aboæ Anno 1654.

NB. *M. Henricus Carſtenius*, Paſtor & Præp. nunc Epiſcopus Viburgenſis. Scripſit

I. Cantionem Cygneam Domini noſtri JESU Chriſti, ſeu meditationes in verba ſeptem à Chriſto prolata in cruce, Svetico ſermone. Editæ ſunt Holmiæ per Henr. Keyſer Anno 1656. in 8.

II. Concionem funebrem in obitum Heblæ Johan-

hannis Filiæ, ex Sap. IV, 7. ad 14. ſermone ſimiliter Svetico, ſicut & ſeqq. Aboæ Anno 166 in 4.

III. In obitum Annæ Hörnichs / ex Thren. III, 26. ad 29. Ibid. Anno 1670.

IV. In obitum Annæ Creutz/Virginis, L. Baroniſſæ in Caſaritz ex Sap. III, 1. ad 8. ibid. A. 1674. 4.

*M. Abrahamus Ikalenſis*, Paſtor Ikalenſis, ſcrip.

I. Conciones ſacras lingva Finnonica in Hiſtoriam Paſſionis Dominicæ, quas excudi fecit Aboæ, Anno 1659.

II. Concionem funebrem in obitum Dn. Joh. Collini ex 2. Tim. IV, 18. Aboæ Anno 1671. in 4.

*M. Andreas Thuronius*, Logices & Phyſices Profeſſor Aboenſis. In publicum dedit NB.

I. Inſtitutiones Logicas, excuſas Aboæ Anno 1660. in 8.

II. Inſtitutiones Metaphyſicas, excuſas ibidem Anno 1664. in 8.

III. Idem Inſtitutiones Phyſicas adgreſſus eſt ſcribere, ſed præventus fatis, abſolvere deſtinata non potuit. in 8.

*M. Axelius* Kempe / Oſtrobothnienſis, Profeſſor Philoſophiæ moralis & Hiſtoriarum, poſt Juris in Academia Aboenſi. Publicavit NB.

I. Ethicam, quæ in lucem primum miſſa eſt Aboæ An. 1662. & poſt vicibus duabus recuſa. in 8.

II. Politicam inchoavit & ad dimidium perfecit. Ibid. Anno 1664. in 8.

*M. Jacobus Flachſenius*, Logices in dicta Academia Profeſſor. Scripſit NB.

Torſtenius Johannis 98
Valentinus Muſculus 301
Wilhelmus Lyſerus 287
Simonius 282
Vlpho Amberni, Legiſ. [illegible] [illegible]
Monachus 12
Vno Joan Terſerus 244
Vrbanus Hiärne 238
Zacharias Georgii 128
Humerus 209
Klingius [illegible]

Digitized by Google

# JOHANNIS MOLLERI,
Flensburgo-Cimbri,
*ad*
# SVECIAM LITERATAM
JOHANNIS SCHEFFERI
# HYPOMNEMATA
Hiſtorico-Critica
Paucula,
è pluribus ſelecta.

Digitized by Google

Digitized by Google

# Ad PRÆFAT. lit. a. 4. a.

Index, qvem Schefferus exhibet, Autorum, de Gentium ſingularum Scriptoribus, Viriſqve Eruditis, commentatorum, brevior eſt Juſto, & admodum imperfectus. Pleniorem & accuratiorem illorum Recenſum, poſt Phil. Labbeum (*in Bibliotheca Bibliothecarum,*) hujusqve Continuatorem, Ant. Teiſſerium (*in Catal. Catalogorum,*) repræſentarunt J. Henr. Hottingerus *in Proleg. Biblioth. Qvadrip. p. 9. 10.* Nicol. Antonius *in Præfat. Biblioth. Hiſpan.* J. And. Boſius *in Diſſ. de Notit. Scr. Eccl. c. 5.* Val. Henr. Voglerus *in Introd. ad Notit. Ben. Scriptt. c. 17. - 25. p. 76. - 95.* Henr. Meibomius Jun. *in Auctariis Introd. Voglerianæ,* Adr. Bailletus *en le Jugement des Sçavans, T. II. P. I. c. 4. p. 138. - 189.* & Dan. Georg. Morhofius *in Polyhiſt. Lit. P. I. L. 1. c. 18.* Pleniſſime, & ex profeſſo, Argumentum iſtud pertractabit noſter de iisdem Scriptoribus Commentarius, ſub *Apparatus ad Notitiam Reip. Eccleſiaſtico-Literariæ Geographicam* Titulo, olim *prodituru*s.

Ad Præfat. lit. a. 6. b. Recte omnino Auctor nominare, in Catalogo hoc, ſuperſedit illos, qvos Gentis Sveticæ eſſe haud liqvidò conſtaret. Hinc nullam apud eum obſervabis Mentionem *Zamolxis,* Antiqviſſimi Getarum Legislatoris, a Car.

 Lun-

Digitized by Google

Digitized by Google

# Ad PRÆFAT. lit. a. 4. a.

Index, qvem Schefferus exhibet, Autorum, de Gentium ſingularum Scriptoribus, Viriſqve Eruditis, commentatorum, brevior eſt Juſto, & admodum imperfectus. Pleniorem & accuratiorem illorum Recenſum, poſt Phil. Labbeum (*in Bibliotheca Bibliothecarum,*) hujusqve Continuatorem, Ant. Teiſerium (*in Catal. Catalogorum,*) repræſentarunt J. Henr. Hottingerus *in Proleg. Biblioth. Qvadrip. p. 9. 10.* Nicol. Antonius *in Præfat. Biblioth. Hiſpan.* J. And. Boſius *in Diſſ. de Notit. Scr. Eccl. c. 5.* Val. Henr. Voglerus *in Introd. ad Notit. Ben. Scriptt. c. 17. - 25. p. 76. - 95.* Henr. Meibomius Jun. *in Auctariis Introd. Voglerianæ,* Adr. Bailetus *en le Jugement des Sçavans, T. 11. P. I. c. 4. p. 138. - 189.* & Dan. Georg. Morhofius *in Polyhiſt. Lit. P. I. L. 1. c. 18.* Pleniſſime, & ex profeſſo, Argumentum iſtud pertractabit noſter de iisdem Scriptoribus Commentarius, ſub *Apparatus ad Notitiam Reip. Eccleſiaſtico-, Literariæ Geographicam* Titulo, olim *prodituros.*

Ad Præfat. lit. a. 6. b. Recte omnino Auctor nominare, in Catalogo hoc, ſuperſedit illos, qvos Gentis Sveticæ eſſe haud liqvidò conſtaret. Hinc nullam apud eum obſervabis Mentionem *Zamolxis,* Antiqviſſimi Getarum Legiſlatoris, a Car.



Digitized by Google

Lundio, Acad. Upſal. JCto, *Diſſ.* peculiari, Anno 1687. Svecis operoſe qvidem, ſed parum feliciter, vindicati; nullam *Ulphilæ*, Epiſcopi & Metaphraſtæ N. T. Seculo IV. Gothici; nullam Ablavii, Hiſtorici ejusdem Gentis Vetuſti, &, qvi Popularis hujus ſui veſtigia Seculo VI. preſſit, Jornandis, Ravennatis Eccleſiæ Præſulis. Licet enim & hos, eo qvod Gothi ortu fuerint, Scriptores Sveciæ moderni ſuis annumerent, merito tamen ab Autore noſtro ſunt omiſſi, cum, e qvonam Orbis Tractu, Gothiane Svedica, an Jutia Danica, an vero Sarmatia, Gothi prodierint,

*Hiſtorici certent, & adhuc ſub Judice lis ſit.*

## AD LIBRI IPSIUS Pag. I.

Ex hoc Schefferi, Scaldrorum, ſive Poetarum Septentrionis Vetuſtorum, Ætatis pariter atqve Hiſtoriæ Incertitudinem ingenue agnoſcentis, iſtamqve ob cauſam Recenſum Scriptorum Sveciæ a Seculo demum XII. auſpicantis, Procemio, Ol. Rudbeckii, Poeſin in Svecia ante, qvam in Germania, floruiſſe perſuaſi, Gloriationem dextre, κατ᾽ ἄνθρωπον, refellit Morhoſius *in Tr. de Germanorum Lingva & Poeſi* Germanico; *P. II. c. 8. p. 398. 399. 400.* Autores de Scaldrorum (qvorum plures Svecis, e Catalogo Wormiano, annumerare Scheffero licuiſſet) Hiſtoria & Poematis conſulendos, in *Hypomnematis ad Præfat.* Alb. Bartholini *Libro de Scriptis Danorum* præmiſſam, jam indicavimus.

Ad p. I. STARCATHERI Scripta de Bellis, qvibus interfuit, e Saxone, etiam Alb. Krantzius

me-

memorat *Lib. 2. Daniæ, c. 11.* Patriamqve illi *L. 1. c. 35.* aſſignat Eſthoniam, Livoniæ modernæ Provinciam Scaldris accenſetur in *Catalogo* illorum Antiqvo, per Wormium edito, Rythmos ejus Scriptoris ſui ævo adhuc ſuperfuiſſe affirmante. Fabuſis, de Danorum hoc Achille & Neſtore, qvoad ætatem pariter atqve prudentiam, Triſeclisene, vulgaribus immorari haud vacat. Conſulantur de illis Saxo, Krantzius, Huitfeldius, cœterique Daniæ Hiſtorici, in Frothonis IV. & qvatuordecim iſtius Succeſſorum, qvibus omnibus Gigas hic vivaciſſimus coævus ac ſuperſtes fuiſſe perhibetur, Hiſtoria.

Ad p. 4. De CONCILIO adverſus Conjugia Clericorum SCHENINGENSI, qvod Gvilhelmus, Card. & Epiſc. Sabinenſis, Gregorii IX. Legatus, A. 1240. convocavit & moderatus eſt. V. Joh. Meſſenii *Chronicon. Epiſcc. Sveciæ,* Lipſiæ recenſum, *c. 5. p. 36. 37. & c. 13. p. 165.*

Ad p. 5. JAC. ERLANDI Folchoni An. 1277. in Archiepiſcopatu Upſalienſi, ſucceſſit, & 8. Kal. Nov. An. 1281. eſt defunctus. V. Meſſen. *l. c. c. 5. p. 38. 39.* Diſtingvendus probe eſt a Jacobo Erlandi, Epiſcopo in Dania initio Rœskildenſi, & dein Archiepiſcopo, ab An. 1249. ad Emortualem 1274. Lundenſi, præſule ambitioſo & turbulento, ipſi σύγχρονῳ, de qvo Har. Huitfeldius, *in Chron. Epiſcc. Daniæ p. 59. 60.* & *P. II. Chronici Daniæ Politici pag. 212. - 275.* multa congeſſit.

Ad p. 5. BIRGERUS PETRI Pater fuit S. Birgittæ, *p. 9.* commendatæ, in cujus Vita, apud Surium



Digitized by Google

aliosqve Sanctorum Biographos, complura de Animo ejus religioſo, ac Itineribus ſacris, narrantur.

Ad p. 6. BRINOLPHUS Epiſc. fuit Scarenſis per Annos 38. obiit die S. Dorotheæ An. 1317. ac in Concilio Conſtantienſi, 5. Kal. Maji An. 1416. in Erici XIII. Regis, Cleriqve Svedici, gratiam, Sanctis eſt annumeratus. V. Meſſenium *l. c. c. 8. pag. 107. 108.*

Ad p. 7. NICOL. ALLONIS, Archiepiſc. Upſalienſis An. 1291. electus, 2. Non. Febr. Anno 1305. obiit. V. Meſſenium *l. c. c. 5. p. 41. 42.*

Ad p. 7. M. ANDREAS, Præpoſ. Upſalienſis. De Collegio Svecorum, ejus munificentia, Pariſiis, in Studioſorum Gentis ſuæ gratiam, erecto. V. Joh. Schefferi *Exempla Gentis Sveticæ Memorabilia, c. 22. p. 146. 147. & Notas ad Anonymi Chronicon Archiepiſcc. Upſal. p. 121. 132.*

Ad. p. 7. ISRAEL ERLANDI, Andreæ, modo laudati, Frater, ex Monacho (juxta Schefferum, Franciſcano, juxta Meſſenium Dominicano) & Theol. Lectore Sigtonienſi, primus An. 1268. factus eſt Epiſc. Aroſienſis, mortuus autem An. 1291. V. Joh. Meſſenii *Chron Epiſcc. Sveciæ c. 10. p. 129. 130.* Cujus Relatio de Joh. Angelo, Viro Nobili, Iſraelis Parente, qvomodo cum Sheffero, Erlandi Nomen eidem, dum Joh. Hallervordii Errorem (*in Bibliotheca Curioſa p. 220.*) leviculum caſtigat, aſſerente, conciliari qveat, non video.

Ad p. 8. De MATTHIA, *h. l.* memorato.

Conf.

Digitized by Google

Conſ. Vitam Birgittæ, in Opere de Sanctis Suriano, *ad d. 23. Jul.* & in Franc. Haræi Epitome iſtius *pag. 661.*

Ad p. 8. 9. CHRONICON iſtud *Archiepiſcoporum* & Clericorum Upſalienſium, unicum eſt Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Svecanæ Veteris Monumentum, ex Antiqvitate reliqvum, ab Autore ſuo Anonymo, Presbytero haud dubie Upſalienſi, Sec. XIVto. ſcriptum, & a Chriſtianismi in Svecia primordiis, ad Hemmingi, Archiep. XVti, An. 1351. defuncti, tempora, diligentia mediocri, perductum, cui multa *Hiſtoriæ* ſuæ *Metropolitanæ* Joh. Magnus, mentem ejus non ubiqve aſſecutus, debuit. V. Scheffeſeri *Præfationem*, & Viri celeberrimi, Wilh. Ern. Tenzelii, Recenſum illius, in *Dialogis Menſtruis Germanicis, M. Febr. Anno 1690. p. 152. - 165.* obvium.

Ad p. 9. De INSTITUTIONIS REGIÆ αὐθεντότητι Editione priori Buræana conf. *p. 51.* Alteram, Svedico-Latinam, Anno 1669 in folio publicatam, Schefferus noſter, Juſſu Magni Gabrielis de la Gardie, Regni Svediæ Cancellarii (cujus ad Carolum XI. Principem tunc Juventutis, in ſpem Regni adoleſcentem, Epiſtola illi eſt præmiſſa) curavit, Notisqve Politicis elegantibus illuſtravit. Autor ejus præcipuis Pædagogiæ Regiæ Moralis Scriptoribus accenſetur a Morhofio *P. I. Polyhiſt. Lit. L. 2. c. 12. p. 461.*

Ad p. 9. BIRGITTA, de cujus Patre, Birgero Petri, Uplandiæ Legifero, paulo ante *ad p. 5* eſt dictum, Maritum habuit Ulphonem Gudma-

rum,

Digitized by Google

rum, Nericiæ Principem, Regniqve Sveciæ Senatorem, cui Filios IV. totidemqve Filias, ac in his Catharinam. Sanctitatis Maternæ Æmulam, eſt enixa. Poſt obitum Mariti, Vitam tandem Monaſticam, ſvaſu Uxoris amplexi, Novi hominum utriusqve Sexus Religioſorum, Loca in eodem Ædificio, incolentium diverſa, Ordinis, ab Alb. Krantzio *(L. 9. Metrop. c 52. & L. 10. Sax. c. 13.)* accuratius deſcripti, in Cœnobio Wadſtenenſi, a ſe condito, prima jecit Fundamenta, ac e Patria dein Romam digreſſa, Itinere Hieroſolymitano, Spiritusqve Prophetici ac Revelationum divinarum Charismatis, illic per luſtra aliqvot, inclaruiſſe perhibetur. Obiit, teſtibus Biographis, cœterisqve Hagiologis, Romæ d. 23. Jul. Anno. 1373. in cujus locum ſolus Ol. Roſenkrantzius, Baro Danicus Eruditus *(in Epiſt. de illa ad Thom. Bartholinum, Vol. II. Act. Med. Hafn. n. 23. p. 55. 56.)* Annum 1383. ſubſtituit. Cadaver, a Catharina Filia in Patriam deportatum, in Templo Wadſtenenſi qvieſcit. Cœlitum numero a Bonifacio IX. Pontif. Romano, Anno 1391. eſt adſcripta, cum, de Honore hoc poſthumo ipſi habendo, Catharina Filia, & Birgerus Gregorii, Præſul Upſalienſis, Gregorium XI. & Urbanum VI. jam ante ſæpius, ſed fruſtra, monuiſſent. Scripta, de Vita ipſius, Birgero Gregorii, modo laudato, Nicolao Scheningenſi, Epiſc. Lincopienſi, concinnata, atqve a Scheffero noſtro *(p. 10.)* & Joh. Meſſenio *(in Chron. Epiſcc. Sveciæ, c. 5. p. 44. c. 7. p. 84.)* memorata, haud dubie perierunt. Supereſt autem, præter Joh. Meſſenii *Chronicon S.*

*Bir-*

*Birgittæ & Ordinis ejus* ἀνέκδοτον, Scheffero *(p. 86.)* laudatum, Vita ejus Ἀνωνύμως, a Laur. Surio, Franc. Haræo, aliisqve Sanctorum Biographis, ad 23. Jul. exhibita, & cum Vita Catharinæ Filiæ (Ulphonem etiã Monachum, & Anonymum qvendam, teſte Scheffero *p. 12.* Rerum ſuarum nactæ Scriptores) quæ apud eosdem, ad d. 24. Mart. occurrit, omnino conferenda. Conſuli etiam de Birgitta merentur, præter Ol. Roſenkrantzium, jam allegatum, Alb. Krantzius *L. 9. Metrop. c. 48. 51. 52. L. 9. Saxoniæ c. 23. & L. 10. c. 13.* Joh. Schefferus *in Exemplis Memorab. Gentis Sveticæ, c. 1. p. 4.* Gvilh. Cavius *in Hiſt. Literaria Script. Eccleſ. Sec. 14.* Caſim. Oudinus *in Supplem. Scr. Eccl. p. 108. 643.* &, qvi hunc laudat, Cl. Tentzelius *in Dial. Menſtr. German. M. Febr. A. 1690. p. 158. - 161.* Har. it. Huitfeldius *T. II. Chronici Danici p. 491. 552. ac T. III. p. 590.* & Chriſt. Junckerus *in Centuria Fœminarum Eruditarum, Tractatui de Diariis Eruditorum adjecta, p. 24. 25. Revelationum* ejus *Libros VIII.* Svetice primum eſſe ſcriptos, deinde autem a Petro Olai, Catharinæ, Filiæ ipſius, Confeſſionario, Latine redditos, Schefferus *(p. 11.)* e Vaſtovio, narrat, Olai autem Magni *Epitomen* illarum duplicem, Romæ in fol. publicatam, *p. 27.* (e Joh. Meſſenii *Chronico Epiſc. Sveciæ, c. 5. p. 62.*) allegat. Hodie exſtant Libri earundem XII. Latine Lubecæ initio Anno 1492. & Romæ Anno 1556. in fol. deinde, cum Notis Conſalvi Duranti, Antw. Anno 1611. & Romæ Anno 1628. in fol. cum Indice autem qvadruplici Sim. Hörmanni, Ord. S. Salvatoris & S. Birgittæ Prio-

Prioris, Monachii An. 1681. in fol. editi, ac Germanico itidem Idiomate Norib. An. 1500. & 1521. in fol. Dillingæqve Anno 1569. in 8vo publicati. Qvi Birgittæ hos alteri, Laginenſi Scotæ, ſub Sec. VI. initia celebri, Annoqve 521. (juxta Jac. Tirini *Indicem Autorum, Commentario Biblico* præfixum) Kal. Febr. defunctæ, Choroqve Cœlitum pariter adſcriptæ, cum Jos. Simlero (*in Biblioth. p. 104.*) Jac Tirino (*l. c.*) & Corn. Beüghemio (*in Incunabulis Typographiæ p. 35.*) aliisqve ab Oudino & Tentzelio (*ll. cc.*) jam reprehenſis, parachroniſmo plusqvam VIII. Seculorum, tribuunt, Confuſionis τῶν Ὁμωνύμων a nobis, *in Homonymoscopia, P. II. c. 6. §. 24.* merito ſunt inſimulati. De Autoritate illarum Pontificii pleriqve præclare admodum ſentiunt, imprimis Alphonſus, Epiſc. Senenſis (idem, ni fallor, cum Eremita iſtius Nominis, Birgittæ Confeſſario, qvem Scriptorem earum eſſe, e Krantzio, *L. 9. Metrop. c. 48.* diſcas) in *Prologo*, Alb. Krantzius *L. 9. Metrop. c. 48. 51. 52. & L. 10. Saxon. c. 13.* Rob. Bellarminus *L. 1. de Indulg. c. 3.* & Franc. Coſterus, a Tentzelio allegatus *in Apol. contra Gomarum pag. 589.* abjectius autem, & merito qvidem, ob Fabulas, Errores, & crebra Superſtitionis Veſtigia, in illis obvia, Proteſtantes, &, hos inter, Caſim. Oudinus *l. c.* ac Joh. Wincklerus, Theol. Hamburg. cordatiſſimus in *Judicio* de Revelationibus nuperis Aſſeburgianis Vernaculo, *p. 69. 80. 81. 82.* Occurrunt tamen in illis Vaticinia nonulla, qvibus Eventus reſpondit. Qvale eſt iſtud de Chriſtierni II. Danorum & Svecorum Regis, Exilio, fruſtra ab ipſo, ante

te

Digitized by Google

teqvam Tempus illius Fatale ingrueret, exibilatum, de qvo Joh. Svaningius Sen. *in Hiſtoria Chriſtierni L. 2. c. 4. p. 143. - 148.* & Huitfeldius *T. VII. Chronici Danici p. 1152. 1153.* conſulendi. Invectivas ejus in Pontificum, & Cleri Romani, Vitia Matth. Flacius, *in Teſtium Veritatis*, quibus eam accenſet, *Catalogo, p. m. 528.* collegit. Sed non licet nobis, de Sibylla hac Arctoa, qvam Reginam Sveciæ fuiſſe Joh. Chriſtoph. Rumetſchius (*in Schediasm. de Hiſtoria Univerſali Theologorum Evangelicorum p. 64.*) falſo perhibet, plus juſto jam μακρολογεῖν.

Ad p. 10. BIRGERUS GREGORII, Archiepiſc. ab An. 1366. Upſalienſis, obiit V. Id. Maji An. 1383. V. Joh. Meſſenii *Chron. Epiſcc. Svec. c. 5. p. 44. 45.* De *Hiſtoria* ejus *Eccleſiaſtica Sveo-Gothica*, a Joh. Magno *L. 4. Hiſtoriæ Metropolitanæ* prolixe laudata; conf. J. Schefferi *Upſaliam p. 401.* & Joh. Hallervordii *Spicileg. de Hiſt. Lat. p. 44. 45.* de Vita autem Birgittæ, ab eo, vel Matre proprio, (uti Ol. Magnus & Meſſenius contendunt) exarata, vel (qvod Schefferus mavult) aliis ſaltem dictata, Ejusdem Schefferi *Notas ad Anonymi Chronicon Archiepiſcc. Upſal. p. 83. 84.* & Hallervordium *l. c.*

Ad p. 10. NICOLAUS SCHENINGENSIS, Epiſc. in Oſtrogothia, ab An. 1374. Lincopienſis, Haqvinum, Norwagiæ, & Albertum, Sveciæ, Reges, Anathemate percuſſit, Annoqve 1391. mortuus, hoc, in Æde Urbis Lincopienſis Cathedrali, obtinuit Epitaphium, Ævi ſui Sordes redolens, ac Scripta illius pleraqve recenſens;

*Hic*

Digitized by Google

*Hic Oſtrogothorum Præſul, Nicolaus, humatus,*
*Mens pia, Vas Morum, cœleſti Dogmate gratus;*
*Annam, Birgittam, ſolenniter hiſtoriavit,*
*Ansgarii Vitam ſolenni ſtilo decoravit.*

V. Meſſenii *Chron. Epiſcc. Svec. c. 7. p. 83. 84.* De Anonymi Biographia illius, Sudercopiæ An. 1523. excuſa, Conſule Schefferianum hunc Libellum *p. 18.* de *Vita* autem *Ansgarii*, ab ipſo conſcriptæ, Editione Arrheniana *p. 255. 256. 346.* Publicavit eam Claud. Arrhenius, Magni Gabrielis, Comitis de la Gardie, Magni Sveciæ Cancellarii, auſpiciis, e Codice Cœnobii Virginei, in Diœceſi Aboenſi, Nedendalenſis MSto ἀδεσπότῳ, Noſtroqve ductu Epitaphii, paulo ante recitati, aſſeruit. Eſt autem illa Verſio tantum Svecica Vitæ Ansgarii Latinæ, a Reimberto, Archiepiſcopo Hamburgenſi, illius ſucceſſore, concinnatæ, non ſolum a mente manuqve primi Autoris interdum recedens, ſed paſſim etiam mutila, ac integris Capitibus, imo ipſa Præfatione, partim Codicis, e qvo transfuſa eſt, Latini, partim Interpretis, culpa, Lectorem defraudat. V. Tentzelium, qvi Lacunas Verſionis hujus potiores enumerat, in ſuo Editionis Arrhenianæ Recenſu, *Dialogis Menſtruis Germanicis* (*M. Febr. An. 1690. p. 142. - 152.*) inſerto, ipſumqve Editorem, Claud. Arrhenium, qvi easdem Verbis ſuis, per Uncos Marginales a reliqvo Textu diſtinctis, ſupplevit, *in Præfatione.* Conf. etiam *Iſagogen* noſtram *ad Hiſt. Cimbr. P. II. c. 3. §. 9. p. 59. 60.*

Ad p. 12. BRYNOLPHUS hic GERLACI Epiſcopus fuit iſtius Nominis Scarenſis tertius, & cir-

Digitized by Google

circa An. 1427. etiamnum ſuperſtes. V. Joh. Meſſenii *Chron. Epiſcc. Sveciæ, c. 8. p. 113. 114.*

Ad p. 12. NICOL. RAGVALDI, ex Epiſcopo Wexionenſi, Anno 1438. Archiep. factus Upſalienſis, cum in Baſileenſi Concilio Erici Pomerani, Regis, Legatum ageret, poſt compoſitas, juſſu Synodi, diuturnas inter Galliæ Regem, ac Ducem Burgundiæ, Diſſenſiones, Monarchis Borealibus, imprimis Svecis, ibidem An. 1440. Jus *προεδρίας*, præ aliis Regibus Europæis omnibus, Oratione ſolenni, qvam *Eruditam* Conringius (*in Præfat. Diſſertationis Hect. Joh. Mithobii de Controverſiis Sveco-Polonicis*) appellat, & Joh. Meſſenius (*in Chron. Epiſcc. Svec. c. 4. p. 28. c. 5. p. 49. 50. 51. & c. 11. p. 142.*) ac Joh. Schefferus (*in Exemplis Gentis Sveticæ, c. 29. p. 180.*) ob Eloqventiam commendant, vindicare eſt aggreſſus. Infelix tamen fuit hæc ejus Facundia, nec locum ipſi, qvem affectabat, inter Præſules, Baſileæ congregatos, primum impetrare potuit; id qvod ipſe Schefferus *l. c.* agnoſcit, invito licet Meſſenio, qvi, *tantum* eum iſta *profeciſſe, ut Regibus Septentrionalium Regnorum primum competere dignitatis Gradum, nemo illic inficiaretur, p. 50.* jactare non dubitat. De Pet. Petreji, Upſalienſis Verſione Orationis hujus Svecica, *Chronico* ſuo *Svecico*, Holmiæ Anno 1611. excuſo, adjecta, V. qvæ infra *p. 27.* ab Autore monentur. Felicior fuit Nicolaus, in obtinenda, a Synodi Patribus, Eccleſiæ ſuæ Upſalienſi, Exemptione ab Archiep. Lundenſis Juriſdictione, de qva, uti & morte, qvæ ipſum d. 17. Febr. An. 1448. rebus huma-



Digitized by Google

nis exemit, Meſſenius *locis citatis* eſt conſulendus.

Ad p. 14. ERICUS OLAI, Upſalienſis, uti creditur, Eccleſiæ patriæ fuit Decanus, non autem, qvi Joh. Andr. Qvenſtedii, ad An. 1550. perperam eum referentis (*in Dial. de Patr. Vir. Illuſtr. p. 251 252.*) eſt Error, Archiepiſcopus. De Hiſtoria ejus *Svecica*, Libris VI. comprehenſa, & ab Erici Sapientis temporibus, ſive Æræ Chriſtianæ initio, ad Caroli Canuti usqve Imperium, & A. C. qvo Autor ipſe floruit, 1464. perducta, conf. Joh. Joh. Magni, profeciſſe ſe ex illa faſſi, *Proœmium Hiſtoriæ Gothorum & Suecorum*, & Joh. Hallervordii *Spicil. de Hiſt. Lat. p. 63. 64.* Commentatur ab Herm. Conringio, *in Lib. de Prud. Civ. c. 14. p. 334.* & Joh. Scheffero (*nihil Svecos habere, in Hiſtoria ſua, vetuſtius, aut melius, qvod publice exſtet*, agnoſcente) *in Upſalia Antiqva, c. 13. p. 229.*

Ad p. 15. CONR. ROGGE Epiſcopatum Stregnenſem Anno 1480. obtinuit, ac d. 4. Apr. Anno 1501. vivis exceſſit. V. Joh. Meſſenium, de Ædificiis ejus Sacris nonnulla memorantem, *in Chron. Epiſcc. Svec. c. 9. p. 124.*

Ad p. 15. 16. HEMMINGUS GADD, Doctor, Epiſcopus qvidem Lincopienſis, in locum Henrici de Vonga, circa An. 1500. annitente Sten. Sturio, Regni Svedici Gubernatore, ut Æri 600. Ducatorum alieno, qvod ſuæ, per Annos 20. Romæ, adverſus Chriſt. I. & Johannem, Daniæ Reges, cauſæ patrocinatus contraxerat, diſſolvendo par eſſet, eſt electus, ſed, ob contrarias Danorum Molitio-

tiones, Confirmationem Pontificiam, nec ab Alexandro VI. nec a Julio II. obtinere potuit. A Julio, cum Jacobo, Cardinali S. Clementis Arborenſi, a ſe Diœceſi huic præfecto, cedere nollet, Reditusqve Epiſcopatus annuos ſubtraheret, Anno 1506. Kal. Febr. cum Patronis & Aſſeclis ſuis, excommunicatus, ſpreto fulmine hoc Sacro, Dignitatem iſtam nihilominus ſibi vindicavit, donec tota Diœceſis, eidem cum ipſo implicita Anathemati, adverſus eum inſurgeret, & repudiato Guſtavum Trollium ſubrogaret. *Epiſcopus* fuit *Miles, plus ſago, qvam pedo*, uti Meſſenius ipſe fatetur, *addictus*, qvod πολυπραγμοσύνης genus, ſub Σιδηροξύλου *Eccleſiaſtici* Titulo, Caſp. Zieglerus, JCtus Witeb. Scripto peculiari, merito eſt deteſtatus. De Bellicis ejus adverſus Danos Expeditionibus, Stenonis ac Svantonis Sturiorum Auſpiciis, terra pariter atqve mari freqventer ſuſceptis, & Rebus in hiſce geſtis, Hiſtoriæ Danicæ pariter atqve Svedicæ temporis iſtius Scriptores poſſunt conſuli, &, hos inter, imprimis Har. Huitfeldius *T. VI. & VII. Chron. Danici, p. m. 1039. 1050. 1060. 1064. 1078. 1149. 1161.* Joh. Meſſenius *in Chron. Epiſcc. Svec. c. 7. p. 89. - 92.* Joh. Schefferus *in Exemplis Gentis Sveticæ, c. 6. p. 32. c. 29. p. 179. 180.* & Dav. Chytræus *P. I. Chron. Saxon. ad An. 1504. & 1518. p. m. 348. 499.* E qvibus Duo priores, de reliqva etiam illius Vita, & Morte violenta, qva, juſſu Chriſtierni II. paulo poſt Lanienam Holmienſem, M. Dec. Anno 1520, capite truncatus, in Finlandia occubuit, complura te edocebunt. Meſſenio (*l. c.*) *Vir* audit *æterna dignus*

Bb 2 me-

*memoria*, *Orator* item *vehementiſſimus*, *& qvovis Scientiarum genere politiſſimus*, Chytræo autem *Epiſcopus Marte & Arte valens*. Animum ejus in Danos iniqviorem, nimia ſtyli amarulentia, abunde prodit vel ſola Oratio pro Lubecenſibus, in Senatu Regni Svecici habita, qva huic, ut, una cum iſtis, bello Danos aggrederetur, perſvaſit, a Scheffero *h. l.* tantum memorata, ſed *in Exemplis Gentis Svetica*, *c. 29. p. 179. 180.* ob Eloqventiam & prudentiam, prolixe commendata, teſteqve eodem, ab Erico Bened. Schrödero, Interprete Regio, Svecico etiam Sermone, Holmiæ Anno 1614. edita. Hac Styli acerbitate, non Indignationem ſolum Chriſtierni promeruit, & mortem ſibi acceleravit, ſed duriores etiam provocavit Invectivas Scriptorum Danicorum, Petri imprimis Parvi, *in Refutatione Calumniarum Joh. Magni*, Anno 1560. edita, & ipſius qvoqve *Orationi* oppoſita, Har. Huitfeldii *l. c. p. 1061.* & Caſp. Bartholini Sen in Heptaſticho Jambico, vere Hipponacteo, qvod *Epigrammatum* ejus Sylloge (*lit. D. 8. a.*) legendum exhibet.

Ad p. 17. OTTO, Epiſcopus ab An. 1487. Aroſienſis, Anno 1521. in Carcere Holmienſi, in qvem a Theodoro Slaghek, Chriſtierni II. in Svecia Vicario, erat conjectus, expiravit. V. Meſſenium *l. c. c. 10. p. 133.*

Ad p. 17. De JACOBO ULPHONIS, Archiepiſcopo, ab Ann 1469. per 8. Luſtra continua, Upſalienſi, Academiæqve Upſalienſis Fundatore, poſt reſignatam Anno 1514. & in Guſt.

Trol-

Trollium tranſlatam, Dignitatem Sacram, A. 1522. tandem defuncto, ſed Honore Sepulturæ poſthumo, per integrum adhuc, ab inimicis, privato qvadriennium, V. Meſſenium *l. c. c. 5. p. 52. 53. 54.* & Hiſtoriæ Temporum iſtorum Sveticæ Scriptores.

Ad p. 19. De LAURENTIO ANDREÆ, Reformationis Eccleſiæ Svecicæ Ergodioctа præcipuo, primo Lutheraniſmi in Aula Regia Patrono & Infulæ Upſalienſis Candidato, præter alios Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Sveo-Gothicæ Recentioris Scriptores, conferri poteſt Meſſenius *l. c. c. 6. pag. 63. - 67.*

Ad p. 19. De PET. GALLII gemina, pro Dogmatis & Sacris Romano-Catholicis, cum Olao Petri, Lutheranorum Promacho, Diſputatione Upſalienſi publica, altera Latina An. 1524. altera Vernacula, An. 1527. habita, V. præter Scriptores Sveciæ Domeſticos, Joh. Hornbeckii *Summam Controv. L. 4. p. 247.* & Viti Lud. Seckendorfii *Comm. de Lutheraniſmo. Ad Annos jam dictos:* *Articulos* ejus, *h. l.* memoratos, Olaus Petri *Reſponſione*, qvæ *p. ſeq. 20.* laudatur, Svecica Anno 1527. confutavit.

Ad p. 19. 20. De OLAO PETRI, Orebrogia Nericio, Canonico initio Stregnenſi, & Matthiæ, Diœceſeos iſtius Epiſcopi, Cancellario, deinde autem Lutheri, in Acad. Witeb. circa An. 1520. Auditore, ac Doctrinæ illius in Svecia Propagatore primo ac præcipuo, ejusqve tum aliis, in Reformatione Regni Patrii, Actis, tum Viſitatione



Digitized by Google

imprimis omnium illius Eccleſiarum, Guſtavi Regis Auſpiciis An. 1526. inſtituta, ac gemina, cujus modo facta eſt mentio, cum Pet. Galſio Diſputatione, prolixi haud erimus, cum otia nobis Seckendorfius, modo allegatus, & Joh. Baazius, *Inventarii Hiſt. Eccl Sveo-Gothicæ* Scriptor, fecerint. Conf. Dav. Chytræum (cui *Holmiæ* ille audit *Epiſcopus*) *P. II. Chron Saxon. ad An.* 1525. 1526. & 1531. *p* 24. 160. 174. 175. Joh. Micrælium *P III. Syntagm. Hiſt. Eccl. p.* 402. & Joh. Hornbeckium *l. c. Chronicon* ejus Rerum Sveeicarum καὶ ἀκόλουθον honorifice allegat Har. Huitfeldius, Hiſtoricorum Daniæ Princeps, tum *P. VII. Chron. Dan. p.* 1147. tum *P. IV. p.* 1770. ubi ſe iſtud, a *Viro* qvippe *Probo ac Veraci* profectum, in Rebus Sveticis, αὐτολέξει ſæpe exſcribere, & Joh. Magni *Hiſtoriæ*, qvam vocat, *Æſopicæ* præferre, ingenue profitetur.

Ad p. 28. & ſeqq. LAUR. PETRI, Orebrogienſis Nericius, primus Archiepiſc. Upſalienſis Lutheranus, in locum Joh. Magni, Pontificiorum ultimi, e Regno patrio profugi, An. 1531. præ tribus electus Competitoribus, poſt Spartam hanc, inter Turbas varias, in Certamine præſertim (de qvo Baazius *l. c.* eſt conſulendus) Liturgico, per Annos 42. ornatam, d. 26. Oct. 1573. æt. 74. vivis exceſſit. Succeſſorem nactus eſt, ὁμώνυμον qvidem, ſed minime ὁμόθυμον, Laurentium Petri, Gothum, Liturgiæ, qvæ a Johanne III. Rege Svecis obtrudebatur, Papizantis, per noſtrum impugnatæ, defenſorem, cujus *p.* 29. Mentio occurret. V. Meſſenii *Chron. Epiſcc. Svec. c.* 6. *p.* 66. 67. 68. &

Digitized by Google

68. & Micrælium ac Chytræum, *ll. c.* Chytræo *pag. 174. Vir* audit *Pietate, Modeſtia, Humilitate, Beneficentia, Doctrina Eruditione, & vera Religionis Zelo, excellens.* Munificentiam ejus, in Studioſis pauperibus (qvorum Numerus aliqvando Qvinqvagenarium exceſſit) ſumptu ſuo ſuſtentandis, poſt Micrælium, merito commendat Joh. Schefferus *in Exemplis Memorab. Gentis Svetica, c. 22. p. 147.* Verſionem Bibliorum Svecicam, qvam Idem *h. l.* Noſtro, & Laurentio Andreæ, deberi refert, Olao Petri, Germano ejus, paulo ante allegato, Chytræus (*l. c. p. 175.*) & J. Henr. Hottingerus (*L. 2. Biblioth. Qvadrip. c. 3. p. 145.*) adſcribunt, And. autem Buræus (*in Deſcr. Svecia p. m. 305.*) utriqve Fratri tribuit.

Ad p. 25. 26. JOH. MAGNUS (Svedice STOR) Lincopienſis Gothus, qvi a Georgi Matth. Königio (*in Biblioth. Vet. & Nova p. 356*) inſigni errore, *Gothus Magnus* vocatur, Natalem habuit diem 19. Martii A. 1488. &, ob Ingenii præſtantiam, An. æt. 18. Canonicus Lincopienſis ac Scarenſis deſignatus, operam Literis Sacris ac Profanis, in Academiis Germaniæ ac Italiæ, præſertim vero Lovanii, impendit haud infelicem. A. Stenone deinde Sturio Juniore ſuorum in Aulâ Romana Negotiorum curam gerere juſſus, ſupremam Theologiæ Lauream, in Gymnaſio, vel Brunduſino, juxta Meſſenium, vel Peruſino, Profeſſore eodem gaviſo, juxta Andr. Buræum, reportavit. Anno 1522 ab Hadriano VI. Pontifice, ſuo olim Lovanii Præceptore, ac dein a Succeſſore hujus Clemente



Digitized by Google

VII. in Sveciam, ad Turbas Regni Eccleſiaſticas componendas, ſub Nuncii Apoſtolici Titulo, ablegatus, negotiis feliciter expeditis, in locum Guſtavi Trollii, ab Archiepiſcopatu Upſalienſi a ſe deturbati, ad hanc Primatis Sveciæ Dignitatem, a Guſtavo Rege, ſpecie recuſantis, eſt evectus, Fraterqve Olaus, ut Confirmationem impetraret, Romam viciſſim ablegatus. Qvadriennio Muneri huic præfuit unico, multaqve interea temporis, Negotia magni momenti expedivit publica, donec Anno 1527. cum non ſolum Reformationem Eccleſiaſticam, in Comitiis Regni decretam, negligeret, ſed & eidem reluctaretur, Guſtavi Regis, fruſtra in ipſum invecti, incurreret Indignationem, ab eoqve, ne Lutheraniſmi Patronis ulteriori eſſet Impedimendo, in Poloniam, ad Nuptias Hedwigis, Sigismundi Regis Filiæ, ſibi conciliandas, mitteretur Legatus. Cum enim illuc, convaſatis prius occulte Rebus ſuis omnibus, Chartisqve ſimul ac Monumentis Hiſtoricis Regni, & Eccleſiæ Upſalienſis; Vetuſtis, eodem An. 1527. (non 1537. qvem Sleidanus & Huitfeldius, *P. IX. Chron. Dan. p. 1499.* ſubſtituunt) ſe contuliſſet, in Patriam nunqvam rediit, ſed Romam initio profectus, in Archiepiſcopum inaugurari ſe curavit, ac dein Gedanum Pruſſiæ (ubi degenti Damianus a Goes *Epiſtolam de Presbyteri Johannis ad Luſitanos Legatione* Anno 1530. inſcripſit) delatus, ibi per qvadriennium ſubſtitit, crebrisqve ad Guſtavum Literis Eccleſiæ Svedicæ Reformationem impedire fruſtra allaboravit. Inde Romam, Anno 1537. a Pontifice, ut Concilio Vicen-

Vicentino intereſſet, revocatus, Celebratione illius dilata, Hieron. Qvirini, Patriarchæ Veneti, per 9. Menſes, fuit Suffraganeus, ſeu Vicarius, & Sveciæ Hiſtoriam, in hujus Convictu, literis mandavit. Anno tandem 1541. Romam reverſus, Eqvis, ob Inopiam, divenditis, Familia omni dimiſſa, Vitam reliqvam, in Xenodochio Sp. S. Eleemoſynis Pontificis & Cardinalium ſublevatus, ægre toleravit, ad An. usqve Fatalem 1544. (æt. 57. qvo, d. 22. Mart. vel Febri, uti a Meſſenio, vel Angina, uti a Theod. Zwingero (*in Theatro Vitæ Hum. p. 2674. 3018.*) traditur, extinctus, Tumulum, in Æde Vaticana, Bedæ Sepulchro proximum, obtinuit. V. hanc ejus Vitæ Hiſtoriam prolixius enarrantes Joh. Meſſenium, *in Chron Epiſc. Svec. c. 5. p. 56 - 64.* & *c. 13. p. 170. 171.* Joh. Schefferum *in Exemplis Memorabb. Gentis Svec. c. 31. p. 203. 204.* And. Bureum *in Deſcr. Sveciæ p. 303.* & Gotfr. Zeunerum *in Parnaſſo Anni 1692. Æſtivo p. 37. - 43.* brevius autem, & fruſtillatim, delineantes, Joh. Sleidanum *L. 17. de Statu Relig. & Reip. p. m. 488.* Georg. Calixtum, Sleidani verbis utentem, *in Tr. de Autorit. S. Script. §. 104. p. 171. 172.* Dav. Chytræum *P. II. Chron. Saxon. ad An. 1527. p. 69.* Har. Huitfeldium *T. VIII. Chron. Dan p. 1298. & T. IX. p. 1499.* Nicol. Heldvaderum *P. II. Sylvæ Chronol. Circ. Balth. p 78.* Joh. Loccenium *L. 6 Hiſt. Svec. p. 258.* Jos. Simlerum *in Biblioth. p. 393.* alioſqve complures. Ad Monumenta Rerum Svedicarum, qvæ e Patria ſecum abſtulerat, Vetuſta denuo conqvirenda, & Svecis poſtliminio vindicanda, integro poſt obitum ejus Se-



culo,

Digitized by Google

culo, Anno 1649. Jobus qvidem Ludolphus, Vir Illuſtris, Chriſtinæ Auguſtæ juſſu, Romam commigravit, ſed nihil illorum offendere aut recuperare potuit. V. Tenzelii *Dialogos Menſtr. Germ. M. Oct. An. 1689. p. 1038.* *Hiſtoria* ejus *Svecorum Gothorumqve* aliæ etiam, præter Romanam, *h. l. memoratam*, extant Editiones, Baſileæ An. 1558. in 8vo Annoqve 1617. eadem forma, impreſſæ, duæ item Verſiones Sveticæ, altera αὐτόχειρος ipſius Regis Erici XIV. de qva *ad p. 28.* dicemus, altera Erici Schröderi, Interpretis Regii, Holmiæ Anno 1620. in fol. (teſte Scheffero *p. 65.*) excuſa. Commendatur illa, ob *Fidem & Diligentiam ſummam*, a Buræo & Meſſenio, Sympatriotis Autoris, paulo ante allegatis, nec contemnenda ipſi Conringio (*in Lib. de Prud. Civ. c. 14. p. 334.*) videtur. Schurtzfleiſchius (*in Diſſ. de Rebus Sveo-Gothicis §. 1. p. 5.*) *ſatis illam, & forma, & ſtylo, luculentam, Autoremqve ob laudem Hiſtoriæ, magno numero eſſe agnoſcit, ſed in rebus tamen ultimæ Antiqvitatis cum delectu*, monet, *evolvendum, præſertim cum Annii Beroſum, & ſimiles, allegat.* Rigidiores de illa Cenſuras, apud pleroſqve Rerum Danicarum Scriptores, offendas, e qvibus Har. Huitfeldius (*P IV. Chron. Dan. pag. 770.*) *Hiſtoriam Æſopicam*, M. Nic. Petræus autem Præpoſ. Süderaaſenſis (*in Origg. Cimbrorum & Gothorum p. 33.*) *Opus Famoſum*, & *Hiſtoriam Veritatis abſonam*, eam appellat. Ex profeſſo eandem impugnavit Pet. Parvus Roſæfontanus, Eqv. Danus, & Prof. Hafnienſis, *in Refutatione Calumniarum cujusdam Joh. Magni Gothi, qvibus, in*

*Hiſto-*

*Hiſtoria ſua, ac Famoſa Oratione, Danicam Gentem inceſſit*, Hafniæ Anno 1560. in 4to edita. Cui Joh. qvidem Meſſenius, ſub ficto nomine *Jani Minoris, Svemenſis, Retorſionem Impoſturarum*, Holmiæ An. 1611. in 8vo excuſam, Annoqve ſeqventi 1612. ab Henr. Chemnio Svetice verſam, & a Scheffero *p. 84. 87.* memoratam, repoſuit, ſed a Willichio Westhovio, Canonico Lundenſi, *in Expoſitione Hiſtorica Veritatis, contra Scythicam Jani Minoris in Petr. Parvum Retorſionem*, hactenus inedita, mox eſt confutatus. De qvibus Scriptis Eriſticis, peculiari Judicium ſuum expoſuit Decaſticho (*in Epigrammatis, Cl. IV. lit. D. 7. b. D. 8. a.* obvio) Caſp. Bartholinus Senior, Mendaciorum & Calumniarum Noſtrum itidem inſimulans. *Hiſtoriam* Noſtri *Metropolitanam* qvod attinet, non Anno demum 1560. uti Schefferus tradit, ſed 1557. juxta *Catal. Freſneanum*, imo, ſi Caſp. Sagittario (*in Introd. in Hiſt. Eccleſ. c. 19. p. 520.*) tuto credi poteſt (Annum enim 1560. mox *p. 526.* ab illo ſubſtitui video) Anno jam 1554. Romæ in fol. ab Olao Fratre, eſt edita. Sed & illa ſuos patitur Manes, variis fœdata Erroribus, qvos, e Svecis ipſis, Joh. Schefferus, *in Notis ad Anonymi Chronicon Archiepiſc. Upſalienſium*, & Claud. Ornhiälmius, *in Hiſt. Eccl. Sveo-Gothicæ* paſſim detegunt.

Ad p. 26. 27. OLAUS MAGNUS (STORE) Lincopenſis, Johannis Germanus, Præpoſitus initio in Patria Stregnenſis, deinde Fratris, in Exilio, ab Anno 1527. Secretarius & Comes Individuus, mortuo illo, a Paulo III. Pontifice,

d. 16.

d. 16. Oct. Anno 1544. ipſius in Archiepiſcopatu Upſalienſi ſucceſſor, ſed titulotenus ſaltem eſt deſignatus, & Romæ, ad Annum usqve Fatalem, qvi nondum nobis innotuit, in S. Birgittæ Xenodochio, ſuſtentatus, in Æde autem Vaticana, ad Latus Bedæ alterum, ſepultus. V. Meſſenii *Chronicon Epiſc. Svec. c. 5. p. 58. 61. 62.* Canonicorum etiam Ædis Lambertinæ Leodienſis Collegio eum fuiſſe adſcriptum, diſco e Jac. Lobbetii, Jeſuitæ, *Gloria Eccleſiæ Leodienſis*, Anno 1660. edita, in qva *Vir* ſalutatur *reconditæ, variæ & miræ eruditionis, de qvo loqvuntur Opera; a quibus Magnus audiit, & in omne ævum audiet.* Concilio Tridentino, ut numerum Præſulum ejus augeret, juſſu Pauli III. ad Victum ipſi qvotidianum XV. Aureos Menſtruos largiti, ab An. 1546. una cum Rob. Venantio, Archiepiſcopo Hyberniæ Armacano, itidem perſonato atqve Umbratico, interfuit, ſicut, præter Joh. Sleidanum (*L. 19. Comment. Hiſt. p. 488. 489.*) iſtiqve ſua debentem Georg. Calixtum *in Tr. de Autorit. S. Scriptur. §. 104. p. 171. 172.* Paulus Sarpius, Upſaliam, quam nunqvam vidiſſe falſo perſvaſus, *L. 2. Hiſtor. Concil. Trident. p. 152.* hiſce verbis, teſtatur; *Ex Archiepiſcopis, duo erant veluti perſonati, qvi Eccleſias, quarum Titulis, honoris ergo tantum, a Pontifice ornabantur, nunqvam oculis ſuis viderant, Olaus Magnus, Archiep. Upſalienſis, & Rob. Venantius, Scotus, Archiep. Armacanus in Hybernia. Duos hos Pontifex, aliqvot annos, Romæ Eleemoſyna ſua ſuſtentarat, Tridentumqve nunc, augendo numero, amandarat, a Legatis pendere juſſos.* De

Scri-

Scriptis Fratris, ab eo editis, *p. 26.* a Scheffero eſt dictum. Propria qvod attinet, de *Tabula Terrarum Septentrionalium*, eiqve adjecta Explicatione Germanica, conſulendus eſt Simlerus *in Biblioth. p. 531.* de *Epitome* autem *Revelationum Birgittæ* Meſſenius *l. c. p. 62.* Operis *de Gentibus Septentrionalibus*, Antwerpiæ etiam An. 1558. & Francof. An. 1618. in 8vo Latinè editi, variæ exſtant Verſiones, duæ ſc. Germanicæ, altera Iſraelis Achatii, Argentinæ An. 1567. in 8vo, altera Joh. Bapt. Fickleri, Baſileæ, eod. An. 1567. in fol. Anglica item Londini An. 1658. & Belgica Amſtelod. An. 1665. in 8vo, excuſæ. Exſtat etiam *Epitome* illius, ſive *Breviarium*, a Corn. Scribonio Grapheo, Belga, concinnatum, & Antw. 1562. in 8vo. Ibid. 1586. in 16to, Ambergæ 1599. in 8vo, ac Lugd. Bat. 1652. in 12o. impreſſum. Honorifice de hoc Opere ſentiunt Joh. Meſſenius qvi *(l c. p. 62.) Utiliſſimum* illud eſſe judicat, Mich. Neander, qvi *(in Deſcript. Orb. Terr. p. 415. & Præfat. Gramm. Græcæ p. 153.) Opus varium, plurimarumqve Rerum Cognitione refertum, delectatione jucunditateqve plenum, & maxima Lectoris Animum jucunditate facile perfundens*, idem ſalutat, & Herm. Conringius *in Lib. de Prud. Civ. c. 14. p. 334.* ac *Tr. de ſitu Helmſtadii p. 6.* Schurtzfleiſchius, qvi hunc allegat *(in Diſſ. de Rebus Sveo-Gothicis §. 1. & 8. p. 5. 26.)* Olaum *elegantem* qvidem vocat *Rerum Septentrionalium Scriptorem*, ſed *Johanni* tamen *Fratri eruditione* cenſet eſſe *ſecundum, & incerta ſæpe, ac fidem excedentia* (eo ſe incredibili) pro certis affirmare, cum Auguſtino Maſcardo,

Scri-

Scriptore Artis Hiſtoricæ Italo, inculcat. Cujus Judicii membro poſteriori ſuum adjicit calculum, ſed priori contradicit. Jos. Scaliger, in cujus *Scaligerianis Alteris p. 147.* hæc legas: *Olaus Magnus eſt meilleur, qve Joh. Magnus, ſon Frere; il y a beaucoup de fauſſetez, & n' y a gvere de bon; mais jeſerois content de l' avoir, pour dire, je l' ay.* Rigidiori Olaum notent Obelo Caſp. Bartholinus Sen. qvi *(in Hydrologia) Autorem nimis fabuloſum & mendacem,* & Phil. Jac. Hartmannus, qvi *(in Hiſtoria Succini, L. 2. c. 1. p. 175.) Nugatorem ſatis magnum, dignum, cui parum fidei tribuatur,* eum appellat; Hier. item Cardanus, cujus hæc *(e Comm. in Hipocr. de Aere, Aqvis & Locis §. 7.)* Verba, Thom. Bartholinus, Caſp. Fil. *(Diſſ. IX. de Med. Dan. Domeſt. p. 388. 389.)* recitat: *Hiſtoria Olai Magni, cum ſeqvatur morem qvorundam temporibus noſtris, qvi, pauca ſcientes, multa ſcribere volunt, pro uno ſingulari, cognito ab ipſo, appoſuit decem ſubrepta ab Autoribus Antiqvis, maxime a Plinio, ut in illa Hiſtoria legas totum pene Plinium, male transſcriptum, & poſſis vere Terentianum illud uſurpare: Ex Græcis bonis Latinas fecit non bonas.* Non deſunt tamen illi ſui, contra Cenſores hos, Patroni, Conringius ſc. (*l. c.*) Joh. Henr. Bœclerus (*in Bibliogr. Curioſa lit. K. 1 b. Scriptorem, non adeo, uti vulgo creditur, fabuloſum,* appellans, ipſeqve Thom. Bartholinus, Hiſtoriæ Naturalis Arctoæ, præ cœteris, peritiſſimus, qvi, a Parente pariter atqve Cardano diſſentiens, hanc de ipſo (*c. l.*) tulit ſententiam; *De Fide Olai, in Hiſtoria Septentrionali Naturali,*

*turali, dubitare nolim, qvanqvam Cardanuus male traduxerit Virum Patriæ ſuæ amantem.*

Ad p. 27. PETRO BENEDICTI Verſionem totius S. Codicis Sveticam tribuit Meſſenius *in Chronico Episcc. Svec. c. 5. p. 59.*

Ad p. 27. M. ERICUS FALCK Epiſcopus, Seculo ſuperiore, fuit initio Scarenſis, & dein Lincopienſis. V. Meſſenium *l. c. c. 7. p. 95. & c. 8 p. 117.*

Ad p. 28. M. MART. OLAI Erico Falkio, in Epiſcopatu Lincopienſi, ſucceſſit, ſed eodem, qvod Liturgiam improbaret, Anno 1575. excidit, & in Paſtoratu tandem Nycopienſi conſenuit. V. Meſſenium *l. c. c. 7. p. 95.*

Ad p. 28. 29. De ERICO XIV. Rege, Imperium An. 1560. auſpicato, ſed Regia, octennio poſt Dignitate, per Johannem Germanum, exuto, Hiſtoriæ Svecorum Civilis Scriptores evolvantur. Scripti de Cauſis Belli Dano-Svetici, ac ipſo An. 1563. concinnati, Excerpta qvædam, ſub finem *Libri de Antiqvis Veriſqve Regni Sveciæ Inſignibus* Schefferiani poſthumi, Anno 1678. editi, exhibentur. *Ἀνέκδοτος* eſt, nec a Scheffero *h. l.* memorata, Verſio *Hiſtoriæ* Joh Magni *Sveo-Gothicæ* Svedica, in Carcere Orebrogienſi, ab illo, jam Exrege, confecta, qvam Claudius Rälamb, Regni Patrii Senator, e Regis Poloniæ Bibliotheca, jure Belli, ablatam, Collegio Antiqvitatum Svedico donavit. V. *Catal. Librorum, a Collegio hoc publicatorum,* An. 1690. excuſum, *p. 24.*

Ad

Ad p. 29. PET. ANDR. SWARTIUS, ſeu NIGER, Epiſcopatum Aroſienſem An. 1556. obtinuit. V. Meſſenium (cui *Vir* audit *ſingularis Induſtriæ & Prudentiæ*) *l. c. c. 10. p. 136.*

Ad p. 29. 30. JOH. OFREGII, Swartio ſubrogati, Liqvoriſmo, qvem vocabant Euchariſtico Laur. Petri Nericius, Archiep. Upſal. Scripta aliqvot oppoſuit. V. Meſſenium (e qvo illum, circa An. 1575. obiiſſe colligas) *l. c. p. 136.* De Levitate ejus, & Conſpiratione cum Dionyſio Beureo, Aulico Calviniſeqva, Conf. Baazii *Inventarium Hiſt. Eccl. Sveo-Gothicæ, L. 2. c. 32.*

Ad p. 31. LAUR. PETRI, Gothus, qvem ab Anteceſſore in Archiepiſcopatu Upſalienſi Cognomine, Laurentio Petri, Nericio, probe eſſe diſtingvendum, *ad p. 22.* jam monuimus, iſtum d. 14. Jul. Anno 1574. obtinuit, &, Luſtro tantum unico, inter turbas ac Moleſtias, qvas Liturgiæ Papizantis defenſione ipſemet ſibi accerſebat, plurimas, a Baazio fuſe erarratas, adminiſtravit, peſte tandem, d. 12. Febr. An. 1579. æt. 50. extinctus. V. Meſſenii *Chronicon Epiſcc. Sveciæ, c. 6. p. 68. 69.* Relationem de Morte ejus, & Confeſſione Ultima, MStam reliqviſſe M. Abrahamum Andreæ Angermannum, ipſius Succeſſorem, *p. 326.* Scheffer*us* teſtatur, plura etiam Noſtri Scripta, *in Addendis p. 325.* enumerans.

Ad p. 32. Qvæ de ABRAHAMO ANDREÆ ANGERMANNO, ex Cimbria noſtra, in

qva,

qva per Annos XIII. ob Liturgiam improbatam, exulaverat, poſt Johannis III. Exceſſum, in Patriam, Anno 1593. ad Archiepiſcopatum Upſalienſem, revocato; ab eodem autem Anno 1599. per Carolum IX. ob Partium Sigismundi Fratris Studium, deturbato, Annoqve tandem 1607. in Vinculis, defuncto; moneri poſſent, plurima, *Cimbria Literatæ*, brevitatis amore, reſervamus. Evolvi interim de Hiſtoria ejus poſſunt Joh. Baazius *L. 3. Inventarii Hiſt. Eccl. Sveo-Goth. c. 29. 37. 38. 66. & L. 4. c. 10. 20. 21. 22. 30. 31 32. 35.* Joh. Meſſenius *l. c. c. 6. pag. 70.* Joh. Micrælius *P. III. Syntagm. Hiſt. Eccleſ. p. 347.* & Conr. Tyburt. Rango, in *Succia*, qvam vocat, *Orthodoxa*, Anno 1688. Germanice edita, *P. I. cap. 5.-12.* Scripta plura, tum propria, tum Aliena Laur. Petri Nericii, ab illo publicata, ſuggeret Schefferus *pag. 23. 24. & in Addendis pag. 326.*

Ad p. 41. M. NICOL. OLAI, Præſidis jam ante Munere, in Synodo functus Upſalienſi, Abrah. Angermanni, in Archiepiſcopatu Eccleſiæ Upſalienſis, Succeſſor Anno 1599. eſt deſignatus, ſed ante Inaugurationem, eodem An. extinctus. V. Meſſenium *l. c. c. 6. p. 70. 71.* Henn. Wittenius, *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII. pag. 1.* Annum Secularem 1600. diemqve 8. Aprilis, Emortuales ei fuiſſe, perhibet.

Ad p. 42. M. PET. JONÆ, Epiſc. ab An. 1586. Stregnenſis, An. 1608. vivis exceſſit. V. Meſſenium *l. c. c. 9. p. 127.* & Wittenii *T. II. Diar. Biogr. p. 184.*



Digitized by Google

Ad p. 43. Diſqvirendum, an PETRUS BENEDICTI, *h. l.* memoratus, idem ſit cum M. Petro Benedicti, Olando, Pædagogiarcha initio, & dein Profeſſore Upſalienſi, ad Epiſcopatum poſtea Aroſienſem, & tandem An. 1589. ad Lincopienſem, evecto, qvi Orebrogiæ, in Comitiis, Id. Apr. An. 1606. obiit, & a Meſſenio *l. c. c. 5. p. 96. & c. 11. p. 137.* commendatur.

Ad p. 43. M. ANDR. LAURENTII, Militis Veterani Filius, Johanne III. Anno 1583. Laurentio Petri, Gotho, in Archiepiſcopatu Upſalienſi, ſubrogatus, & Nobilium Ordini adſcriptus, Hyperaspiſtes Liturgiæ haud poſtremus, Kal. Jan. Anno 1591. obiit. V. Meſſen. *l. c. c. 6. p. 69. & c. 11. p. 142. 143.*

Ad p. 44. De ERICI SCEPPERI, in Liturgia, qvam defendere paulo ante voluerat, improbanda, Animoſitate & Conſtantia ſingulari, Johanniſqve III. Regis impotenti in illum Sævitia. V. Schefferi *Exempla Gentis Svetica Memorabilia*, *c. 1. p. 7. 8.*

Ad p. 46. JOH. SCHRÖDERUS SKYTTE, Stirpe ortus humili, non Dignitates ſolum, h. l. enumeratas, a Guſtavo Adolpho, Rege, obtinuit, ſed Eqves etiam evaſit Auratus, Cameræ Regiæ, & Summi apud Gothos Tribunalis, Præſes, Livoniæ, Ingriæ ac Careliæ Gubernator Supremus, & Acad. Upſal. Cancellarius, Annoqve tandem 1645. d. 25. Mart. eſt defunctus. V. Joh. Schefferum (cui *Vir* audit *divini plane Ingenii*, *prom-*

Digitized by Google

*promptiſſimaqve Eloqventiæ*) *in Exemplis Gentis Svetica*, *c.34.p.198.199.*& H. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. ad An. 1645.* Merita ipſius in Acad. Upſalienſem, nova Eloqventiæ Profeſſione, Ædibus Lateritiis, ac Villis XII. dotata, ab eo d. 4. Dec. An. 1625. exornatam, fuſe celebrant Joh. Simonius & Joh. Loccenius (qvi primi iſtam obtinuerunt) in Orationibus Panegyricis diverſis, infra *p. 275. 276. 280.* commemoratis, & Schefferus in *Exemplis Gentis Svetica*, *c. 22. p. 144.* Legationis ejus Ruſſicæ Hodoeporicon Germanicum, Petrus Janſon, Comes ipſius & Miniſter, Hamburg. An. 1619. in 4to edidit. De Filiis tribus, qvos reliqvit, patriſſantibus, Johanne, Benedicto & Jacobo, infra *p. 139. 140.* agitur.

Ad p. 49. JOHANNEM THOMÆ BURÆUM Oratione Funebri, *p. 217.* memorata, commendavit Mart. Brunnerus, Theologus Upſalienſis. Multum ei debet Literatura Runica, variis illius Scriptis egregie illuſtrata. Ambigo tamen, *hujusne primum* is *Eruditionis Guſtum*, ſicut Ol. Rudbeckius (T. I. Atland. c. 38. p. 831. affirmat, Ol. Wormio, Vindici ejusdem & Inſtauratori Maximo, inſtillaverit, licet *Elementa* Buræi *Runica* ab hoc, in *Literatura Danica Antiqviſſima c. 6. p. 43.* (ubi Autorem *Virum* ſalutat, *de Literatum patria optime meritum*) ac *L. 5. Monum. Danicorum p. 238.* (ubi *multa* hæc continere *egregia* agnoſcit) commendari haud ignorem. Commendantur etiam *Monumenta* ejus *Runica* a Joh. Scheffero in *Upſalia Antiqva*, *c. 20. p. 400.* & Celeb. Tenzelio (qvi Autorem perperam *Lau-*

*rentium* vocat) in *Dial. Menſtr. Germ. An. 1691. M. Aug. p. 728.*

Ad p. 53. CAROLUS IX. Rex Sveciæ, obiit d. 29. Oct. An. 1611. æt. 61. V. de illo, præter Hiſtoriæ Svedicæ Scriptores, Laur. Paulini *Serm. Funebrem*, de qvo *p. 58.* & Joh. Meſſenii *Epicedion*, de qvo *p. 84.* agitur.

Ad p. 54. PET. JONÆ, Epiſc. ab An. 1595. Wexionenſis (teſte Meſſenio *in Chron. Episcc. c. 11. p. 143.*) Emortualem habuit Annum 1630. V. Wittenii *T. I. D. B.* & Nic. Krokii, Succeſſoris, *Concionem*, qvam Schefferus *p. 112.* laudat, *Funebrem.*

Ad p. 56. OLAUS MARTINI, Rector & Parochus Civitatis patriæ Nycopienſis ab An. 1585. Archiepiſc. autem Upſal. ab An. 1602. obiit An. 1609. juxta Meſſenium (*l. c. c. 6. p. 71.*) An. 1610. vero, juxta Wittenium, *T. I. D. B. lit. H. 2. b.* Plura de illo ſuggeret D. Joh. Raumanni, Antiſtitis Holmienſis, *Concio Funebris*, a Scheffero *p. 76.* laudata. De Caroli IX. Regis, contra eum ſcriptis, ab eodem, paulo ante *p. 53.* eſt dictum. Ob Zelum, & Certamina Crypto-Calvinianos Sveciæ extollitur a Joh. And. Qvenſtedio in *Dial. de Patriis Viror. Illuſtr. p. 252.*

Ad p. 57. PET. KENICIUS, Epiſc. ab An. 1595. Scarenſis, Epiſcopatum hunc cum Archiepiſcopatu Upſalienſi d. 2. Jun. Anno 1609. permutavit. V. Meſſenium *l. c. c. 6. p. 71. & c. 7. p. 117.*

Digitized by Google

*p. 117. 118.* Obiit (juxta Wittenium *T. I. D. B.*) d. 3. Febr. An. 1636. æt. 81.

Ad p. 58. & ſeqq. LAUR. (qvem Lucium perperam vocat Abr. Calovius *in Pædia Theol. Sect. II. Art. II. c. 8. p. 343.*) PAULINUS, Epiſc. ab An. 1609. Stregnenſis, & Archiep. ab An. 1636. Upſalienſis, obiit d. 15. Dec. An. 1646. æt. 81. V. Wittenii *T. I. D. B.* Meſſenium *l. c. c. 9. p. 127.* & Olai imprimis Verelii *Orationem* (qvam Schefferus *p. 197.* laudat) *Funebrem.* Antagoniſtes ipſius, in Controverſia de Ethicæ Ariſtotelicæ e Scholis proſcriptione, fuit Jonas Magni, Vexionenſis, Philos, tunc Practicæ Prof. Upſalienſis, uti *paginas 59. 99. & 100.* conferens obſervabis. *Hiſtoriam* Paulini *Arctoam* commendant Calovius *l. c.* & Joh. And. Boſius, *in Introd. ad Notit. Rerumpp. c. 5. p. 68.*

Ad p. 71. PET. PETREJI *Chronicon Regum Sveciæ* Tripartitum, Libro I. Svecorum Reges, a Magogo, Japheti Filio, usqve ad Carolum IX. IIdo autem Gothorum Reges, a Bericho (qvi Annis ante N. C. 1430. floruit) usqve ad Rodericum, ſerie ſatis longa, ſed qvoad tempora antiqviora merito ſuſpecta, recenſens, & Tertio deniqve Amazonum exponens Hiſtoriam, commendatur a Joh. Meſſenio (anteqvam iſtud ederetur, nullam Svecos habuiſſe Vernaculam Rerum ſuarum Hiſtoriam, teſtante) *in Carmine præfixo*, & Joh. Scheffero, *in Diſſ. de Informatione Juvenis Generoſi Literaria p. 18.* *Chronicon* autem *Moſcoviticum*, ob Autoris, cum Legatis



Digitized by Google

Svecicis Ruſſiam ingreſſi, *αὐτοψίαν*, ab eodem Scheffero, *l. c. p. 19.* & *in Upſalia Antiqva c. 20. p. 400.* ac Caſp. Sagittario *in Introd. ad Hiſt. Eccl. c. 19. p. 456. 457.* Ultimum hoc Germanice etiam Lipſiæ Anno 1610. in 4to prodiit.

Ad p. 72. JOH. BAAZII Senioris Scriptis (inter qvæ *Tabula Chronologica* ſoli Hiſtoriæ Biblicæ inſervit) addantur:

1. *Tr. de Manducatione & Bibitione Corporis & Sangvinis Chriſti*, Roſtochii An. 1608. in 4to editus, teſte Joh. Chr. Becmanno *in Catal. Biblioth. Francof. p. 37.*

2. *Duæ Conciones Svedicæ in Periochas Evangelicas Dom. XXII. Trinit.* (*Matth. 18.*) & *Feſti omnium SS.* (*Matth. 5.*) Lincopiæ 1654. in 4.

Inter cœtera omnia, extra Controverſiam, eminet *Inventarium Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Sveo-Gothicæ, Chriſtinæ Reginæ juſſu ſcriptum, eidemqve inſcriptum*, & Libris VIII. Lincopiæ An. 1642. in 4to editum. Omnibus enim iſtud aliorum de Rebus Eccleſiæ Svecanæ Laboribus, qvoad Secula imprimis Recentiora (in Antiqviori enim Hiſtoria Claud. Ohrnhialmii Opus ejusdem Argumenti nuperum ei prætulerim) palmam hactenus præripit. Steno Bielkius, Regni Svecici Senator, cum Actis illud Publicis contulit, &, fideliſſime cuncta, ſine odio aut ſtudio, tradita eſſe, reperit, uti Jobum Ludolphum in ſuo annotaſſe Exemplari, Vir Illuſtris, Vitus Ludov. Seckendorfius (in Hiſtoria Reformationis Svecicæ, *L. 1. Commentarii de Lutheraniſmo, Sect. 57. §. 149. p.*

*166. &*

266. & ſeqq. merito Baazium, præ aliis, ſecutus) teſtatur. Commendant idem Sev. Waltherus Sluterus, *in Propylæo Hiſtoriæ Chriſtianæ, Sect. II. p. 100. 101.* Caſp. Sagittarius *in Introd. ad Hiſt. Eccleſ. c. 19. p. 469.* & Mart. Zeilerus *in Sylloge de Hiſtoricis P. III. p. 26.* Qvos inter Duo Poſteriores, Patrem cum Filio Cognomine confundentes, falſo Autorem illius eſſe credunt Joh. Baazium Juniorem, Epiſc. Wexionenſem & Scarenſem, tandemqve Archiepiſc. Upſalienſem, An. 1681. defunctum, qvem Schefferus noſter *p. 220.* memoravit, & a Parente recte diſtinxit.

Ad p. 77. 78. OLAI BUREI *Abacum Arithmeticæ Inſtrumentalis* Epigrammate peculiari Joh. Caſelius, qvi Autorem etiam commendat, in Epiſtola ad Henn. Arniſæum An. 1608. exarata. V. *Scripta Variorum de Studiis Inſtituendis p. 632.* De Diſp. ejus Medica Inaugurali Conf. Scheffeti *Addenda p. 329.*

Ad p. 79. - 82. JOH. RUDBECKIUS, Prof. ab An. 1604. Upſalienſis, Guſtavi Adolphi Regis Eccleſiaſtes ab An. 1613. aulicus, & Epiſcopus Tandem ab An. 1620. Aroſienſis An. 1646. teſte Wittenio (*T. I. D. B. lit. Un. 4. b*) vivis exceſſit. Defunctum D. Jo. Canuti Lenæus Sermone laudavit Funebri, de qvo V. Schefferum *p. 102.* Plura ejus Scripta Idem, *in Addendis p. 328. 335.* recenſet. *Tract.* Svedicus *de Religione Moſcovitarum*, ſine Loci atqve Anni Editionis Mentione, *p. 82.* memoratus, Aroſiæ Anno 1640. in 4to prodiit.

Ad p. 83. - 87. JOH. MESSENIUS,

Scriptor de Regni Patrii Hiſtoria atqve Archæologia, qvam primus fere diligentius, utut haud pari ſemper accuratione, cœpit illuſtrare, non male meritus, Conjurationis tandem in Chriſtianam Auguſtam, cum Filio Arnoldo, Hiſtoriographo Regio (qvem *Virum Ingenio præſtantem* M. Z. Boxhornius, *in Hiſt. Univ. p. 223.* appellat) reus, in Carcere Cajanoburgenſi, ſi Scheffero credas, vitam finiit, ſi vero Bœclerum (*in Bibliogr. Curioſa, lit. K. 2. b.*) audias, Supplicio Capitali publice, cum Filio, eſt affectus. Ol. Wormius, Cenſor plus juſto rigidus (*L. 2. Monum. Danic. p. 137. Hiſtoricum in iis, qvæ præ foribus ſunt, bardum & cæcum* appellat. *Catalogum Operum propriorum*, ab eo concinnatum, Schefferus *p. 87.* allegat. Sed, an editus is ſit, dubito. *Chronicon Epiſcoporum Speciæ*, ab An. C. 835. ad An. 1611. perductum, & Lipſiæ An. 1685. in 12o, cum Ad. Rechenbergii, Acad. iſtius Profeſſoris, Præfatione, recuſum, Joh. Magni, in plerisqve, ſecure nimis premit Veſtigia, &, una cum illo, paſſim a Joh. Scheffero (*in Notis ad Anonymi Chronicon Archiepp. Upſalienſium*) ac Claud. Ohrnhialmio (*in Hiſt. Eccl. Sveo-Goth.*) Errorum haud paucorum convincitur. *Tumbæ Sepulchrales* Recentiora fere tantum Seciæ exhibent Epitaphia, teſte Scheffero *in Upſalia, c. 29. p. 403.* *Sveopentaprotopolin* Svetice vertit Henr. Hammerus (*V. p. 88. 89.*) *Retorſionem Impoſturarum contra Pet. Parvum* (de cujus Hiſtoria & Refutatione, a Willichio Weſthovio adornata, plura *ad p. 25.* monui-

Digitized by Google

hiilmus) Henr. Chemius (*V. p. 87.*) *Speculum Conditionis Svecorum* Henr. Hammerus & Chriſtoph. Laurentii (*V. p. 89. & 177.*) De Jonæ Hambræi Translatione ejusdem *Speculi* Gallica V. *p. 104.* de *Chronico* autem *Speciæ*, qvod Noſter An. 1615. edidit, *Rythmico* Antiqvo duplici *p. 13. Theatrum Nobilitatis Svecanæ* multis, *vel ob defectum Notitiæ plenioris*, vel ob tractationis ſecuritatem, ſcatet Erroribus & Deliqviis, a Catharina Bäätia, Baroniſſa Svedica, in Opere detectis Genealogico ἀνεκδότῳ, cui comparatus Meſſenii Labor plane vileſcit, judice Bœclero, *in Differtt. Acad. Diff. I. de Peregrinat. Germanici p. 18.* Conf. Ejusd. *Bibliogr. lit. K. 2. b.* & Lib. hunc Schefferianum *p. 206.* De Epicedio Brenneriano, Holmiæ Anno 1616. & Roſtochii Anno 1632. in 4to excuſo, V. *Addenda p. 328. 329.* Omiſit *h. l.* Schefferus Editionem *Hiſtoriæ Svecorum* Erici Olai, Anno 1615. publicatam, & *p. 14.* a ſe memoratam, Verſionem item Latinam Tranſactionis, inter Danos Svecosqve & Civitatem Lubecenſem, Stettinenſis, An. 1570. initæ, Holmiæ An. 1611. in 4to excuſam, & *Fandolatriam* deniqve Opus de Rebus Svedicis Hiſtoricum, *in Chronico Episc. c. 1. p. 4, 5. c. 3. p. 22. ac c. 13. p. 171.* promiſſum. *Tragœdia de Sigtila* Editio prima, Scheffero haud viſa, Holmiæ An. 1616. in 4to prodiit.

Ad p. 88. JOH. SALVIUS, Cive Stregnenſi tenuioris Fortunæ natus, Medicinæ initio, dein Jurisprudentiæ, Animum, in Acad. imprimis Julia (*qvam, inter alias Germaniæ Academi-*

*as*, *Cultu optimorum Studiorum vero*, *& minime fucato*, *eminere*, merito judicabat) animum applicuit, hujusqve Honores obtinuit ſupremos. A Guſtavo Adolpho Rege, cui, Axelii Ochſenſtirnii, Cancellarii, Commendatione, innotuerat, Nobilium Ordini eſt adſcriptus, Cognomine Adleri donatus, Judicii Supremi Holmienſis Aſſeſſor, Secretarius Status, & Cancellariæ Conſiliarius, deſignatus, ad Reges Poloniæ ac Daniæ, Principesqve Germanicos, ſæpius amandatus, ac Legati tandem in Saxonia Inferiori Generalis ornatus Axiomate. Poſt exceſſum illius altius adhuc, Virtutis ac Doctrinæ, alis, enixus, non ſolum Baronis in Orneholm, Dynaſtæqve Adlersburgenſis, Harſefeldenſis, Wildenbrugenſis & Tullingenſis, Titulos, ſed ſplendida etiam Cancellarii Aulici, Conſiliarii Secretioris, & Legati ad Tractatus Pacis, tum Germanicæ Monaſterienſis, tum Polonicæ, Plenipotentiarii, Munera, imo Locum inter Senatores Regni patrii, promeruit, & præclare, ad An. usqve Fatalem 1652. magnum Ætatis ſuæ Climactericum, qvo d. 24. Aug. vivis eſt ereptus, ornavit. Plura de Vita, ac Dotibus ejus eximiis, ſuggerent D. Ericus Emporagrius, in *Conc. Funebri*, a Scheffero *p. 148.* memorata, Schefferus ipſe in *Exemplis Gentis Sveticæ*, *c. 34. p. 197. 198.* Chriſtoph. Schraderus (qvo Judice *Poſteritas illum*, *inter Ævi hujus καλὰ ἀγάλματα*, *ſuſpiciet*) *in Programmatis Helmſtadienſibus*, *publico nomine propoſitis*, *num. 33.* Henn. Wittenius *T. I. D. B. ad An. 1652.* & Herm. Con-

rin-

ringius (Doctrinam illius, Prudentiam, ac Dexteritatem in Pace Germaniæ reſtituenda, haud parce commendans) in *Ep. Dedic. Via Regia* Georg. Wicelii, ipſi, ut Pacem etiam inter Pontificios ac Proteſtantes Eccleſiaſticam promoveret, An. 1650. inſcriptæ. De amore ejus inſigni in Literas Græcas; qvibus addiſcendis adultior, & Legatione jam ad Circulum Saxoniæ Inferioris Regia fungens, Hamburgi, inter media Negotia publica, ductu Joh. Conr. Dieterici, vacavit. V. Henr. Phaſiani *Or. Parentalem, Dieterico habitam* (in H. Wittenii *Dec VIII. Memor. Philos. Renov p.* 483. & ipſius Dieterici Specillum *Chreſtomathia Græca p.* 54.

Ad p. 89. 90. JOH. BOTHVIDI, Th. D. Upſaliæ An. 1617. creatus, Epiſcopus autem Lincopienſis, poſt reditum e Germanica Expeditione, An. 1631. conſtitutus, qvadriennio poſt, d. 25. Nov. An. 1635. (teſte Wittenio T. I. D. B.) deceſſit. De Jonæ Petri *Conc. Funebri*, ei habita, V. Schefferum *p.* 331. de Olai Sunonis autem Poematiis ad illum Gratulatoriis *p.* 159. *Theſes* ipſius *de Moſcovitis*, poſt Micrælium, commendavit Joh. Ern. Gerhardus *in Diſſ. de Relig. Moſcovit. pag.* 13.

Ad p. 92. JOH. CHESNECOPHORUS d. 1. Mart. An. 1635. cum Acad. Upſalienſis fungeretur Rectoratu, deceſſit. V. Wittenii *T. I. D. B. ad hunc Annum*, & Joh. Loccenii (cui *Medicus* audit *Eximius*) *Or. Fun. Pet. Kirſtenio habitam, ſub initium.* Exſtat etiam Henr. Hecynthii

*Or. in*

*Or. in obitum illius*, Upſaliæ Anno 1635. in fol. edita.

Ad p. 94. GISLO JACOBI, Parentis etiam ſui, M. Jacobi Gislonis, *Chronologiam* An. 1592. edidit. V. *p. 45.*

Ad p. 96. M. ANDR. JOH. PRYTZIUS obiit An. 1654. teſte Wittenio *T. 1. D. B.* Concio ejus de Templi Gothoburgenſis Encæniis recuſa eſt Gothoburgi An. 1681. in 4to.

Ad p. 97. M. BENED. PETRI LEUCHOVIUS obiit Anno 1621. teſte Wittenio *T. I. D. B.*

Ad p. 99. 100. JONAS MAGNI, Vexionenſis, obiit d. 3. Apr. An. 1651. æt. 68. V. VVittenium *l. c.* Scripta, ei, pro Ethica Ariſtotelis decertanti, a Laur. Paulino, Archiepiſcopo Upſalienſi, hujus Hoſte, oppoſita, qvære in Libello hoc p. 59. *Synopſin Hiſtoriæ Univerſalis*, ab illo editam, commendant Joh. Schefferus *in Diſſ. de Informatione Juvenis Generoſi Literaria p. 46.* & Caſp. Sagittarius *in Introduct. ad Hiſt. Eccl. pag. 181.*

Ad p. 101. 102. JOH. CANUTI LENÆUS, Canuti, Parochiæ Ruralis Lennenſis, prope Upſaliam, Paſtoris, Filius, Profeſſor Acad. Upſal. Logicus ab An. 1604. Græco-Hæbræus ab An. 1601. dein Theologus ejusdem, & Paſtor Oppidanus, tandem vero, poſt D. Laur. Paulini obitum, ab An. 1646. Archiepiſcopus & Acad.

Digitized by Google

Acad. Procancellarius, d. 23. Apr. Anno 1669. æt. 96. cum Reges tres Diademate cinxiſſet, defunctus, fuſius celebratur a Joh. Scheffero, in *Memoria* illius, Upſaliæ An. 1669. in 4to excuſa, & in Henn. Wittenii *Dec. XIII. Memoriæ* Theol. Renovatæ (p. 1650. - 1660.) An. 1685. recuſa ac Mart. Brunneri, Theologi Upſal. *Or. Funebri*, in Libello hoc *p. 217.* laudata. Conf. VVittenii *T. I. D. B. ad An. 1669.* & Joh. G. Dorſchei *Epiſt. Dedicatoriam ad Car. Guſtavum, Comitem Palatinum, Expoſtulationi contra Theologorum Moguntinorum Judicium Iniqvitatis præfixam.* Scripta ejus plura Schefferus in *Addendis p. 329.* enumerat, qvibus adjungi, e VVittenio *(l. c.)* poſſunt *Diſputationes de Bonis Operibus, Baptiſmo & Judicio Extremo.*

Ad p. 103. JONAS HAMBRÆUS Lingvarum Orientalium in Acad. Pariſienſi Profeſſionem, Ludov. XIII. Regis beneficio, d. 13. Febr. An. 1630. (uti ipſe *in Præf. Hiſtoriæ Paſſionis Chriſti* teſtatur) obtinuit, &, una cum Paſtoratu Cœtus Svecorum, aliorumqve Exterorum, Lutherani, Hug. Grotii, Legati Svedici, Domeſticus, adminiſtravit. Tepo̅ris in Religione Lutherana, Colluſionis cum Grotio Papizante, Avaritiæ, & Negligentiæ in Officio, inſimulatur à Joh. Seyfferto, Ulmenſi, *in Claſſico Belli Sacri contra Hug. Grotium, Papiſtam, p. 19. 20. 21. 22. 24. 25. 31. 45.*

Ad p. 105. ISAACUS BERGERI ROTHOVIUS, ortu Smalandus, Caroli IX.

Re-

Regis, Eccleſiaſtes initio fuit Aulicus, dein Paſtor, per Annos 27. Nycopienſis, ac tandem Epiſcopus, per Annos 40. Aboenſis. V. Henn. VVittenii *T. I. D. B.* ad Annum ei Emortualem 1651. *lit. Ccc. 3. a.* Scripta ejus plura Schefferus, *in Addendis p. 329. 330.* recenſet.

Ad p. 105. LAUR. OLAI VALLIUS, obiit An. 1638. teſte Henn. VVittenio *T. I. D. B. ad hunc Annum.* Conferri de illo poſſunt, qvæ Ol. Moretus & Laur. Fornelius ejus honori dicarunt, Opuſcula, a Scheffero *p. 139. 142.* memorata.

Ad p. 110. STENO BIELKE obiit d. 6. Oct. An. 1684. V. VVittenii *T. II. D. B p. 190.*

Ad p. 113. ERICI GEORG. TEGELII *Chronicon Guſtavi I.* in Compendium contraxit Chriſtoph. Grubbius, *in Breviario Guſtaviano*; Anno 1671. edito, de qvo V. *p. 242. 243.*

Ad p. 118. OLAUS LAURELIUS (*Laurentium* perperam vocat Joh. Chr. Rumetſchius *in Schediaſm. de Hiſt. Theol. Evangelic. p. 84. 85.*) Prof. Upſalienſis fuit per Annos XXII. Paſt. Holmienſis, & Conſiſtorii Præſes, per octennium, & tandem Epiſcopus, poſt D. Joh. Rudbeckium, per Annos XXIII. Aroſienſis. Vivis (teſte VVittenio *T. I. D. B.*) exceſſit d. 6. Apr. An. 1670. æt. 84. Poſthumisqve laudibus eſt ornatus, tum a D. Erico Emporagrio *in Conc. Funebri* (de qva V. Schefferum *p. 150.*) tum a Genero ac Succeſſore D. Nicol. Rudbeckio, in *Panegyrico* de Vita ejus;

Aro-

Digitized by Google

Aroſiæ Anno 1648. in fol. excuſo. *Syntagma* ejus *Theologicum*, An. 1641. editum, commendat Joh. Hülſemannus (nihil aliud, quam Comm. in Matthiæ Haſenrefferi, Theologi Tubing. *LLCC. Theologicos*, illud eſſe judicans) *in Verme conſcientiæ Calixtinæ p. 119.* *Quæſtiones* autem *Catecheticas* Joh. Schefferus *in Diſſ. de Informat. Literaria*, *p. 12. 45.*

Ad p. 122. JOH. FRANCKENIUS d. 16. Oct. A. 1661. æt. 71. rebus humanis valedixit. V. VVittenii T. I. D. B. ad hunc Annum.

Ad p. 123. & ſeqq. JOH. MATTHIÆ, Theologus eximiæ Pietatis pariter atqve Doctrinæ, & ob Pacis imprimis Eccleſiaſticæ promovendæ Studium inclytus, M. Febr. An. 1670 (æt. 78.) teſte VVittenio (*T. I. D. B.*) defunctus, fuſius celebratur a Laur. Fornelio, Poes. Profeſſore Upſalienſi, in *Parentatione Metrica*, D. Nicol. Rudbeckio, Epiſc. Aroſienſi, in *Conc. Funebri, ex Jac. V, 7. 8.* Matth. Canutio *in Or. in Natalem ejus LXII. Gratulatoria*, & Filio proprio, Joh. Olieqviſtio, *in Epiſt. ad illum de Studio Concordiæ Eccleſiaſticæ continuando*. V. qvæ de his Scriptis habet Schefferus *p. 142. 182. 221. 234.* Conſilia ejus Sacra Irenica, in *Ramis Olivæ Septentrionalis* (qvorum *primus* in Joh. Duræi *Prodromo Tractatuum Irenicorum*, Amſtelod. Anno 1662. in 8vo edito, *p. 322.-378.* eſt recuſus) & *Idea Boni Ordinis*, expoſita, Applauſum meruere Reformatorum, &, hos inter Sam. Bocharti, ipſius

con-

conſvetudine, in Itinere (teſte Paulo Colomeſio, *Ramum* etiam *Olivæ Sept. primum* Sedani in Gallia prodiiſſe narrante, *in Gall. Orient. p.* 243.) uſi Svecico, Joh. Duræi (*in Dedic. Prodromi Tract. Iren.*) ac Joh. Melleti (*in Dedic. Syndromi Irenici*) imo Jac. etiam Maſenio, Jeſuitæ, a qvo *in Concordia Proteſtantium cum Catholicis Meditata* (*Tr. II. c. 6. p.* 115. - 120.) commendantur, placuerunt. Improbarunt contra illa Anti-Syncretiſtæ Lutherani pleriqve, &, hos inter Abr. Calovius *in Præfat. Conſultationis de Unione Lutheranorum cum Reformatis Caſſellanæ expenſæ p.* 7. 8. Johan. Chriſtoph. Seldius *in Detectione Idoli Syncretiſtici Germanica, P. II. c.* 12. *p.* 257. Sam. Pomarius *Diſſ. IV. de Moderat. Theol. §.* 4. &, qvos iſte allegat, Theologi Witebergenſes, *in Appendice* des gründl. Beweiſes / *p.* 592. & *ſeqq.* ac Pet. Haberkornius *in Admonit. contra Syncret. p.* 114. Imo in ipſa Svecia, teſtibus Seldio ac Pomario (*ll. cc.*) a Theolog. Upſalienſibus, Aboenſibus ac Holmenſibus, ead. aſperioribus An. 1662. notata ſunt Cenſuris, ac tandem Regio Diplomate, his ſecuto, d. 15. Jul. eodem Anno damnata, Libriqve Matthiæ noſtri, qvos paulo ante indicavimus, iſtud tractantes Argumentum, Autoritate publica abrogati & e Regno Univerſo, Provinciisqve Germanicis, huic annexis, eliminati. Ipſe Autor moribundus, in Confeſſione Ultima, Holmiæ d. 7. Febr. Anno 1670. edita imprudentius qvidem & præcipitantius nonnulla a ſe, in Negotio hoc Irenico, acta & ſcripta fuiſſe agnovit, nullum ta-

men

men ſe Syncretiſmum (a Calovio licet, & Pet. Winſtrupio, *in Comm. in Matth.* falſo ſibi objectum) ſed potius Symphoniſmum in Veritate qvæſiviſſe, nec Chriſtinæ Auguſtæ ullam Apoſtaſiæ Anſam dediſſe, qvinimo etiamnum omnium Librorum Eccleſiæ Svedicæ Symbolicorum (qvibus tamen ne Formula Concordiæ adjungeretur, ob Phraſes de Majeſtate Naturæ Chriſti Humanæ duriores, nec Scripturæ ſatis conformes, ſe disſvadere, ſignificabat) Doctrinam amplecti, ſimul eſt profeſſus. V. Pomarium, prolixius hæc *l. c.* narrantem. *Grammaticam* ejus *Regiam*, Morhofio teſte, nonnulli Marco Zuerio Boxhornio tribuunt, qvi illam, cum *Diſſ.* ſua *de Lingvarum, Græcæ, Rom. & Germanicæ Symphonia*, Lugd. Bat. An. 1650. recudi curavit.

Ad p. 129. JOH. VASTOVIUS *Comm.* ſuum *de Sanctis Gentis Svetica* orditur ab An. C. 813. & ad An. usqve 1525. pertexit.

Ad p. 130. M. SVENO JONÆ obiit A. 1642. V. VVittenii *T. I. D. B. lit. Rr. 1. a.*

Ad p. 131. JONAS COLUMBUS, Svenonis Fil. vivis exceſſit An. 1668. V. VVittenii *T. I. D. B. ad hunc Annum*, & D. Nicolai Rudbeckii *Conc. Fun brem*, illi habitam, ac a Scheffero *pag. 181.* laudatam.

Ad p. 132. ERICUS HOLSTENIUS, Paſt. ac Præpoſitus Schedvienſis, obiit d. 2. Oct. An. 1640. æt. 54. V. VVittenii *T. I. D. B. lit.*

Oo. 4. b. & Sam. Olai *Conc. Funebrem*, a Scheffero *p. 130.* memoratam.

Ad p. 133. JOH. OLAI STIERNHÖÖK, Aulæ Regiæ tandem Conſiliarius, d. 25. Jun. An. 1675. æt. 80. (teſte VVittenio *T. I. D. B. ad hunc Annum*) extinctus, fuſius celebratur a Joh. VVidechindio *in Poemate de Vita ejus*, Olao Verelio *in Orat. Parentali*, & Ol. Svebilio *in Conc. Funebri*, a Scheffero *p. 185. 198. 204.* laudatis.

Ad p. 133. BENED. CRUSIUS, An. 1634. (teſte Wittenio *T. I. D. B.*) defunctus, Conſiliarius tandem factus eſt Regis Svedici Aulicus, Supremiqve Dicaſterii Holmienſis Aſſeſſor, &, in Conjugio cum Catharina Hartmannia, Succeſſorem habuit Joh. Salvium Adlerum, Virum Illuſtrem, *ad p. 88.* jam celebratum. V. Programma Helmſtadienſe, in Filii ejus, Laurentii, Exeqviis An. 1653. propoſitum, in Chr. Schraderi *Programmatis publicis, num. 33.*

Ad p. 134. NICOL. GRANIUS, Andreæ Fil. Strengnenſis, Phyſices fuit in Acad. Julia Profeſſor, & in Partes Pontificias, uti Georg. Calixtus, illo, qvem Schefferus allegat, loco, [illegible]it, pronior. Joh. Caſelio (*in Epiſt. de Studiis Nobilium, ad Ern. a Steinberg An. 1668. ſcripta*) *Vir* audit *Modeſtus, in omnibus bonis Diſciplinis verſatus, & in illis explicandis diſertus & adſiduus*, Chriſtoph. autem Schradero (qvem, non minus qvam Hornejum & Hahnium, Noſtri fuiſſe Auditorem, Melch. Schmidius, *in Or. in obitum illius p. 8.* teſtatur)

ſtatur) *haud poſtremum Nationis ſuæ, & Ordinis in Acad. Julia Philoſophici, Ornamentum (in Or. Parentali, Conr. Hornejo dicta, p. 11.)* it. *Univerſæ Ἐγκυκλοπαιδείας, & ſedulus maxime, & felix Doctor (in Progr. de Vita Henr. Hahnii, JCti Helmſt. Funebri)* Ex Scriptis ejus Editis (qvorum nullum Scheffero innotuiſſe video) *Theſes de Cauſis qvibusdam, Reſpublicas conſervantibus & evertentibus*, Helmſtadii An. 1613. in 4to excuſæ, meis ſe olim obtulere oculis, *Oratio* autem elegans *de Cauſis Roboris ac Indolis Bellicoſæ Gentium Borealium* a Val. Henr. Voglero *(in Comment. Diætet. c. 19. & Phyſiol. Hiſtoriæ Paſſionis Chriſti, c. 12. p. 46.)* ac *Diſputationes Rhetoricæ*, An. 1614. ibidem publicatæ, a Chr. Schradero *(in Programmatis Helmſt. Privatis, num. 69.)* honorifice allegantur.

Ad p. 134. ANDR. BUREI, Secretarii Regii, & Supremi ſimul Regni Svediæ Architecti, *Deſcriptio Sveciæ* Witebergæ etiam Ann. 1631. in 12. eſt excuſa. Argumenta ejus pro Legum Weſtrogothicarum Antiqvitate, ipſum Alexandri M. ævum ſuperante, dextrè refutat Conringius *in Tr. de Orig. Juris German. c. 5. p. 9. 10. h.* Tabulas Sveciæ ac Ruſſiæ Chorographicas, ab illo concinnatas, laudat, Autoremqve *Virum Doctum, Induſtriam, & Matheſeos peritiſſimum*, appellat, Ad. Olearius in *Itinerario Ruſſico-Perſico p. m. 121.*

Ad p. 134. ÆSCHILLUS PETRÆUS (cujus Scripta plura *p. 330.* Συνεργεῖ autem in Verſione Bibliorum Finnonica concinnanda *p. 318.* e-

numerantur) obiit An. 1657. teſte Wittenio *T. I. D. B. lit. Lll. 2. b. Lll. 3. a.* ubi *Diſputationes* etiam ejus *de Finito & Infinito* ac *V. & N. T. Diſcrimine*, a Scheffero omiſſas, memorat.

Ad p. 136. 137. LAUR. MATTHIÆ STIGZELIUS, in Parochia Angermanniæ Rurali Stigſioe, Patre Matthia Helgonis, illius Paſtore, An 1598. natus, An. 1630 Logices Profeſſionem Upſaliæ obtinuit, ab An. 1633. ad 1636. Germaniam, Galliam, Britanniam & Belgium, Itinere perluſtravit Literario, Anno 1640. factus eſt Prof. Theologus & Paſt. Dännemarkenſis, Anno 1648. Th. D. & Prof. Primarius, Parochusqve Upſalienſis, & An. tandem 1669. poſt Joh. Canuti Lenæi obitum, Archiepiſcopus, ac Academiæ Procancellarius. Obiit, poſt Nobilitatis Privilegia, cum Lilliemarkii Cognomine, a Rege impetrata, d. 31. Aug. An. 1676. æt. 78. Plura de illo ſuggerent Joh. Schefferi *Memoria* ejus, Holmiæ Anno 1677. in fol. excuſa, Mart. Brunneri *Or. Funebris*, in Libello hoc *p. 217.* laudata, Joh. Columbi *Progr. Funebre*, in Henn. Wittenii *Dec. XV. Memor. Theol. Renov. (p. 1924. - 1930.)* una cum Scriptorum Indice, obvium, & VVittenii ipſius *Tomus I. Diar. Biogr. ad d. 31. Aug. An. 1676.* A Georg. Calixto, ſuo olim in Acad. Julia Præceptore (*in Refutat. Germanica Calumniarũ Jac. Welleri, lit. Sss. 2. b. Sss. 3. a.*) *Vir eximia Virtute & Eruditione* vocatur. Scriptis ejus addantur *Diſp. de Disciplina Eccleſiaſtica*, occaſione decretæ a Chriſtina Auguſta Conſtitutionum Eccleſiaſticarum Reviſionis, Upſaliæ An. 1652.

1652. Reſp. Joh. Rudbeckio, habita, aliæ item, qvas VVittenius memorat, *de Peccato*, *de 3. Univerſalibus Æterna hominum Salutis Cauſis (Dilectione, Redemptione & Vocatione) contra Abſolutum Calviniſtarum Decretum*, &c.

Ad p. 138, ISRAEL BRINGIUS, Nicol. Fil. ab Eqvis ferocientibus conculcatus, d. 29. Jun. Anno 1662. (teſte Wittenio *T. I. D. B.*) obiit. Scriptis addde *Diſp. Moralem de Appetitu Senſitivo*, Upſaliæ Anno 1643. in 4to excuſam.

Ad p. 139. OLAUS ERICI MORETUS Anno 1629. (juxta Wittenium *T. I. D. B. lit. Bb. 3. b.*) vel potius 1628, vivis exceſſit. V. qvæ de Biga Concionum Funebrium, in obitum ejus atqve Uxoris a Laur. Olai Vallio habitarum, Schefferus *p. 107.* retulit.

Ad p. 140. BENED. SKYTTII *Or. Panegyrica in laudem Guſtavi Adolphi* recuſa eſt, in Syntagmate Parentationum Guſtavianarum, Lugd. Bat. An. 1637. in 12.

Ad p. 141. LAUR. FORNELIUS, Jonæ Fil. d. 8. Jul. An. 1673. eſt defunctus. V. VVittenii *T. I. D. B.* & Georg. Matth. Königii (Epitaphium ejus Metricum recitantis) *Biblioth. Vet. & Novam, lit. F.*

Ad p. 143. De ÆGIDII GIRSII *Chronico Johannis III.* MSto V. *p. 330.* Chronica Guſtavi I. & Erici XIV. Svedica, ab aliis Antiqvioribus ſcripta, ſed ab ipſo edita, commendat Joh. Schef-

Dd 3 ferus

ſerus *in Diſſ. de Informat. Juvenis Generoſi Literaria p. 46.*

Ad p. 143. MART. GESTRINIUS, Erici Fil. obiit Anno 1648. teſte VVittenio *T. I. D. B. lit. Yy. 3. a.*

Ad p. 144. ERICUS DANIELIS ACHRELIUS Med. fuit Doct. & Profeſſor, ab An. 1646. Aboenſis, dieqve d. 17. Apr. An. 1670. æt. 66. eſt denatus V. VVittenii *T. I. D. B. lit. Cccc. 4. b.*

Ad p. 145. JAC. ZEBRAZYNTHIUS An. 1642. vivis exceſſit. V. VVittenii *T. I. D. B. lit. Rr. 1. a.*

Ad p. 146. ERICUS GABRIELIS EMPORAGRIUS obiit An. 1674. V. VVittenii *T. II. D. B. p. 108. 109.* ubi Scriptis, *h. l.* enumeratis, addit *Diſp. de Dogmatum, & Controverſiarum Fidei ac Religionis, Norma atqve Regula.*

Ad p. 151. 152. MICH. VEXIONIUS Anno 1671. vivis exceſſit. V. D. Pet. Bängii *Conc. Funebrem*, a Scheffero *p. 229.* laudatam & Wittenium *T. I. D. B. lit. Ffff. 2. b.* Ejus *Deſcriptio Sveciæ*, qvod Arcana qvædam Regni patrii propalasſet, vendi Regia Autoritate eſt prohibita, & publica dein Lege cautum, ne qvid tale in poſterum publicaretur, uti Morhoſius, Librum, hanc ob cauſam, rariorem eſſe indicans, omiſſo Autoris nomine, *in Prælect. Polyhiſtoricis MSS. c. 14.* teſtatur. Scriptis *h. l.* enumeratis, plura a Scheffero *in Addendis p. 330.* ſubjunguntur.

Ad

Ad p. 153. ANDR. GYLLE obiit Anno 1665. V. Sam. Braſkii *Parentationem Heroicam*, a Scheffero *p. 196.* memoratam, & VVittenii *T. I. D. B. lit. Xxx. 1. a.*

Ad p. 154. PET. ANDREÆ SCHOMERUS primus in Acad. Livoniæ Dorpatenſi, ab An. 1632. Matheſeos fuit Profeſſor, teſtibus Ad. Oleario *in Itinerario Ruſſico-Perſico p. 9.* & Adr. Beiero *in Syllabo Profeſſorum Jenenſium p. 957.*

Ad p. 154. MATTHIAS MILONIUS BIÖRNKLAU, d. 20. Aug. Anno 1671. (teſte VVittenio *T. I. D. B. lit. Eeee. 3. b.*) mortuus, præter Scripta, *h. l.* recenſita, *Tabulas in Opus de Jure Belli & Pacis Grotianum* concinnavit, a Joh. Phil. Müllero, Aulæ Brunſvico-Osnabrugenſis Conſiliario, Francof. Anno 1664. in folio editas. Qvæ cum conciſæ nimis eſſe Genero illius, Joh. Paulino Olivenkrantzio, Chriſtinæ Auguſtæ, & Caroli XI. Sveciæ Regum, Conſiliario, viderentur, pleniores ipſe confecit, a Sim. Henr. Muſæo Kilonii An. 1688. in fol. editas, & *in Actis Erudd. Lipſ. M. Dec. An. 1688. (p. 653. 654.)* commendatas.

Ad p. 155. CAROLUS CAROLI GÜLLENHIELM obiit Anno 1651. V. VVittenii *T. I. D. B. lit. Ccc. 3. a.* & Enw. Svenonii Poema Funebre πολύγλωττον, a Scheffero *p. 205.* laudatum. Mich. Vexionii Orationes in laudem ejus Panegyricas Idem *p. 151.* allegat, ac Munificentiam Güllenhielmii in Acad. Upſalienſem ipſe, *in Exemplis Gentis Sveticæ Memorabilibus, c. 22. p. 144. 145.* celebrat.



Digitized by Google

*Schola* ejus *Captivitatis*, in Captivitate Livonico-Boruſſica concinnata, & Jeſuitarum, qvibuscum in iſta converſatus erat, Polonorum pro Religione Pontificia Argumentis oppoſita, Serm. & Latino, & Svedico αἰω. ὑμως, cum Præfat. D. Laur. Paulini, Archiepiſcopi Upſalienſis, non Stregneſiæ ſolum A. 1632. ſed & Holmiæ A. 1644. in 8. prodiit.

Ad p. 160. GUSTAVI BANERII etiam exſtat *Or. in obitum Pet. Banerii*, Upſaliæ Anno 1644 in fol. excuſa.

Ad p. 161. M. JOACH. IHERINGIUS, Eſthoniæ ac Oeſiliæ, per Annos 18. Epiſcopus, & Conſiſtorii Revalienſis Præſes, obiit Holmiæ d. 18. Julii An. 1657. teſte VVittenio *T. II. D. B. p. 77.*

Ad p. 162. PET. STEUCHIUS (de qvo Conf. *Addenda p. 331.*) vivis exceſſit An. 1682. V. VVittenii *T. II. D. B. p. 128.*

Ad p. 163. M. JONAS PETRI (de qvo plura *in Addendis p. 331.*) obiit An. 1645. V. Orationes Funebres, ei a Nicol. Juringio & Sam. Braskio habitas, ac a Scheffero *p. 191. 196.* memoratas, & VVittenii *T. I. D. B. lit Tt. 4. b.*

Ad p. 164. JOH. KRUUS, Baro, Jeſperi Matthiæ Kruſii, Toparchæ Harviſlani, & Strategi Svedici, Filius, Gabrielis autem Ochſenſtirnii, Regni Senatoris, & Tutoris Regii, Privignus, a ſuo in Acad. Lugduno-Batava Hoſpite, Marco Zuerio Boxhornio, prolixe commendatur in *Epiſtola Tabulæ Cebetis*, Anno 1634. illi inſcriptæ, *Dedicatoria*, inter *Epiſtolas* reliqvas, *p.* 40. - 46.

Digitized by Google

40.-46. recuſa, & in Epigrammatis duobus, de totidem Malvezzi Libellorum Verſionibus, Encomiaſticis, inter *Poemata p. 13.* obviis. Exſtat etiam, nec tamen a Scheffero memoratur, Kruſii hujus *Laudatio Funebris Guſtavi Adolphi, Regis Sveciæ*, qvæ cum Dan Heinſii, Aug. Buchneri, Mich. Virdungi, Jani Gebhardi, Pierii VVinshemii & Bened. Skyttii, Parentationibus, ejusdem memoriæ Sacris, ſub Titulo *Guſtavi Magni*, Lugd. Bat. An. 1637. in 8vo prodiit, & diſerta a Boxhornio, in *Epiſtola* paulo ante laudata, appellatur.

Ad p. 164. De GABR. OCHSENSTIRNII Junioris, Patre Cognomine, Regni Senatore, & Axelii, ejusdem Cancellarii, Fratre, nati, Studiis & Vita Academica univerſa, conſulatur elegans M. Z. Boxhornii, qvo Lugduni-Batavorum Præceptore uſus eſt & Hospite, Epiſtola ad eum, in Gallias abiturum, Propemptica, d. 24. Febr. Anno 1639. ſcripta, & inter *Epiſtolas* reliqvas, *p. 97.-102.* obvia.

Ad p. 166. ANDR. SPARMANNUM, Chriſtinæ Auguſtæ Archiatrum, Med. Doctorem Lugduni-Batavorum creatum, M. Z. Boxhornius Epigrammate commendavit Choliambico, qvod in *Poematis* ejus *p. 23. 24.* occurrit.

Ad p. 168. M. MART. OLAI, d. 31. Mart. An. 1657. teſte VVittenio (*T. I. D. B.*) defuncti, exſtant etiam *Diſputationes de Habitibus Intellectualibus Acqviſitis, de Anima, de Qq. Miſcellaneis*, ab eodem enumeratæ, alia item *de Cauſis*

*in genere & in ſpecie de Finali*, Upſaliæ An. 1643. in 4to excuſa.

Ad p. 168. M. OLAUS NICOLAI (de cujus Labore Grammatico, ſæpius recuſo, Conf. *p. 117.* obiit An. 1676. V. D. Pet. Rudbeckii *Concionem* in Exceſſum ejus *Funebrem*, a Scheffero *p. 191.* memoratam, & Wittenii *T. I. D. B. lit. Mmmm. 4. a.*

Ad p. 169. JOH. LAUR. STALENUS, Smalandus, Græcas initio Literas, & dein Theologiam, Upſaliæ docuit, in Epiſcopatu autem VVexionenſi Anno 1651. deceſſit. V. VVittenii *T. I. D. B. lit. Ccc. 2. b.* ubi *Disputationes* etiam ejus de *Loco* ac *Cœlo* & *Conciones qvasdam Sacras*, memorat.

Ad p. 169. JOH. GEZELIUS Senior, VVesmannus, Lingvæ initio Græcæ, & dein Theologiæ (cujus Doctor Upſaliæ Anno 1661. eſt creatus (Prof. Dorpatenſis, hinc Superintendens Livoniæ, & Diœceſeos tandem in Finnia Aboenſis, ab An. 1665. per qvinqve Luſtra, Epiſcopus, Academiæqve Procancellarius, Senex inſignibus in Finnlandiæ Eccleſias ac Scholas meritis conſpicuus, & in Libris præſertim notæ melioris, in uſum illarum, ſuo ſumptu, e Typographeo [illegible]eſtico, edendis aſſiduus, d. 19. Jan. An. 1690. æt. 75. vivis exceſſit, Filiumqve Cognominem, in Dignitate Epiſcopali, nactus eſt Succeſſorem. V. VVittenii *T. II. D. B. p. 175. 176.* & Epicedia Profeſſorum Academiæ Aboenſis, junctim excuſa, in qvorum Titulo *Orator, Hiſtoricus, Philologus, Philoſophus & Theologus, Latinus, Græcus & Hebræus, Conſummatiſſimus* ſaluta-

ta.

Digitized by Google

tatur. Scriptis ejus, *h. l.* enumeratis, adjunge, qvæ *in Addendis p.* 332. 333. recenſentur, nec non Verſionem novam Bibliorum Svecicam, Notis illuſtratam, ſed hactenus ἀνέκδοτον, cujus mentio, ſub Nomine Filii, Parentis Συνέργυ, *p.* 247. occurit.

Ad p. 173. DANIEL JONÆ BEHM, Aulæ Regiæ Secretarius & Conſiliarius, An. 1670. obiit. V. D. Nicol. Rudbeckii *Conc. Funebrem, p.* 182. memoratam, & Wittenii *T. I. D. B. lit. Eeee.* 1 *a.*

Ad p. 173. ERICUS ODHELIUS, Hamburgi d. 30. Jun. An. 1666. æt. 46. teſte Wittenio (*T. I. D. B.*) defunctus, a Joh. Henr. Hottingero, ſuo olim, in Schola Tigurina, per Menſes aliquot, Hoſpite, ob Cognationem Lingvarum Svedicæ & Helveticæ ſolerter obſervatam, *in Methodo legendi Hiſtoriam Helveticam, Pentadi Diſſertationum* An. 1654. inſerta, *p.* 205. commendatur. Parentavit ei Mart. Brunnerus *Oratione*, quam Schefferus *p.* 217. allegat, *Funebri*. *Palmam* illius *Paciferam* continuare & pertexere, eodem (*p.* 221.) teſte, aggreſſus eſt Gener, Ericus Benzelius, Th. D. & Prof. Upſalienſis.

Ad p. 174. CAR. LITHMANN, d. 14. Oct. An. 1686. teſte Wittenio (*T. I. D. B. ad An.* 1686. & *T. II. p.* 140.) extinctus, præter ſcripta, *h. l.* & *p.* 333. 334. recenſita, Ἐξήγησιν *Dicti* 1. *Joh. II.* 2. a Wittenio memoratam, edidit.

Ad p. 175. ERICUS OXENSTIERNA, Axelii, Regni Sveciæ Cancellarii, Filius & Succeſ-

ſor,

Digitized by Google

ſor, Febri Acuta extinctus, morte immatura d. 23. Oct. An. 1650. (juxta Wittenium *T. I. D. B.*) vel potius 1658. æt. 33. Frauenburgi in Boruſſia, deceſſit. De *Oratione* ejus *de Induciis* V. *Addenda pag.* 334. de Joh. Widechindi *Or. in obitum ejus Funebri p.* 185. de Naufragio autem, quod Mortem ipſius præceſſit, ominoſo, Schefferi *Exempla Gentis Sveticæ c.* 3. *p.* 20.

Ad p. 175. EDUARDUS PHILIPPI (cujus Scripta plura *in Addendis p.* 334. recenſentur) vivis exceſſit d. 30. Jun. A. 1686. æt. 66. V. Wittenii *T. II. D. B. p.* 138. 139. Panegyricum ejus, Chriſtinæ dictum, Carmine peculiari commendat Ant. Æmilius, *in Poematis p.* 395.

Ad p. 176. EDMUNDUS FIGRELIUS, Regni tandem Senator, & Aulæ Regiæ Cancellarius, obiit d. 24. Aug. An. 1676. æt. 45. V. Wittenii *T. I. D. B. lit. Mmmm. 1. b.* Liber ejus *de Statuis Elegantiſſimus* audit Caſp. Sagittario, *in Tr. de Januis Veterum, c.* 27. *p.* 185. Extat etiam illius *Conſiliarius, ex Curtii L.* 3 *c.* 12. *ad Hephæſtionis Exemplum, directus*, & Upſaliæ An. 1654. in 4. editus.

Ad p. 177. JOH. ERICI, Strengnenſis (de cujus Vita & Scriptis plura invenies *in Addendis p.* 335.) Dicaſterii tandem Regii Dorpatenſis factus eſt Vice-præſes, & d. 22. Dec. A. 1686. æt. 77. deceſſit. V. Wittenium, plurimas ejus enumerantem Diſputationes Philoſophicas, a Scheffero omiſſas, *T. I. D. B. lit. Zzzz.* 4. 4. & *T. II. p.* 140.

Ad p. 177. BENED. HEDRÆUS, Mathe-

theſeos Prof. ab A. 1648. Upſalienſis, obiit d. 3. Jan. A. 1659. æt. 51. teſte Wittenio *T. I. D. B.* ubi *Diſputationes* etiam *Philoſophicas* illi tribuit.

Ad p. 178. 179. 180. GEORG. STIERNHELM, Societatis etiam Regiæ Anglicanæ fuit Collega, teſte Mart. Kempio, *in Append. Biblioth. Angl. Theologica p. 659.* Inſigni inclaruit Lingvarum & Antiquitatum Septentrionalium peritia, ob quam a Thoma Bartholino (*Diſſ. IV. de Libb. Leg. p. 108.*) *Nobilis Antiquitatis Patriæ Promotor*, ab Actorum Orbis Eruditi Lipſienſium Collectoribus (*M. Sept. A. 1690. p. 466.*) *Svecorum Doctiſſimus*, a Joh. Diecmanno (*in Gymnaſmate de Lingva Primigenia Hebræa p. 12. 13.*) *Autor perdoctus & Nobiliſſimus Antiqq. Sveo-Gothicarum Ruſpator*, a Georg. Caſp. Kirchmaiero (*in Diſſ. de Lingva Europæ Vetuſtiſſima, Scytho-Celtica & Gothica, c. 1. §. ult. p. 23.*) *Ornamentum Patriæ* non immerito ſalutatur. Poemata ejus Svecica commendat D. G. Morhofius, *p. II. Tr. Germanici de Lingva & Poeſi Germanica, c. 8. p. 409.* *Runa Svetica*, Operis Affecti, ejusdem fere cum *Atlantica* Rudbeckiana Argumenti, parique Audacia Svecorum Lingvæ ac Genti, pro cœteris, non Europæis ſolum, ſed & Aſiaticis, ipſaque Hebræa, Antiquitatem Primigeniam, ac prærogativas alias, vindicare conati, Capitum Synopſin Idem, *P. I. c. 1. p. 11 - 18.* exhibet. Hiſtoriam Editionis Μεταφράσεως IV. Evangeliorum Gothicæ Ulphilanæ, auſpiciis Magni Gabrielis, Comitis de la Gardie, An. 1671. poſt Franc. Junium, ab ipſo curatæ, ſiſtunt Thomas Bar-

Bartholinus *l. c.* Wilh. Ern. Tenzelius, *in Diſſ. de Bibliis Polyglottis*, *§. 9. & 18.* ac *in Dialogis Menſtr. Germ. M. Aug. An. 1691. p. 633-637.* & M. Georg. Frid. Heupelius, Argentinenſis (illam, non minus quam Junianam, mendis ſcatere plurimis obſervans) *in Diſſ. de Ulphila, ſive Verſione illius IV. Evangeliorum Gothica*, Witebebergæ An. 1693. edita *p. 14. 15. 17.* Ex Ineditis ejus, a Scheffero *h. l. & in Addendis p. 335* enumeralis, quæ, cum Joh. Lud. Praſchio (*in Diſſ. altera de Origine Lingvæ Lat. Germanica*) edi quidem optat (*l. c. p. 17. 18.*) Morhofius, ſed Schedis tantum abſolvi palantibus, ſimul ex Schefferi ad ſe monet Epiſtola, *Anti-Cluverius, ſeu Tractatus, Gentis Gothicæ Originem, & Antiquiſſimam in Scandia Sedem, contra Philippi* (quem, *in Titulo ac Præfatione*, Johannem perperam appellans, cum Theologo ac Hiſtorico Cimbriæ Nobiliſſimo, uti in Homonymoſcopia, P. II. c. 7. §. 30. monuimus, confundit) *Cluverii* (Boruſſiæ ſuæ utramq; aſſerere conati) *Germaniam Antiquam, vindicans*, cum *Diſſ. de Hyperboreis*, Holmiæ An. 1685. in 8. prodiit, & in *Actis Erud. Lipſ. M. Jan. An. 1686. p. 32. 33.* fuſius eſt recenſitus. *Promptuarium Lingvæ Sveo-Gothicæ, ſeu Lexicon vocum illius Antiquarum, in Anti-Cluverio p. 76.* promiſſum, in Bibliotheca Collegii Antiquitatum Svedici, teſte *Catalogo* Librorum, ab hoc publicatorum, An. 1690. excuſo, *p. 12.* MStum aſſervatur. Opinioni ejus novæ, de Originibus Lingvarum, tum cœterarum fere omnium, tum Hebrææ ipſius, ex Scythica, ſive Svedica, derivandis, *in Runa Sve-*

*ticæ*

Digitized by Google

*ticæ Synopſi*, *& Verſionis IV. Evangeliorum Gothicæ Præfat. prolixa*, *ad Gloſſario, propoſita*, favere videntur Georg. Caſp. Kirchmayerus, in *Diſſ.* ejusdem Argumenti, paulo ante allegata, ac Witeb. An. 1686. edita, D. G. Morhofius *l. c. ac in Prælect. ἀνεκδότοις de Notitia Autorum, c. 9. & 10.* & noſter, quem is hanc in rem allegat, Schefferus. Erudite contra, poſt Argumenta Stiernhelmii accurate recenſita, eidem, in Hebrææ gratiam, ſeſe opponit Vir πολυμαθέστατος, Joh. Diecmannus, Superintendens Ducatus Bremenſis Svedicus, in *Gymnaſmate de Lingva Primigenia Hebræa*, Stadæ An. 1682. excuſo, *p. 12-24.* Ego Controverſiam iſtam *h. l.* meam non facio nec tamen diſſimulo, quascunque Stiernhelmius, Rudbeckius, aliique Sveci, ſuæ tribuunt Lingvæ Prærogativas, Matri illius ac Borealium reliquarum, Veteri Germanicæ, quæ nullibi incorruptior, quam in Cimbria & Saxonia Inferiori, ſupereſt, potiori jure adſcribi, & iisdem, quibus illi utuntur, Argumentis haud difficulter poſſe vindicari. Haud pauciores certe, in illa, quam in Svedica, occurrunt Voces Monoſyllabæ, etiam binis ſolum Literis conſtantes, quales pro Radicibus tantum Univerſalibus habendas, Stiernhelmius, poſt Autorem Anonymum *Methodi ſeu Inventionis Novæ Lingvalis*, ab Aug. Pfeiffero (*in Præfat. Introduct. ad Orientem*, *& Diſſ. V. Qu. 5.*) exploſæ, una cum Caſp. Neumanno, Eccleſiaſta Uratislavienſi, *Geneſeos Lingvæ Sanctæ* Scriptore nupero, contendit. Cui tamen Poſtulato nonnulla, haud inſuper habenda, opponunt

Joh.

Joh. Diecmannus *l. c.* & Vir Illuſtris, Jobus Ludolphus, apud Tenzelium *in Dial. Menſtr. M. Febr. Anno 1693. p. 159. 160.*

Ad p. 180. NICOL. RUDBECKIUS, Aroſienſis Weſmannus, Johannis, Diœceſeos iſtius Epiſcopi (de quo *p. 79. & ſqq.* dictum,) Filius, d. 5. Jan. An. 1622. in lucem editus, poſt Officia alia Sholaſtica & Eccleſiaſtica, An. 1667. Paſtoratum Metropoleos Holmienſis Primarium, ac ſupremos Theologiæ Honores, A. 1671. autem, poſt obitum Soceri ſui, D. Olai Laurelii, Epiſcopatum Aroſienſem, obtinuit, Annoque 1676. æt. 55. d. 2. Sept. Febri Hectica deceſſit. V. Sam. Hoyeri, Theol. Lectoris Aroſienſis, *Programma* de Vita ejus *Funebre*, in Henn. Wittenii *Dec. XV. Memor. Theol. Renov. p. 19421-946.* recuſum Wittenii *T. I. D. B. lit. Mmmm 2. a.* & Joh. Claudii Walwick, Generi ipſius, *Or. de Epiſcopatu Gratulatoriam*, a Scheffero *p. 226.* memoratam.

Ad p. 184. JONAS SUNDELIUS obiit An. 1675. V. Wittenii *T. I. D. B. Lit. LIII. 2. a.*

Ad p. 184. 185. 186. JOH. WIDECHINDI Hiſtoriam Belli Sveco-Moſcovitici decennalis, ſub Carolo IX. & Guſtavo Adolpho, geſti, Holmiæ An. 1672. in 4. Latine & Svetice editam, commendat Schefferus *in Diſſ. de Inform. Literaria p. 19. Hiſtoria Guſtavi Adolphi Magni Sexennium* Svetice prodiit Holmiæ An. 1680. in fol. *Poema de Vita Joh. Elai Terſeri* recuſum eſt Francofurti Anno. 1684. in H. Wittenii *Dec. XVI. Memor. Theol. p. 1970-1979.*

Ad

Digitized by Google

Ad p. 187. 188. MAGNUS CELSIUS, Nicol. Fil. Helſingus, Math. Profeſſor Upſalienſis, & Upſaliæ Veteris Paſtor, d. 5. Maij An. 1679. æt. 58. deceſſit. V. Wittenii *T. I. D. B. lit. Pppp. 2. a.* Scriptis, *h. l.* recenſitis, addantur:

1. *Diſſ. de Comparatione Corporum Cœleſtium ad Tellurem.* Upſaliæ 1672. in 8.

2. *Diſpp.* aliæ *de Horologio Sciaterico, de Iride, de Feſtis Hebræorum, de Thule Veterum, de Syſtemate Mundi Democriteo, de Anno, de Natura Piſcium & Piſcatura, de Poſitionibus Miſcellaneis, &c.* illo Præſide, teſte Wittenio (*l. c.*) habitæ.

Ad p. 189. PET. RUDBECKIUS, Johannis, Epiſcopi Aroſienſis (de quo *p. 79.* dictum) Filius, An. 1690. in Acad. Upſalienſi fuit ſuperſtes, & Theol. Profeſſor Primarius. Scripta ejus plura, *in Addendis p. 328. 335. 336.* enumerantur.

Ad p. 191. SVENONIS HAGELSTENII extat etiam *Oratio in Natalem Chriſtinæ Reginæ,* Upſaliæ Anno 1640. in fol. excuſa.

Ad p. 192. ZACHAR. LAURENTII KLINGIUS Witebergæ, poſt defenſam, pro Gradu D. Pauli Röberi *de Erroribus Godeſchalci de Prædeſtinatione, olim damnatis, Diſputationem,* Theol. Licentiatus, a D. Jacobo Martini, d. 16. Oct. An. 1646. Doctor autem a VVilh. Lyſero, d. 18. Maji An. 1647. eſt creatus. V. Gotfr. Suevi *Acad. Witeb. lit. Eee. 3. a. Fff. 3. b.* ac Andr. Sennerti *Lib. 1. Athen. Witeb. p. 93. 102.* Obiit d. 3. Sept. An. 1671. teſte VVittenio *T. I. D. B. lit. Eeee.*



Digitized by Google

4. a. A. Calovio, *in Leſſu Haberkorniano p. m.* 1. Theologis Lutheranis potioribus annumeratur, ſed perperam *Epiſcopus Niecopienſis* ſalutatur.

Ad p. 192. LAUR. BANCKII, Acad. Franequeranæ, per Annos XV. Anteceſſoris, d. 13. Oct. An. 1662. (teſte VVittenio *T. I. D. B.*) defuncti, Scriptis addantur:

1. *Diſſ. de Jure & Privilegiis Nobilium.* Franeqv. 1652. in 4.

2. *Tr. de Duellis.* Ib. 1658. in 4.

3. *Diſſert. de Bancaruptoribus*, VVittenio memorata.

4. *Diſſ. de Conſiliis & Conſiliariis Principum.* V. Eundem *Romæ Triumphanti* Appendicem *de Origine Ceremoniarum Papæ*, *Taxæ* autem *Cancellariæ Apoſtolicæ Notas* ſuas adjecit.

Ad p. 193. JOH. CELAI, Paſtoris & Præpoſiti Lixandrenſis, Filius) TERSERUS, quem ELIAM perperam vocat Joh. Henr. Heideggerus (*in Vita J. Henr. Hottingeri lit. f. 2. a.*) An. 1605. in lucem editus, poſt officia plurima, Scholaſtica, Eccleſiaſtica & Academica (quorũ multa a Scheffero ſilentur,) tum in Germania, tum in Regno Patrio, adminiſtrata, Epiſcopatui tandem Lincopienſi An. 1671. eſt admotus, & in iſto, d. 12. Apr. An. 1678 æt. 73. defunctus. Plura, de Vita & Laudibus Viri Doctiſſimi, & Lingvarum imprimis Sacrarum peritia inſigni conſpicui, ſuggeret Joh. VVidechindi Epicedion Biographicum, Verſibus ſcriptum Heroicis, Lincopiæque Anno 1678. & dein

Digitized by Google

dein Holmiæ, teſte Scheffero (*p. 185. 186.*) excuſum, recuſum autem, cum H. Wittenii Hiſtoria Vitæ ejus Proſaica, in hujus *Dec. XVI. Memor. Theol. Renov. p. 1969-1979.* Conf. Wittenii *T. I. D. B. lit. Oooo. 1 b.* & Joh. Laur. Kiälmanni *Or.* ad illum *Panegyricam, pag. 232.* a Scheffero memoratam. Herm. Conringius, *in Diſſ. de Initio Anni Sabbathici p. 181.* eum vocat *Virum, non Doctrina & Pietate minus, quam Dignitate Epiſcopali, excellentem, Amicum ſuum, & quondam Auditorem, Chronologiam* autem illius *Sacram Libellam Eruditiſſimum* ſalutat. Verſio Nova Librorum Moſaicarum Latina ab Hottingero, *in Biblioth. Quadrip. L. 2. c. 4. p. 167. 168.* laudatur. Omittuntur a Scheffero, in Scriptorum ejus Indice:

1. *Or. in obitum Erici Unonii Troilii.* Lipſ. 1647. in fol.

2. *Or. in obitum Haraldi Appelbom, Nob. Sveci.* Lugd. Bat. 1648. in fol.

3. *Epiſt. Conſol. ad Henr. Tetium, de Obitu Filii.* Ib. 1649. in fol.

Ad p. 194. JORDANUS NICOLAI EDENIUS, Amicis Joh. Henr. Hottingeri, ab Heideggero, in *Vita* ejus (*lit. f. 2. a.*) annumeratus, obiit An. 1666. teſte VVittenio *T. I. D. B. lit. Yyy. 1. b.*

Ad p. 195. M. SAMUEL PETRI BRASK, Anno 1668. eſt denatus. V. D. Nic. Rudbeckii Conc. Funebrem, a Scheffero *p. 181.* memoratam, & Wittenii *T. I. D. B. lit. Bbbb. 1. a.*

Ad p. 197. 198. OLAUS VERELIUS, Lincopia-Oſtrogothus, Acad. Upſalienſis Quæſtor, & Antiqvitatum Svecicarum, Lingvæqve Veteris Gothicæ, in eadem, Profeſſor, Collegii Antiqq. Regii Aſſeſſor, & Bibliothecæ tandem etiam Academicæ Præfectus, d. 3. Jan. Annno 1682. (æt. 64. Prof. 19.) teſte Wittenio *(T. I. D. B. ad An. 1682.)* defunctus, ob Merita in Lingvam & Archæologiam Patriæ Ingentia, Ornamentis ejus potioribus jure accenſetur, & ab Andr. Norcopenſi *(in Diſſ. de Orbis Aſiatici Conſervatione Politica p. 100.) Celeberrimus Antiqvitatum Patriæ Aſſertor*, a Joh. Dan. Majore autem *(in Deſid. de Nummis Rhedigerianis p. 32.) Vir præclariſſimus*, ſalutatur. Conf. Morhofii (Obſervationes ejus ad Scriptores Veteres Arctoos *Eruditas* appellantis) *Tr. de Lingva & Poeſi Germanica Germanicum, P. I. c. 3. p. 66.* & Joh. Diecmanni *Gymnasma de Lingva Primigenia Hebræa p. 24.* Ol. Rudbeckius illi An. 1679. *Tomum Atlanticæ* ſuæ, Operis Eximii, *Primum* inſcripſit, qvod e Tabula is Regni Svedici Geographica, Editioni *Hiſtoriæ Hervorianæ*, qvam Noſter Anno 1672. publicavit, illuſtrandæ deſtinata, ſibi eſſet enatus, ipſiusqve Ergodioctæ aſſidui, hortatu ad finem deinde perductus. Editionem ejus *Hiſtoriæ Gothrici & Rolfonis*, Lingva Veteri Gothica, cum Verſione Svetica, Notis Latinis, Vocum Antiqvarum, ac Monumentorum aliqvot Runicorum, Explicationibus, Johannisqve Schefferi Annotationibus Politicis & Antiqvariis, An. 1664. evulgatam, commendat, & Notas imprimis

mis Verelianas, qvod de Idololatria Borealium & Germanorum, longe majori, qvam Autores argumenti hujus reliqvi, & diligentia, & accuratione, differant, multaqve Lingvæ & Hiſtoriæ Germanorum Illuſtrationi inſervitura, complectantur, prolixe extollit Cl. Tenzelius *in Dial. Menſtr. M. Jul. An. 1689. p. 683. 684. 685. Diſputatiunculam de Voce FANIN, Auctario Notarum in Hiſtoriam Hervara* Anno 1674. adjectam, Rudbeckius, *T. I. Atlantica, c. 9.* laudat, *Manuductionem* autem *ad Runographiam Scandicam*, ob Argumentum hoc *omnium accuratiſſime pertractatum*, *ibid. c. 38. p. 831.* celebrat. De *Anonymi Annotationibus, ex Caroli, Epiſc. Aroſienſis, Scriptis excerptis*, Indices Epiſcoporum & Archiepiſcoporum Sveciæ, Fundationesqve Templorum Upſaliæ Cathedralium, continentibus; qvas Noſter A. 1678. edidit, ſuum Schefferus, eodem Anno, Judicium *Differt.* expoſuit peculiari, cujus infra *p. 298.* occurret mentio. *Lexicon* ejus *Lingva Veteris Scytho-Scandica*, Explicatione Vocum Svedica moderna illuſtratum; qvod Schefferus τοῖς ἀνεκδότοις accenſet, Upſaliæ An. 1691. curante Ol. Rudbeckio, eſt publicatum. *Hiſtoria S. Olai, Regis Norwegiæ*, Gothica, Verſione Svetico-Latina, & Notis, illuſtrata, in Bibliotheca Collegii Antiqvitatum Regii, etiamnum deliteſcit. Unum adhuc moneo, non immerito omnes Monumentorum Hiſtoriæ Arctoæ Veteris, ab Islandis Lingva gentis ſuæ Vernacula concinnatorum, Editiones, a Verelio publicatas, ac erudite illuſtratas. Ott. Sperlingii,



Digitized by Google

Amici noſtri Doctiſſimi (*in Comm. de Danicæ Lingvæ ac Nominis Antiqva Gloria & Prærogativa*, §. 17. & 18. p. 18. 19. 20.) incurriſſe Cenſuram, eo qvod, omiſſa Idiomatis Islandici Mentione, Gothicum, in ejus locum, ſubſtituerit, & , hoc exarata ea eſſe, Lectoribus perſvadere, iſtoqve pacto Sveciæ ſuæ, Annalibus tantæ Vetuſtatis Vernaculis deſtitutæ, vindicare eadem, nimiò in Patriam ductus affectu, fruſtra allaboraverit.

Ad p. 200. JOH. SPARRE, Lib. Baro de Croneborg, obiit Anno 1656. V. Joh. Claud. Walwick *Or. Funebrem p. 226.* allegatam &, Wittenii *T. I. D. B. lit. Iii. 4. b.*

Ad p. 203. ZACHAR. HUMERUS d. 7. Jun. An. 1650. deceſſit, teſte Wittenio (illi etiam *Diſſ. de Summo Bono Civili tribuente*) *T. I. D. B. lit. Aaa. 1. a. Hiſtoria Holſatiæ*, Anno 1649. in 8. excuſa, quam Lipenius, Catalogos ſublectæ fidei ſecutus (*in Bibliotb. Philoſoph.*) illi adſcribit, Chimærica eſt, & ex *Opere de Arte Hiſtorica*, qvod eodem An. prodiit, efficta, uti *P. I. Iſag. ad Hiſt. Cimbr. c. 7. §. 8. p. 127.* jam monuimus.

Ad p. 203. OLAUS SVEBILIUS Archiepiſcopatum deinde Upſalienſem obtinuit, qvo Anno jam 1692. eſt functus, & etiamnum, ni fallor, fungitur.

Ad p. 204. JOH. MATTHIÆ MUNTHELII *Diſſ. Inauguralem de Scorbuto* eleganti commendavit Epigrammate M. Z. Boxhornius. V. *Poemata* ejus *p. 59.*

Ad

Digitized by Google

Ad p. 205. PET. ELIÆ GAVELIUS, Conſul tandem factus Holmienſis, obiit Anno 1645. ſi vera tradit H. WVittenius *T. II. D. B. p. 57.* Merito autem hic fidem ejus in dubium voces, cum Scripta, qvæ Schefferus Gavelio tribuit, omnia poſt Annum iſtum prodierint.

Ad p. 205. ENEWALDUS SVENONIUS, Roſinus Smalandus, Eloqventiæ ab An. 1655. Theol. autem ab A. 1660. Prof. Aboenſis, Eccleſiæq; ſimul Oppidanæ Paſtor, tandem vero Scaniæ, Blekingiæ & Hallandiæ, Epiſcopus, Academiæq; Londinenſis Carolinæ Procancellarius, d. 15. Apr. An. 1688. æt. 71. eſt defunctus. V. Wittenii *T. II. D. B. p. 149.* Scriptis ejus, *h. l. & in Addendis p. 337. 338. 339.* prolixe a Scheffero enumeratis (inter qvæ *Apologeticus DEI* Aboæ Anno demum 1681. in 8vo prodiit) addantur:

1. *Diſp. de Adamo Nomenclatore, ex Gen. II, 19. 20.* Aboæ 1667. in 8.

2. *Diſp. de Verſione Bibliorum Mart. Lutheri Germanica, & inde in qvibusdam dependentibus Svecica & Finnica.* Aboæ 1684. in 8.

3. *Diſp. de genuina Verſiculorum Gen. IV, 1. & Jer. XXXI, 22.* Interpretatione. Aboæ 1685. in 8.

4. *Or. de Statu Politico.*

5. *Lytrodoxia JESU, ex 1. Joh. I. Diſputationibus XXIII. propoſita.*

6. *Diſp. de Exceptionibus Theod. Bezæ, circa Dicta Prophetica Ezech. XVIII, 23. & XXXIII. verſ. 11.*



Digitized by Google

Trium Poſteriorum Notitiam Wittenio debeo.

Ad p. 206. CATHARINAM BÅÅTIAM, ejusqve Opus Joh. Henr. Bœclerus, *in Diſſ. de Peregrinatione Germanici* (qvæ *prima* eſt *Diſſertationum Academicarum*) *p.* 18. hiſce verbis commendat: *Joh. Meſſenii Theatro Nobilitatis Svecanæ Exteri Securius utuntur: at in Svecia multi Autoris Errores annotati comperiuntur, multa Deliqvia. Cujus fidem abunde fecerunt inſpecti, non ſine adminiſtratione, Commentarii Illuſtriſſimæ Matronæ, Catharinæ Boot, qvos grande illud Sexus ſui Ornamentum, & Nobilitatis Svecicæ Gemma, tanto Studio, Diligentia, Diſpoſitione, ſua manu exaravit, &, qvantum ad Inſignia attinet, depinxit, ut comparatum his laboribus Theatrum, qvod dixi, vel defectu Notitiæ plenioris, vel tractationis ſecuritate, plane vileſcat.* Gemina his habet *in Bibliogr. Curioſa lit. K. 2. b.* ubi, Typothetæ culpa, perperam *Boſtia* appellatur.

Ad p. 208. ANDREÆ ARVIDI *Manuductionem ad Poeſin Svecanam* Zach. Brokenio, Editori, minus accurate adſcribit Morhofius, *in Tr. Germ. de Lingva & Poeſi Germ. P. II. c. 8. pag. 409.*

Ad p. 209. CLAUDIUS KLOOTH, Conſul Venersburgenſis, obiit An. 1672. V. Wittenii *T. II. D. B. p. 104. Synopſis* ejus *Cauſarum Criminalium* juxta Decem Decalogi Præceptorum Ordinem eſt diſpoſita, & Collationem Juris Divini

vini ac Romani cum Svecico exhibet. *Proceſſus Criminalis* in *Camenſem*, a Corn. Beüghemio (*in Bibliogr. Jurid. p. 127.*) male transformatur.

Ad p. 211. ISAACUS ISTHMENIUS, Südermannus, Phyſ. Prof. Upſalienſis, & dein Paſtor Orebrogienſis (de qvo Conf. *Addenda pag. 340.*) vivis exceſſit d. 27. Jan. An. 1658. teſte Wittenio (*T. I. D. B. lit. Lll 3. b.*) qvi *Diſputationes* etiam illi tribuit *de Elementorum Natura*, *de Ortu Formarum*, *de Communicatione Proprii*, *de Corporum Naturalium Materia*, & *de Veritate Morali*.

Ad p. 212. OLAUS RUDBECKIUS, Aroſienſis Svecus (non Germanus, uti falſo perhibet Joach. Vitus Wigandus, ſive Joh. Val. Willius, *Diſſ. I. de Philiatrorum Germanorum Itineribus p. 78.*) Scriptor ætatis noſtræ Inclytus, & vix cuiqvam Popularium, vel ſolertia Ingenii, vel Eruditionis Variæ laude, ſecundus, Juvenis Anatomen & Medicinam, adultior autem Patriam univerſam, ejusqve Archæologiam, immortalibus ſibi Meritis obſtrinxit. Qvorum intuitu, a Joh. Dan. Majore (*in Deſiderio de Nummis Rhedigerianis pag. 32.*) *Vir penetrantiſſimi Ingenii, & multiſcientia ſingularis*, it. (*in Delictis Hybernis p. 8.*) *Vir clariſſimus & Ingenioſiſſimus, Anatomicusqve longe exercitatisſimus* a Dan. Georg. Morhofio autem (*in Epiſt. ad illum*) *Ornamentum Orbis Literati, ſuaqve Gentis inſigne*, vere ſalutatur, & ab aliis non minora paſſim Elogia reportavit. Primam ipſi Famam, præter auſpicatiſſimam Partus



Digitized by Google

Cæſarei, ex Conjugis ſuæ Utero, & iſto, & hac, ſuperſtitibus, Exectionem, a Tenzelio (*in Dial. Menſtr. Germ. M. Oct. Anno 1689. p. 1036. 1037*) memoratam, & Domum Upſalienſem Artificioſam, in qva, Thoma Bartholino (*in Append. ad Diſſertt. de Med. Dan. Domeſt. p. 506.*) teſte, *Semina, Stirpesqve Exoticæ, imo ex India utraqve allata, beneficio Ignis, æqve feliciter, ac ſi in Solo natali germinarent*, Extremo in Septentrione, *ſata ab ipſo ſunt & propagata*, conciliavit Inventum Vaſorum Lymphaticorum Anatomicum. Cujus *in Exercitatione de Ductibus Novis Hepaticis Aqvoſis, & Vaſis Glandularum Seroſis*, Aroſiæ Anno 1653. in 4to excuſa, Leidæqve Anno 1654. in 12. tum ſeorſim, tum in *Meſſe Aurea Anatomica* Siboldi Heemſterhuſii, recuſa, publicati, Gloriam cum ſibi ſoli aſſereret, Controverſiæ cum Mart. Bogdano, Drieſſia Marchico, Thomæ Bartholini, Anatomici in Dania Principis, a qvo hæc Vaſa jam ante erant detecta, & Schediaſmate duplici eodem An. 1653. deſcripta, Auditore ac Hyperaſpiſta, eſt implicitus. Bogdani Opuſculis duobus, Bartholino Inventum hoc vindicantibus, Anno 1654. ac 1655. editis (de qvibus Alb. Bartholini *Tr. de Scriptis Danorum p. 99.* conſulendus) Noſter oppoſuit, non ſolum *Epiſtolam ad Thomam Bartholinum*, Anno 1657. impreſſam, qvam Schefferus memorat, ſed & duo Scripta alia, ab illo omiſſa, a Lindano autem (*in Lib de Scr. Med. p. 501.*) laudata, nempe:

1. *Inſidias ſtructas Ol. Rudbeckii Ductibus Hepaticis Aqvoſis, & Vaſis Glandularum Seroſis a Tho-*

*a Thoma Bartholino*. Lugd. Bat. 1654. in 8. & 12.

2. *Tractatum pro Ductibus Hepaticis Aquoſis, & Vaſis Glandularum Seroſis, contra T. B.* Ib. 1654. in 8.

Multa, ad Controverſiæ hujus Hiſtoriam pertinentia, invenies in *Centuria II. Epp. Med.* Thomæ Bartholini, cum alibi, tum imprimis *Ep. 34. 36. 37. 47. 48. & 49.* Ego utriqve Inventi iſtius laudem tribuere nullus dubito, præeuntibus Duumviris in Rep. Medica celeberrimis, Joh. Dan. Majore (*in Deliciis Hybernis p. 8.*) & Gynth. Chriſtoph. Schelhammero (*in Introd. ad Phyſiol. p. 27.*) qvi plura Inventorum aliorum, diverſis Naturæ Scrutatoribus communium, Exempla collegerunt. Bartholinus ſane, qvo erat candore, nunqvam a Gloriæ hujus Participatione Rudbeckium excluſit, qvem ſæpe poſtmodum inſignibus dignatus Elogiis, *Virum Clariſſimum & Divæ Anatomæ natum* (*Cent. IV. Epp. Med. n. 37. p. 217.*) *Virum Induſtrium & Ingenioſum* (*in Invectiva Anti-Bilſiana, ſub finem*) *Virum* item *Clarisſimum, ad Medicinæ Incrementum natum* (*in Append. Diſſert. de Med. Dan Domeſt. p. 506.*) appellavit, & *Profectoribus Europæ Clarisſimis, Exterorum ad ſe Studia allicientibus* (*in Diſſ. de Peregrinat. Med. p. 11.*) annumeravit. Cœteris Rudbeckii Scriptis (e qvibus *Diſſertatio*, ſive Sylloge potius Epiſtolarum, *de Cometa Anni 1667.* in *Theatro* Lubienitzii *Cometico*, Amſtelod. Anno 1668. in fol. edito, *T. I. p. 349--361.* locum invenit) prætermiſſis, de Sola *Atlantica*, cui Incrementa Famæ ſuæ debet invi-

den-

Digitized by Google

denda, qvædam monebo. Operis hujus (cujus inchoandi occaſionem paulo ante, ad *p. 197.* ſub Olai Verelii, Ergodioctæ, nomine expoſuimus) Tomi hactenus II. *in fol.* prodierunt, Tertius autem cupide ab Eruditis expectatur. Tomi I. Latino-Svetice Upſaliæ Anno 1675. excuſi, & An. 1679. ac 1684. recuſi, hæc eſt Inſcriptio: *Atlantica, ſive Manheim, Vera Japheti Poſterorum Sedes ac Patria, ex qva non tantum Monarchæ ac Reges, ad totum fere Orbem reliqvum regendum ac domandum, Stirpesqve ſuas in eo condendas, ſed etiam Scythæ, Barbari, Aſæ, Gigantes, Gothi, Phryges, Trojani, Amazones, Thraces, Libyes, Mauri, Tuſci, Galli, Cimbri, Cimmerii, Saxones, Germani, Suevi, Longobardi, Vandali, Heruli, Gepidæ, Teutones, Angli, Pictones, Dani, Sicambri, aliiqve Virtute clari & celebres Populi, olim exierunt.* Tomus II. ibidem Anno 1689. editus, hoc Titulo ſuperbit: *Atlanticæ, ſeu Manhemii, Tomus II. in qvo Solis, Lunæ ac Terræ Cultus deſcribitur, omnisqve adeo Superſtitionis hujusce Origo Parti Sueoniæ Septentrionali, Terræ puta Cimmeriorum, vindicatur, ex qva deinde in Orbem reliqvum divulgata eſt; Idque Scriptorum, non tantum Domeſticorum, ſed etiam Exterorum, maxime vero veterum atqve doctiſſimarum Fabularum, fide, qvarum Explicatio genuina nunqvam antehac in lucem prodiit. Accedunt Demonſtrationes certiſſimæ, qvæ Septentrionales in maxime genuinum Solis ac Lunæ Motum, indeque pendentem accuratiſſimam Temporum Rationem, multo & prius, & felicius, quam gentem aliam ullam,* olim

*olim penetraſſe, ac etiam alia multa, ad hunc usque diem incognita, declarant.* Vel ex Titulis hiſce abunde patet, quantum Gloriæ Autor Regno Svecorum Patrio vindicet, & aliis contra Gentibus plerisque, quas huic Origines ſuas, Sacra, Lingvas, Literas, Leges ac ſcientias, debere jactat, Laudibusque, ac Rebus Geſtis, tot Seculorum conſenſu, ac Præſcriptione diuturna, iisdem attributis, ſpoliare aggreditur, eripiat. Magis id perſpicies, ſi ipſum opus evolveris, aut Recenſus compendiarios, quibus utrumque Tomum Vir Celeberrimus, Wilh. Ern. Tenzelius (*in Dialogis A. 1690. Germanicis Menſtruis, M. Febr. Mart. Majo. & Julio,*) & Ephemeridum Gallicarum Scriptores (*Ephem. 19. Anni 1684. ac Ephem. 34. An. 1692.*) Primum autem ſolum Pet. Bælius (*in Novellis Reip. Liter. M. Jan. & Febr. Anno 1685.*) & Secundum Cl. Basnagius (*in. Hiſt. Opp. Erud. Gallica, M. Dec. Anno 1690. p. 147-154.*) ſunt dignati, accurate perluſtraveris. Vel ſtupidus omnino ſit, vel malitioſe impudens, oportet, quisquis, ex opere hoc præclaro, & Doctrinæ omnigenæ atque rarioris pleniſſimo, Autoris non agnoſcit Ingenium perſpicaciſſimum, Eruditionem variam pariter atque ſolidam, Lectionem multam, ac per omne ſcriptorum Genus diffuſam, & Diligentiam tandem pertinaciſſimam, plurimis jam Elogiis ab Orbis Literati Proceribus merito decoratas. Quæ ut à nobis *h. l.* recenſeantur, opus haud eſt, cum ingentem illorum numerum quidam H. Z. in Syllogen jam congeſſerit peculiarem, *Tom. II.* præfixam, & ſeorſim etiam Upſaliæ

*in fol.*

*in fol.* excuſam. Unum hunc in Corpore pulcherrimo Nævum obſerves, quod Autor, nimium, uti jam dixi, Patriæ indulgens Amori, hanc ſupra Regiones Orbis univerſi reliquas ubique, *ἐυκαίρως ἀκαίρως*, evehere allaboret, &, ut ſuæ Genti, quicquid Ævo Priſco præclari eſt geſtum, aſſerat, in Exteras pleraſque ac illarum prærogativas, non raro ſit injurius, Argumentisque adverſus iſtas depugnet, prima quidem interdum fronte ſpecioſis, ſed minus tamen ſolidis, & juſto robore deſtitutis. Quo imprimis referendæ Etymologiæ tot Nominum Peregrinorum, ex Lingva Svetica, antehac inauditæ, Conjecturæ juſto audaciores, & Fabularum priſcarum, Locorumque, ex Scriptoribus Antiquis allegatorum, in Senſum plane alienum Detorſiones. Nimia hac Hiſtoriam Ævi Veteris Hypotheſibus ſuis accommodandi Licentia, non potuit non Hominum, in Gentibus Exteris, Eruditorum adverſus opus ſuum provocare Calamos. E quibus Bælius ac Tenzelius, *locis citatis*, Capita illius ac Argumenta enarrantes potiora, quid in iis deſiderarent, pari Cenſuræ Libertate, paſſim monuerunt. Quæ in Germaniæ Veteris, Upſvionum ab illo ſubjectæ Imperio, Majeſtatem videbantur injuria, Joh. Ludov. Praſchius, a Tenzelio (*M. Jan. Anno 1689. p. 85. 86.*) laudatus, in *Collegii Philo-Teutonici Adumbratione* (dem Entwurf der teutſchliebenden Geſellſchafft) obelo notavit, & Examini Vindicum Hiſtoriæ Patriæ Ulteriori tranſcripſit. Poeſeos Germanorum Vetuſtatem, & Carmina eorundem Antiqua, Tacito laudata, contra

Tomi

*Tomi I. Caput. XXIV.* vindicavit Morhoſius, *in Tr. de Lingva & Poeſi Germanica Germanico P. II. c. 6. & 8.* Atlanticam Platonis perperam in Sveciam translocari, Fabulasq; Poetarum Ethnicorum Veteres, de eadem, contra Autorum mentem, falſo explicari, Anno 1694. Timoth. Daniel Colbergius, Prof. Gryphiswaldenſis, *Diſſ. III. de Sapientia Veterum Hebræorum per Orbem univerſum diffuſa oſtendit.* Ipſe ego Cherſoneſo Natali Martiæ Cimbrorum (a quibus hodienum Cimbrica appellatur) Sobolis editæ gloriam, contra *Tomi I. Caput XXI.* in extremos iſtam Lapponiæ Fines, una cum Cimmeriis, Ponti Euxini, Bosphori Cimmerii, Paludisque Moeoticæ, in Confiniis Aſiæ atque Europæ, Accolis, male cum eadem confuſis, relegans, ejusque Hypotheſes, *in Prodromo Atlanticæ*, ſecutum Joh. Dan. Majorem, Digreſſionibus duabus, *in Iſagoges ad Hiſtor. Cherſoneſi Cimbricæ, Parte I. c. §. 4. & 5. p. 46 - 49. ac Addendis Partis IV. pag. 642. 643.* breviter, ſed Argumentis idoneis, aſſerui. In quarum Digreſſionum Priore (ut obiter Apologema hic aliquid interſeram) dum *p. 47.* ſcripſi, nos, Incolas Cherſoneſi Cimbricæ modernos, *Rudbeckio, ac Sympatriotis, Cimmeriorum, quos cum Cimbris ille male confundit, Tenebras, Tartarearum æmulas, lubentiſſime tranſcribere, Cimbrorum autem Gentem ex Jutia & Holſatia noſtra, non Svecia, derivare*, id unum, uti nemo non Eruditior videt, ſignificare volui, de ſola Cimbrorum Patria, non autem de Sede Cimmeriorum, nihil cum Cimbris commune habentium, Rudbeckio a Noſtratibus

move-

moveri Controverſiam, nec interceſſuros hos eſſe, quo minus Tenebræ Cimmeriorum perpetuæ, iiſdem, quibus Tartareæ, Phraſibus ac Coloribus a Poëtis deſcriptæ, in Provincia Lapponica *Kimi,* Rudbeckii ductu, poſthac, a Narrationum hujuſmodi Fabuloſarum Amaſiis, veſtigentur. Quæ παρομολογία, ſive conceſſio (ut Rhetorum voce utar,) Joco illuſtrata innoxio, nec in cujusquam vergens contumeliam, eo minus Rudbeckium, & Sympatriotas, offendere poterit, quod ipſe Acheron & Tartarus, ſive Locus (de quo ſolo mihi Sermo fuit) Inferorum Poeticus, *Cimmerium Domus* a Val. Flacco (*L.3. Argonaut.*) appellatus, una cum Campis Elyſiis vicinis, *T. I. Atlanticæ c. 22. ac 23. & T. II. c. 7.* (ubi Raptus Proſerpinæ Fabulam Autor Patriæ ſuæ vindicat,) ex Utopia, in Sveciam, itidem translocentur. Extorquet mihi Declarationem hanc loci iſtius Apologeticam Criminatio Falſiſſima, & commiſerationi potius meæ, quam Indignationi, ob Futilitatem, materiam ſuggerens, qua Vir coetera, cum viveret, Eximius atque Doctiſſimus, *Joh. Dan. Major*, Rudbeckianæ de Cimbris Sententiæ Aſſecla, [illegible], *in Partis Iſagoges IVta Paralipomenis*, uti ante dictum, breviter refutatus, Mihi Malignitatem Animi in Gentem Svecorum Nobiliſſimam, Homine Chriſtiano, imo ſanæ mentis, indignam, e Verbis illis, affinxit, ac *totum iſta hunc Populum diris devovere, Tenebrisqve Infernalium amictis* (höllenmäßiger Finſterniß) *tranſcribere*, temere, ne qvid durius dicam, affirmavit. Cui, in duabus Aulis

Regiis

Regiis Borealibus, audacter ab ipſo, Iter ad Svecos Fatale ingreſſo, ut Monarcharum Auguſtiſſimorum manibus, ſua longioribus, ad Vindictam, in Certamine Literario, injuſtam atq; indecoram abuteretur, An. 1693. ſparſæ, juſſu Sereniſſimi Danorum Regis, Apologia tunc perbrevi Germanica, Hafnia in Aulam Svecicam transmiſſa, eo confeſtim a me reſponſum eſt ſucceſſu, ut mox, nebulæ inſtar, diſparuerit, & ſuæ ſe Tenebrarum Tartareo-Cimmeriarum Caligini, e qva efficta erat, denuo immerſerit. Iterato certe Reſponſo publice illam *h. l.* non eſſem dignatus (cum Manibus enim luctari haud lubet) niſi Autor eandem Scripti ſui de Populorum Cimbriæ Originibus Vernaculi (des bevölkerten Cimbriens) Sententiæ Rudbeckianæ Anno 1692. denuo, ſed infeliciter admodum, Argumentis exigui ponderis, & vel ex propriis ejus Hypotheſibus, ob Contradictiones crebras, facile convellendis, patrocinati, Digreſſioni adverſus me indignabundæ *c.* 77. obviæ, nomine meo diſſimulato, inſeruiſſet. Cujus Lectores, qvibus de Apologia mea ἀνεκδότῳ, Auguſtiſſimo Danorum Monarchæ oblata, hactenus nihil innotuit, ut, falſo talia mihi affingi, publice edocerentur, Famæ utiqve meæ intererat. Alieniſſimus, per Dei gratiam, ſum ab inſana, barbara & Cyclopica gentes integras, etiam Paganas atqve obſcuriſſimas, nedum Chriſtianas, & tot Viciniæ, Commerciorum, Religionis, Multiplicisqve Principum Cognationis (ut alia plura ac Vetuſtiora ſileam) Vinculis Noſtræ arctiſſime con-



Digitized by Google

junctas, maledictis aut Scommatis laceſſendi Libidine, & qvo Sveciam, Viroſqve ejus Doctrina Illuſtres, ac in his Rudbeckium, proſeqvar Affectu, vel ex Hypomnematis hiſce, Gloriæ ac Laudi illorum ſacris, liqvere arbitror. Tantum tamen ab illorum mihi Æqvitate promitto, qvod ſua de Rebus Patriæ Meditamenta, nimio illius Amore, Vitio aliis etiam Gentibus familiari, ſæpe peccantia, & tot Seculorum Conſenſui adverſantia, Hominibus Exterarum Regionum Eruditis, tanqvam Oracula ἀναντίῤῥητα, haud ſint obtruſuri, ſed Inqviſitionem in Veritatem illorum παῤῥησιαστικήν, & Diſſenſum, juſtis innixum Rationibus, nec, ſalva Reip Literariæ Libertate, unqvam in controverſiis iſtiusmodi, tollendum, donec lis adhuc eſt ſub judice, libenter permiſſuri. Ipſum Criminationis Autorem qvod attinet, nolo ἀντιλοιδορεῖν, ſed Injuriam hanc, utut ſatis atrocem, una cum cæteris Convitiis, Ineptiisqve Geometricis, Digreſſionis mihi oppoſitæ, Scriptore Cordato indignis, Minas item & Molitiones adverſus me publicas ac Clandeſtinas, Indoli ejus, qvæ Noſtratium pleriſqve innotuit, naturæ vitio moroſiori, Moribusqve (*qvos ſubauſteri aliqvid habere* ipſe *in Conſilio de Anatome Nova pag. 3.* eſt faſſus) a Comitate Erudita alienioribus, lubens condono. Superſtitem certe, propter Acumen Ingenii, Eruditionem variam, & merita in Rem Medicam, Phyſicam & Antiqvariam, ſuo ſemper, Animum mihi immerito infenſum parum moratus, æſtimavi pretio, & Fata in Peregrinatione Senili Arctoa

de-

defuncti poſthuma, in Sinu Codano, triſtiora Luctu Serio, ac συμπαθεία ſincera, & hactenus ſum proſecutus, & porro proſeqvar.

Ad p. 212. 213. ANDR. LILLIEHÖK ad *Agenda* Svecorum *Eccleſiaſtica* conficienda haud parum, ſub Finem Vitæ, contulit, & d. 16. Nov. An. 1685. obiit, teſte Wittenio *T. I. D. B.*

Ad p. 213. GUSTAVUS JOHANNIS d. 16. Jan. An. 1673. deceſſit, teſte Wittenio *l. c.*

Ad p. 214. JAC. LILLIEHÖK obiit An. 1658. V. Er. Lindemanni InſcriptionemSepulcralem, a Scheffero *p. 222.* memoratam, & Wittenii *T. I. D. B. Diſp. de Claudio Hetruſco* Præſidi ejus, Rob. Königsmanno, Acad. Argentinenſis Rhetori, debetur.

Ad p. 214. MART. BRUNNERUS obiit d. 22. Aug. An. 1679. æt. 52. Prof. 21. V. VVittenii *T. I. D. B. lit. Pppp. 3. a.* ubi plures ei tribuuntur *Diſputationes de Ortu Civitatis Naturali, de Anima Rationali, de Conciliis, de qvibusdam Legibus diſputandi, de Neceſſitate & Contingentia, de Voce Amen.*

Ad p. 219. PET. HOFWENIUS, juxta VVittenium (*T. I. D. B. lit. Ssss. 4. b.*) gente fuit Südermannus, d. 23. Maji Anno 1682. (æt. 52. & Prof. 21.) deceſſit, ac *Diſputationes* etiam publicavit *de Manna, Pleuritide & Flatibus.* A Thoma Bartholino (*in Diſſ. de Peregrinat. Med. pag. 11.*) *Profeſſoribus Europæ Clariſſimis, Exterorum ad ſe*

*Studia allicientibus*, accenſetur. Joh. ab Horne, Profeſſor Academiæ Lugduno-Batavæ Medicus, in Muſæo ſuo aſſervavit *Sceleton Ferreum Artificioſum, ab illo Lugduni Anno 1660. elaboratum, in qvo Venæ, Arteriæ & Nervi, imo & Lymphaticæ, oſtentabantur, ſibi mutuo, ut in Homine fieri ſolet, implexa, & Venæ qvidem ſubcæruleo tinctæ Colore, Arteriæ rubicundiore, Nervi albo, Lymphaticæ ex pellucentibus Globis Vitreis confectæ; omnia autem, e Filis Ferreis variæ Craſſitudinis, eleganter in Sceleti formam erant efficta.* V. Ol. Borrichii *Ep. ad Thom. Bartholinum Cent. III. Epp.* hujus *Med. n. 91. p. 393. 394.*

Ad p. 220. JOH. BAAZIUS Jun. Senioris (de qvo, uti & ejus cum Noſtro Confuſione, ad *p. 72.* eſt dictum) Filius, patria Jönecopenſis Smalandus, ex Parocho Skiarſtadienſi, Aulæ Regiæ Eccleſiaſta, Paſtore in Südermannia Wingagerenſi, Epiſcopoqve Wexionenſi, & dein Scackerenſi, Archiepiſcopus tandem Upſalienſis, & Academiæ Procancellarius, obiit d. 11. Maji An. 1681. æt. 55. V. Wittenii *T. I. D. B. lit. Rrrr. 3. b.*

Ad p. 220. JOH. GÜLDENSTIERNA obiit An. 1658. juxta VVittenium, cum Scheffero, ſuperſtitibus illum accenſente, ægrè conciliandum *T. I. D. B. lit. Mmm. 4. b.*

Ad p. 221. De ERICO BENZELIO Conf. Henn. VVittenii *Dedic. Decadis VIII. Memoriæ Theol. Renovatæ.*

Ad p. 222. ERICUS LINDEMANNUS, poſt

Digitized by Google

poſt Librum Schefferi editum, Caroli XI. Regis, Cancellarius factus eſt Aulicus, Conſiliariusqve Intimus, ac tandem Comes, Caroli XII. Principis Hæreditarii, Moderator, & Acad. in Scania Lundinenſis Cancellarius. Obiit d. 11. Jun. Ann. 1690. æt 58. &, præter Scripta, Scheffero memorata, *Carmina* reliqvit *varia*, *eademqve prorſus egregia*, Libellum item Catecheticum ἀνώνυμον, Svetice, ſub Titulo *Barnabibel*, editum. V. VVittenii *T. II. Diarii Biographici p. 179. 180.* & *Dedicationem Tomi I.* in qva ob πολυμάθειαν prolixe commendatur. De Scriptis Ἀδεσπότοις, in Cauſa VVildfangiatus Controverſa, pro Electore Palatino, editis, Conf. Joh. Deckheri (*Johannem* illum, & Acad. Upſalienſis Profeſſorem, perperam vocantis) *Conjecturas de Script. Adesp. Sect. V. pag. 91.*

Ad p. 223. NICOL. ISAACI obiit Anno 1658. V. Erici Simonii *Memoriam* illius *Funebrem*, a Scheffero *p. 201.* memoratam.

Ad p. 226. ANDR. NORCOPENSIS, Nobilitatis poſt Privilegiis, ac *Nordenhielmii* Cognomine, donatus, inter Aulæ ac Cancellariæ Regiæ Conſiliarios locum obtinuit, Caroliq; XII. Principis Hæreditarii, Studiis eſt præfectus. V. Henn. Wittenii *Dedic. & Indicem V. Tomi II. Diarii Biographici.* Scriptis addantur:

1. *Diſſ. de Itinere in Scandinaviam.* Upſaliæ Anno 1673. in 4.

2. *Diſſ. de Politica Orbis Aſiatici* (ſive Imperio-

periorum Aſiæ modernorum) *Conſervatione*. Ibid. 1676. in 8.

3. *Diſp. de Amore Ducis ac Militum mutuo, ejusqve Cauſis.* Holmiæ An. 1680. in 8.

4. *Diſſ. de Præceptore, ejusqve Officio.* Holmiæ An. 168 . in 4.

5. *Diſſ. Educationem Liberorum, per tres priores Ætates, breviter adumbrans.* Holmiæ Anno 1685. in 8.

Ad p. 227. M. SIMON KEXLERUS, Matheſeos Upſaliæ, per qvadriennium, Aboæ autem, per 29. Annos, Profeſſor, Collegii ibidem Philoſophici Senior, & Eccleſiæ Piikenſis Paſtor, obiit d. 12. Martii An. 1669. æt. 66. V. VVittenii *T. I. D B. lit. Bbbb. 2. b. & T. II. p. 97.* it. Mart. Miltopoei *Or. Funebrem* a Scheffero *p. 322.* laudatam.

Ad p. 228. PETRUS BÅNG (cujus plures exſtant Sermones Funebres Svetici) Epiſcopatui tandem VViburgenſi An. 1683. præfectus, in iſto An. 1696. obiit. *In Hiſtoria Eccleſiaſtica Sveo-Gothica, meris Argumentis ϛοχαϛικοῖς, & ne qvidem talibus, Veciam Sacra ſua, vel a Setho, vel ab ejus, aut Abelis, Nepotibus, habuiſſe, aſſerit, imo cap. 6. Adamum aliqvo tempore Sveciæ fuiſſe Epiſcopum, ridicule ſtatuit*, teſte Morhofio *in Acroaſibus Hiſtoricis MSS.* Cui hæ ejus Opiniones *Jac. Boulduci, Capuccini, de Eccleſia Ante-diluviana Commentis non magis ſana eſſe*, merito videntur.

Ad p. 229. PET. AURIVILLIUS obiit d. 28. Oct. Anno 1677. teſte VVittenio *T. I. D. B.* *lit.*

*lit. Nnnn. 3. b.* ubi plurimas etiam ejus *Diſputationes* recenſet, a Scheffero omiſſas.

Ad p. 230. JOH. GARTMANNUS (de qvo *Addenda p. 340.* conferantur) juxta VVittenium (*T. I. D. B. ad An. 1684.*) patria fuit Mariæſtadienſis Weſtrogothus, Academiæqve Upſalienſis, per 14. Annos, Anteceſſor, ac Sexagenarius Kal. Oct. An. 1684. eſt defunctus. Tribuuntur ipſi, ab eodem VVittenio, *Diſputationes de Actionibus Bonæ Fidei & Stricti Juris, de Obligationibus, &c.*

Ad p. 230. 231. M. JONAS FORNELIUS, d. 17. Febr. An. 1679. denatus, edidit etiam *Diſputationes de Ecclipſibus, de lumine & maculis lunæ de Luminarium Efficacia in concitando Mari, de* Αὐγοβολίᾳ *ſeu Radiatione Optica, de Cometis, de Aſtrognoſia, de Natura & Objecto Optices, &c.* V. VVittenii *T. I. D. B. lit. Oooo. 4. b.*

Ad p. 232. PHILIPPUS STIERNSKIÖLD, Claudii, Regni Senatoris, Filius, obiit Anno 1665. V. Joh. Claudii VValwick *Or. Fun. p. 226.* memoratam & VVittenii *T. I. D. B.*

Ad p. 233. SAMUEL SKUNK obiit d. 5. Aug. An. 1685. æt. 54. V. VVittenii *T. I. D. B. lit. Yyyy. 1. b.* ubi etiam XIV. ejus Diſputationes a Scheffero *h. l.* omiſſæ, enumerantur.

Ad p. 233. 234. ANDREAS GRUBBE, d. 19. Jul. An. 1680. extinctus, edidit etiam *Diſputationes de Colonis & Bello Legitimo.* V. VVittenii *T. I. D. B. lit. Qqqq. 2. b.*

Ad p. 234. JOH. OLIEQVIST, D. Joh. Matthiæ, Epiſcopi Strengnenſis (de qvo *ad p. 123.* dictum) Filius, Canonicus fuit, ad An. usqve 1667. Hamburgenſis. Ejus *Hiſtoria Caroli Guſtavi* ſeorſim recuſa eſt Helmſtadii An. 1663. in 4.

Ad p. 234. PET. LAURBECKIUS, ex Profeſſore Academiæ Aboenſis Theologo Primario, An. 1697. factus eſt Epiſc. in Finnlandia VViburgenſis.

Ad p. 237. TORBERNUS FEGRÆUS obiit d. 30. Apr. An. 1689. æt. 75. V. VVittenii *T. U. D. B. p. 163.*

Ad p. 237. JOH. COLUMBUS, Jonæ (de qvo *p. 131.* dictum) Filius, Joh. Schefferi Gener, hujusqve Libri Schefferiani Poſthumi, ſi recte conjicio, Editor, vivis exceſſit d. 14. Aug. An. 1684. (æt. 43. Prof. 13.) V. VVittenii *T. I. D. B. lit. Xxxx. 1. a. b.* Scriptis, *h. l.* recenſitis, addantur, præter Diſputationes XXII. Philoſophicas, Philologicas, Antiqvarias, a VVittenio *l. c.* enumeratas:

1. *Carmen Votivum, ſeu Or. Metrica in Natalem Ulricæ Eleonoræ, Svecorum Reginæ.* Holmiæ An. 1681. in fol.

2. *Exerc. de Clavibus.* Upſaliæ An. 1684. in 8. V. de illa Pet. Bælii *Novellas Reip. Liter. M. Oct. An. 1684. p. 219.*

3. L. Cælii Firmiani Lactantii *Liber de Mortibus Perſecutorum*, ab illo, cum ſuis ac Gisb. Cuperi Notis, editus, Cuperoqve inſcriptus, Aboæ An. 1684.

An. 1684. in 8. V. *Acta Erud. Lipſ. M. Dec. Anno 1685. p. 584. 585. & M. Majo An. 1692. p. 194. 195.* it. Pet. Bælium *l. c. M. Aug. An. 1685.* Notæ recuſſæ ſunt in Editione ejusdem Libelli Ultrajectina, a Paulo Bauldrio, Anno 1692. in 8. cum Variorum Annotationibus, publicata. V. *Acta Erud. M. Mart. An. 1693. p. 124. & ſqq.* Basnagii *Hiſt. Opp. Erud. M. Aug. Ann. 1692.* & Tenzelii *Dialogos Menſtruos Germanicos, M. Febr. A. 1693. pag. 175. ac ſqq.*

Ad p. 238. 239. URBANI HIÄRNE, Archiatri Regii, *Tractatus de Acidulis Medevienſibus* Svetici Editio Secunda auctior prodiit Holmiæ An. 1680. in 8vo; *Brevis Aqvarum Explorator, genuinas & Salutares Acidulas, a ſpuriis ac vulgaribus Aqvis Martialibus, hinc inde in Svecia obſervatis, diſcernens,* Svetice itidem ſcriptus (de qvo V. *Acta Erud. Lipſ. M. Febr. An. 1684. p. 79-82. & Ephem. XVI. Erud. Gall. An. 1685.*) Ibid. An. 1683. in 8vo; *Obſervatt. Medico-Phyſicæ,* ex Anatome Viri pro Hydropico habiti congeſtæ, *Anno IV. & V. Decuriæ I. Ephemerid. Miſcell. Academiæ Naturæ Curioſorum Germanicæ, n. 66.*

Ad p. 240. GEORG. BERELIUS, Calmarienſis, obiit d. 7. Jan. An. 1676. æt. 35. juxta Wittenium, *Diſputationem* etiam ejus *de Inſectis* memorantem, *T. I. D. B.*

Ad p. 242. PETRI ERICI LIUNG, d. 18. Maji Anno 1679. mortui, Diſputationes XXII. a Scheffero omiſſas, Argumenti pleraſqve Moralis, recenſet H. Wittenius *T. I. D. B. lit. Pppp. 2. 4.*



Digitized by Google

Ad p.242. CHRISTOPH GRUBBII *Peny Proverbialis* Editioni Secundæ Laur. Torningius An. 1677. *Auctarium* adjecit, de qvo V. *p. 270.*

Ad p. 244. CAR. LUNDIUS, JCtus Upſalienſis (diverſus, ni fallor, a Car. Lundio, Acad. Dorpatenſis Anteceſſore, una cum Noſtro, in Wittenii *Ind. VI. T. II. D. B.* memorato) edidit etiam Upſaliæ Anno 1687. in 4to *Zamolxin, primum Getarum Legislatorem, Diſſertatione Academica luci publicæ reſtitutum*; Scriptum, pro Legum Svecicarum Antiqvitate acriter depugnans, Zamolxi primas illarum Origines vindicans, plurimasqve Digreſſiones de Rebus Patriæ Hiſtorico-Antiqvarias, cum Rudbeckii, Affinis, *Atlanticæ* Hypotheſibus amice conſpirantes, immiſcens, imo ipſos, hac præeunte, Campos Elyſios & Lacus Stygios in Sveciam translocans. Recenſum ejus invenies *in Actis Erud. Lipſienſibus, T. II. Supplem. Sect. VI. p. 282-289. In Præfat.* promittit *Collationem Legum Sveticarum & Atticarum Antiqviſſimarum*, has ab illis derivaturam.

Ad p. 244. UNO JOH. TERSERUS obiit d. 3. Sept. An. 1675. æt 33. teſte Wittenio *T. I. D. B.*

Ad p. 245. BARTH. JOH. LACMANNI *Or. de Magiſtratu Politico* prodiit Aboæ 1649. in fol.

Ad p. 245. ERICI JOH. PHOENICIS *Or. in obitum Eliſabethæ Güllenadleriæ D. Olai Svebilii,*

bilii,

Digitized by Google

*bilii, Epiſc. Lincopienſis, Uxoris*, prodiit Lincopiæ 1680. in 4.

Ad p. 245. LAUR. INGEWALDI BILINGIUS, Log. & Metaph. Profeſſor Upſalienſis, obiit d. 11. Maji An. 1688. æt. 47. & *Diſput.* etiam edidit *de Philoſophia Antediluviana*. V. Wittenii *T. II. D. B. p. 151.* De *Hiſtoria* ejus *Lingvæ Græcæ* Qvadripartita Poſthuma, Lipſiæ An. 1691. in 8vo, ab Ad. Rechenbergio, Prof. Lipſienſi, edita, in qua Autor, cum Rudbeckio, Literas Græcas Runis Gothorum ſuas debere credit Origines, illiusqve Laudibus & Nævis, V. *Præfat.* Editoris, *Acta Erud. Lipſ. M. Majo An. 1691. pag. 220. 221. 222. Ephem. XL. Erudd. Gall. An. 1691. p. 712. 713.* & Tenzelii *Dialog. Menſtr. German. M. Nov. Anno 1691. pag. 965.*

Ad p. 245. OLAUS STEPH. GRANIUS, Paſtor deinde ac Præpoſitus, circa An. 1690 Pitenſis ἀνέκδοτον adhuc ſervat *Deſcriptionem Hiſtoricam Gentis Lapponicæ, de ejus Origine, Lingva, Ritibus Nuptialibus, Sacris Magicis, Victu & Amictu, Commerciis, Venationibus, Piſcatura, aliisqve Rebus notatu dignis, agentem.* V. *Catal. Librorum Collegii Antiqq. Svetici p. 28.*

Ad p. 246. JOH. GEZELIUS Jun. Senioris (de qvo ad *p. 169.* dictum) Filius, & in Epiſcopatu Aboenſi, ab An. 1690. Succeſſor, plura Luci publicæ deſtinat Ἀνέκδοτα, infra *in Addendis p. 341* enumerata. *Diſp.* ejus *Inauguralem de Jubilæo Antichriſti Romani pereruditam* vocat Johan. Diec-

Diecmannus *in Diſſ. de Naturaliſmo Joh. Bodini pag. 12.*

Ad p. 248. GUST. HELMFELD Societatis Regiæ Anglicanæ Collegis accenſetur a Mart. Kempio, *in Append. Biblioth. Angl. Theol. p. 658.*

Ad p. 249. NICOL. TUNANDER obiit d. 24. Febr. Anno 1679. V. Dan. Achrelii *Or. Fun. p. 324.* laudatam, & Wittenii *T. I. D. B.*

Ad p. 249. JUL. MICRANDER Anno 1690. fuit Theol. Profeſſor Upſalienſis. V. Wittenii *Ind. VI. Tom. II. Diar. Biogr.*

Ad p. 249. MATTHIÆ STEUCHII Scriptis addantur:

1. *Diſſ. de Comite Virtutis Invidia.* Holmiæ 1680. in 4.

2. *Diſp. Hypotypos in Monocerotis exhibens.* Ib. 1680. in 4.

3. *Diſſ. de Uſu Honeſti, & Naturalis Juſti, in Societate Civili.* Holmiæ 1681. in 8.

Ad p. 251. HAQVINUS SPEGEL, Epiſc. circa Ann. 1690. Scarenſis, inedita aſſervat *Rudera Gothlandiæ, ſeu Reliquias Hiſtoricas de priſcis Inſulæ iſtius Colonis, Opibus, Munimentis, Legibus, Bellis, Cladibus, &c. ex Membranis, hinc inde diſperſis, collectas.* Occupatur præterea in conſcribendo *Opuſculo de Antiquitatibus Weſtrogothiæ Eccleſiaſticis. V. Catal. Libb. Collegii Antiqq. Svetici p. 28.*

Ad p. 252. THOMÆ LÄHRMANNI

*Spe-*

Digitized by Google

*Specimen*, Præſide D. Joh. Volcm. Bechmanno, JCto Jenenſi, Anno 1669. publicæ Diſputationi eſt expoſitum.

Ad p. 252. ISAACUS HEDRÆUS, *in Diſſ. de Jure Regio Svecorum*, oſtendit Modum imperandi apud eos eſſe vere Monarchicum, ac *p.3.* promittit *Opus de Juribus Regni Sveciæ, in Imperio Romano acquiſitis.*

Ad p. 253. JOH. SYLVII Verſio Curtii Svecica prodiit Holmiæ An. 1682. in 8.

Ad p. 253. JAC. ARRHENIUS An. 1690. fuit Hiſtoriarum in Acad. Upſalienſi Profeſſor. V. VVittenii *Ind. VI. Tomi II. Diar. Biographici.*

Ad p. 255. 256. CLAUD. ARRHENIUS, in Nobilium Ordinem, ſub ÖHRNHIÄLMII Cognomine, evectus, Vir Doctiſſimus, & Rerum Patriarum ſcientiſſimus, ex Profeſſore Academiæ Upſalienſis Hiſtorico, Secretarius ac Hiſtoriographus Regius evaſit, Collegiique Antiquitatum Aſſeſſor. De *Excerptis* ejus, e Pyrrhi Ligorii *Opere de Familiis Romanis* Italico, *Vehicularibus*, Italico-Latine publicatis Conf. *p. 296.* & M. Hankii *L. 2. de R. Rom. Scr. P. I. c. 31. §. 5.* De *Vita* autem *Ansgarii* tergemina, An. 1677. evulgata, quæ, ſupra *ad p. 10.* a nobis, & a Celeb. Tentzelio, *in Dialogis Menſtruis Germ. M. Febr. Anno 1690. pag. 142-152.* ſunt monita. Scriptis ejus editis, *h. l.* memoratis, addantur:

*1. Diſp.*

1. *Diſſ. de Strenis.* Holmiæ 1680. in 4.

2. *Hiſtoria Svecorum Gothorumque Eccleſiaſticæ Libri IV. Priores, inde a magis conſpicua in his Oris Chriſtianæ Religionis Origine* (ſive Seculi IX. initio,) *usque ad finem Seculi P. N. C. Duodecimi: qui juſti Commentarii loco eſſe poterunt in Gentium Scandianarum potiorem per hæc tempora Hiſtoriam, non paucis Locis Scriptorum bujus ævi obſcurioribus lucem, & dubiis fidem, afferentes*, Holmiæ A. 1689. in 4. editi, & a Cl. Baſnagio *(in Hiſt. Opp. Erud. M. Aug. An. 1690. p. 338. & M. Nov. p. 109-117.)* ac Tenzelio (*l. c. M. Sept. A. 1691. p. 782-793.*) prolixius recenſiti. *Opus*, Judice Tentzelio (ad ejus Exemplum Hiſtoriam etiam aliorum Regnorum Eccleſiaſticam accuratius exponi optante) *probe elaboratum, utiliſſimumqve*, &, ob *præſtantiam* ſuam, a Sev. VValt. Slutero etiam *(in Propylæo Hiſt. Chriſt. p. 101.)* merito commendatum, in qvo, juſſu Regio, ex Archivis potiſſimum publicis, ſumma congeſto induſtria, præter Animum in Gentem Danicam iniqviorem, a Tenzelio *l. c.* obſervatum, Rigorem in Miraculis primorum Septentrionis Apoſtolorum explodendis nimium, & Φιλοκαινίαν in turbanda Præſulum Hamburgenſium Chronologia, juſto audaciorem, a nobis alibi (*in Addendis* ſc. *Partis II. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr. pag. 216 - 222.*) jam notatam, vix qvicqvam jure reprehendas.

3. *Vita Ponti de la Gardie, Exercituum Speciæ, regnante Joh. III. Supremi Ducis; cujus occaſione tota fere Livoniæ Hiſtoria exhibetur, ex Incorrupta Verita-*

*vitatis Monumentis*, *Regiiqve Chartophylacii Originariis Documentis*, *eruta.* Lipſ. An. 1690. in 4. Liber, juſſu ac Auſpiciis Magni Gabrielis, Comitis de la Gardie, Ponti Nepotis, ſcriptus, ac Vindiciis ejusdem contra Lud. Maimburgium, Jeſuitam, auctus, de qvo V. *Acta Erud. Lipſ. M. Apr. Anno 1690. p. 187 - 192.* & Tenzelium *l. c. M. Sept. Anno 1690. pag. 858 - 875.*

Opera Inedita qvod attinet, Editioni Librorum Eman. Theſauri, *de Gothorum ac Longobardorum Rebus in Italia geſtis*, Italicorum (de qvibus explicanda ſunt Verba Noſtri, *in Præf. Vitæ Ansgarii* obvia, Cl. Tenzelio, *M. Febr. An. 1690. p. 142. 143.* αἰνιγματώδη viſa) præter Verſiones Latinam & Svecicam, a Scheffero memoratas, Germanicam etiam, & Figuræ 70. Æneæ, accedent, uti in Diplomate Regio, *Hiſt. Eccl. Sveo-Gothicæ* præfixo, refertur. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Regni Patrii parti Reſiduæ pertexendæ, inſervient XIII. Volumina MSS. Actorum Veterum Veciæ Eccleſiaſticorum, ex Archivo Regio, & Privatorum Scriniis, Chronologico Ordine, ab ipſo (uti *in Præf. Partis I.* teſtatur) collecta. *Veciam Sanctam* promiſit *in Proleg. Hiſt. Eccl. Sveo-Goth. Hiſtoriam Epiſcoporum Veciæ L. I. c. 1. p. 2. Hiſtoriam Epiſcoporum Lincopenſium*, ſeorſim edendam, *L. 1. c. 3. pag. 10. Bullarium Romanum Sveo-Gothicum L. 1. c. 8. p. 21. & c. 23. p. 80 Hiſtoriam Monaſteriorum Veciæ L. 4. c. 3. p. 438.* Omittuntur a Scheffero, in ſuo Ἀνεκδότων Arrhenii Indice:

1. *Hiſtoria Veciæ Civilis, L. 1. H. E. c. 26. p. 94.* promiſſa.

2. *Opus*

2. *Opus Chronologicum, omnium Sveciæ Regum vera Tempora demonſtrans.*

3. *Opus Chronologicum aliud, Rerum Sveciæ & Gothiæ Illuſtrium, per Centurias Decuriasqve Annorum digeſtum.*

4. *Opus Genealogicum Regum Sveciæ, & Familiarum Regni Illuſtrium, aliarumqve, qvæ, in vicinis terris, aut ortu, aut Connubiis, Sangvinem cum Svecicis junxerunt.*

V. de his, affectis etiamnum, & nondum abſolutis, *Catal. Libb. Collegii Antiqq. Svecici pag. 18.* & ipſius Arrhenii *L. 2. Hiſt. Eccl. c. 5. p. 151.*

Ad p. 258. JOH. HADORPHII, Collegii itidem Antiqq. Patriarum Aſſeſſoris, Scriptis editis addantur:

1. *Donatio Teſtamentaria Librorum MSS. ad Hiſtoriam & Antiqvitates trium Regnorum Septentrionalium pertinentium, a Magno Gabriele, Comite de la Gardie, Bibliothecæ Academicæ Upſalienſi, & Collegio Antiqvitatum, in perpetuum legatorum,* ab eo publicata. Holmiæ An. 1671. in fol.

2. *Obſervationes de Tribus Regni Svetici Coronis*, ſubjunctæ Joh. Schefferi *de Antiqvis Verisqve Regni Sveciæ Inſignibus Libro.* Holmiæ An. 1678. in 4to.

3. Fårentuna Hårads Runeſteener/med theras forta Schrift och Uthydning (Lapidum aliqvot Runicorum Explicatio, Specimen Operis *de Lapidibus Runicis*, a Scheffero laudati) Holmiæ An. 1680. in fol.

4. *Leges Antiqvæ Biärkoæ, Metropolis olim Sveciæ*

*ciæ Celeberrimæ, ex Membranis, cum Indice, publicatæ.* Holmiæ 1687.

5. *Leges Provinciales Gothlandiæ, cum Verſione Svecica, & Indice.* Holmiæ An. 1687.

6. *Leges Civiles Wisbyenſes, ex Lingva Antiqva Germanica in modernam Svecicam translata.* Holmiæ An. 1688.

7. *Leges Maritimæ Visbyenſes Antiqviſſimæ, e Verſione Svetica Mich. Agricolæ, Episcopi Aboenſis, cum Codd. Vett. Impreſſis collata, editæ, & Indice auctæ.* Holmiæ An. 1689.

Ineditorum (inter qvæ eminet *Opus de Monumentis & Lapidibus Runicis*, ex omnibus Regni Svedici Provinciis, Sumptu Regio, collectis, numerumqve teſte Rudbeckio, *T. II. Atlant. c. 11.* excedentibus Millenarium) Claſſi accedant:

1. *Promptuarium Juris Sveo-Gothici, Rerumqve & Verborum ejus, Alphabeticum, ex omnibus Regni Legibus & Statutis collectum.*

2. *Codex Legum Weſtro-Gothicarum Vetuſtiſſimus, ab eo, qvem Georg Stiernhelmius An. 1663. publicavit, diverſus, e Membranis edendus.*

3. *Chronicon Gislonis* (forte Jacobi Gislonis, de qvo *p. 45.* dictum) *in plurimis auctum, & novæ Editioni paratum.*

4. *Chronicon Antiqvum Regni Sveciæ, a Jo. Meſſenio Anno 1615. publicatum, e Cod. Membr. auctius & emendatius, cum Verſione Latina, ac Notis Antiqvariis, edendum.*

V. de plerisqve *Catalogum Librorum Collegii Antiqvitatum*, Holmiæ An. 1690. in fol. excuſum.



Digitized by Google

Ad p. 260. ANDR. STOBÆI, Hiſtoriarum & Poëſeos, in Acad. Scaniæ Londinenſi, Profeſſoris, exſtat etiam *Diſſ. de Veterum Romanorum Triumphis*, Malmogiæ An 1683. in 4to edita.

Ad p. 261. M. PET. LAGERLÖF, Eloqv. Profeſſor Upſalienſis, edidit etiam:

1. *Diſſ. de Aqva.* Holmiæ An. 1685. in 8.

2. *Diſſ. de Veris & Antiqvis Gentis Gothicæ Sedibus*, Reſp. Pet. Salano. Upſaliæ An. 1691. in 8.

Ad p. 263. TOBIAS WESTER, ſive WESTENHIELM, Collegii Antiqvitt. Aſſeſſor, prælo paratam An. 1690. habuit Hiſtoriam Guſtavi I. Regis Sveciæ, Tegeliana longe auctiorem, in 12. Libros diviſam, & appendice Diplomatum, Actorumqve Publicorum, auctam, occupatus autem tunc fuit in conſcribenda ſimili Erici XIV. Regis, Hiſtoria. V. *Catal. Librorum Collegii Antiqq. pag. 16. 18.*

Ad p. 263. LAUR. NORMANNUS, Græcæ initio Lingvæ, circa An. 1688. nunc autem Theologiæ, in Acad. Upſalienſi, Profeſſor, *Vir Græce doctiſſimus, & præclare de Bonis Literis Vetuſtisqve Scriptoribus Græcis meritus*, ab *Actorum* Orbis Eruditi Lipſienſium Collectoribus (*T. I. Suplem. Sect. X. p. 518. 519.*) recte ſalutatur, a Vinc. Placcio autem (*in Invitat. ad Eruditos p. 23. 24.*) ob πολυμάθειαν, & Merita in ſuum *de Scriptoribus Anonymis ac Pſeudonymis* Opus, integra fere horum ab ipſo auctum Chiliade, inſignia, celebratur. Edidit hactenus:

1. *Diſſ.*

1. *Diſſ. de Aula Innocente.* Holmiæ A. 1685. in 8.

2. Ariſtidis Rhetoris *Oratt. duas* ( Λόγον ſc. πρεσβευτικὸν πρὸς Ἀχιλλέα & κτ. τῶν ἐξορχυμένων ) ex Cod. MSto Conſtantinopolitano Claudii Rälambii depromptas, it. Ejusd. Τεχνῶν Ρητορικῶν *Libros II.* (περὶ λόγου πολιτικοῦ καὶ ἀφελοῦς) cum Verſione Latina, & Notis, Upſaliæ An. 1688. in 8. V. *Acta Erud. Lipſienſia*, *M. Nov. Anno 1689. p. 585. 586.* & Tenzelii *Dial. Menſtr. Germ. M. Febr. An. 1690. p. 165 - 169.*

3. Alexandri *de Figuris S ntentiæ atqve Elocutionis Libros II. cum* Phœbammonis *Libris II. Scholiorum de Schematibus Oratoriis*, & Minuciani *de Sedibus Argumentorum Libro*, *Græce*, *cum Vers. Lat. ac Notis*, Upſaliæ An. 1690. in 8. V. *Acta Erud. Lips. T. I. Supplem Sect.* X. *p. 518. 519. & T.* II. *Sect.* VI. *p. 261. 262. 263.*

4. Theoduli Monachi, ſive Thomæ Magiſtri, *Laudationem Gregorii Theologi Nazianzeni*, *Orationes Gratulatorias IV. & Epiſtolas VIII. Græce e MSS. primum evulgatas*, *cum Verſione Latina.* Upſ. 1693. in 4. *V. Acta Erud. M. Sept. Anno 1694. p. 385. 386.*

5. *Orthodoxam Confeſſionem Catholicæ atque Apoſtolicæ Eccleſiæ Orientalis* ( imprimis Ruſſicæ, ) *Græce iterum* ( poſt Edit. Anni 1662. Batavicam, ) *cum Nova Verſione Latina*, *publicatam* Lipſ. 1695. in 8. *V. Acta Erud. M. Jul. Anno 1695. p. 319. 320.* & Tentzelii *Dialogos*, *M. Jun. Anno 1695. p. 437-492.* Expectantur præterea ab illo Animad-

madverſiones ac Indices in Veteres Grammaticos, aliosque Scriptores Græcos, prælo jam paratæ. *V. Acta Erud. M. Jul. Anno 1695. p. 320.*

Ad p. 263. 264. DE CLAUDIO RÄHLAMBIO, & ejus ad Muhammedem IV. Turcarum Imperatorem, Legatione, juſſu Caroli Guſtavi, Svecorum Regis, Anno 1656. ſuſcepta, Conf. Laur. Normanni *Præfat.* Scriptorum Ariſtidis, paulo ante memoratorum.

Ad p. 264. SAM. COLUMBUS, Jonæ Fil. obiit d. 8. Jul. Anno 1679. æt. 37. teſte VVittenio *T. I. D. B.*

A. p. 265. GUSTAVI PERINGERI, Lingg. Orient. in Acad. Upſal. Profeſſoris, Epiſtolam de Karraitis Lituaniæ, ad Jobum Ludolphum Anno 1691. ſcriptam, cum Obſervationibus ad illam Eruditis, exhibet Tenzelius, *in Dialogis Menſtruis Vernaculis, M. Jul. Anno. 1691. p. 572-578* Verſiones Libri *Juchaſin*, & *Bibliothecæ Rabbinicæ* R. Schabthai Ben Joſeph (Hebraice An. 1681. Amſtelodami editæ, ac, Auctoris poſtulatu, ab eo translatæ) Latinas expectari ab illo jubet Magnus Ronnou, Svecus, *in Notis ad Cod. Thalmud. de Æſtimationibus*, a ſe An. 1690. editum.

Ad p. 268. NICOL. VVOLFII *Diſputationes de Charactere Rixoſi, & de Candidatis*, prodiere Londini An. 1685. in 8.

Ad p. 270. NICOL. DAALHEMIUS Anno 1690. fuit Theologiæ, in Acad. Scanorum

Lon-

Londinenſi, Profeſſor. V. VVittenii *Ind. VI. T. II. Diar. Biogr.*

Ad p. 271. M. OLAUS ODHELIUS, Upſalienſis, Erici, Acad. iſtius Theologi (de qvo *pag. 173.* dictum) Filius, poſt peregrinationem Longinqvam, Theologiæ in Acad. Livoniæ Dorpatenſi Profeſſor deſignatus, d. 5. Oct. Anno 1688. Holmiæ, in Undas Portus Marinas, Nocturno tempore, procidit, iſtisqve eſt ſuffocatus, teſte Laur. Normanno, ipſius olim Συνοδοιπόρῳ, in Epicedio Græco. Conf. VVittenii *T. II. D. B. p. 156.*

# AD APPENDICEM ADOPTIVORUM.

Ad p. 273. JAC. ZIEGLERUM Schefferus Landavia Bavarum fuiſſe, cum Geſnero ac Simlero, recte affirmat. Falluntur autem, qvi, cum Paulo Jovio (*in Elog. Erud. n. 138.*) Edv. Leighio, & horum Aſſeclis, in Gothia, & natum & educatum eſſe, credunt. An oriundus a Gothis fuerit, uti Schurtzfleiſchius (*in Diſſ. de Rebus Sveo-Goth. p. 34.*) perhibet, ambigo. Qvoad Religionem, Gvilh. Crowæo teſte (*in Elencho Interpp. S. Script. p. 188.*) fuit Calvinianus, & in Bavaria Anno 1549. uti Conr. Geſnerus ac Jos. Simlerus (*in Biblioth. Univ. p. 326.*) Thuanus (*ad Ann. 1549*) ac El. Reuſnerus (*in Append. Iſagoges Hiſtoricæ p. 670.*) referunt, eſt extinctus. Thuano *Vir* audit



Digitized by Google

audit *exqviſitæ Doctrinæ*, Joh. VVolfio (*in Præf. Hiſt. Septentr. Alb. Krantzii*) *Vir Doctiſſimus*, Conr. Sam. Schurtzfleiſchio (*l. c.*) *Scriptor Doctus & terſus, idemqve oriundus a Gothis, nec Gothicarum Rerum imperitus.* E Scriptis ejus (qvæ *Index Expurg. Belgicus Philippi II. p. 153.* legi permittit, *Romanus* autem *Clem. VIII. p. 60.* Libris primæ Claſſis Damnatis accenſet) *Crudelitatis Chriſtierni II. Hiſtoria*, a Sim. Schardio *Tomo II. Scriptorum Hiſt. Germ.* Baſileæ An. 1574. excuſo, inſerta, a Johan. Wolfio autem, cum Ejusd. *Schondia*, ſive Tractus Europæ Arctoi Deſcriptione, Alb. Krantzii *Regnorum Septentrionalium Hiſtoriæ*, in Editione Anni 1675. Francofurtenſi, ſubjecta, a Paulo Jovio (*l. c.*) hiſce Verbis commendatur: *Jac. Zieglerus, in Terra Gothica natus ac educatus, adeo exacte, puriter & facunde, Chriſtierni Immanitatem perſcripſit, ut Eruditis gentibus pudori eſſe poſſit, qvod Facundiæ Latinæ Fruges, ſub Cimmerio Coelo, pene felicius ac uberius, qvam ſub hac benigniore ac temperatiore Plaga, proveniant.* Utraqve (& *Hiſtoria Crudelitatis Chriſtierni*, & *Schondia*) Argentinæ Anno 1536. in fol. primum prodiit, ſubjuncta a Noſtro *Deſcriptioni Terræ Sanctæ, Syriæ, Arabiæ & Ægypti*, in qva *priorum illum viciſſe Induſtriam*, Gerhard. Joh. Voſſius (*in Lib. de Scient. Math. c. 44. §. 14.*) judicat. Scripta cœtera, ſacra Mathematica, Hiſtorica, Edita ac Inedita, Jos. Simlerus, *in Biblioth. p. 326.* fuſe recenſet. Qvocum Confer Voſſium *l. c. c. 65. §. 17.* Crowæum *l. c.* Joh. Henr. Bœcle-

clerum *in Bibliographia, lit. O. 7. a.* & M. Zeilerum *P. II. de Hiſtoricis, p. 160. 161.*

Ad p. 273. DIONYSIO BEUREO Laurentius Petri Nericius An. 1563. Librum peculiarem repoſuit, de qvo V. Schefferum *p. 24.*

Ad p. 273. 274. JOH. HERBESTUM Germanis perperam accenſet Schefferus, cum Roxolanus fuerit, non minus qvam Bened. Herbeſtus, Jeſuita, a Sothwello, *in Biblioth. Jeſuit. pag. 109. 110.* fuſe commendatus. Impugnavit eum itidem Laur. Petri An. 1573. Diſſert. peculiari, de qva V. *p. 24.* Plura de Utroqve, Beureo & Herbeſto, qvære apud Baazium.

Ad. p. 274. De LAURENTIO NICOLAI V. Annotata ad Alb. Bartholini *Lib. de Script. Dan. p. 97.*

Ad p. 274. JAC. TYPOTIUS, Dieſtemia-Brabantus, Johannis III. ac Sigismundi, Sveciæ Regum, initio Conſiliarius, poſtmodum vero, cum, ob Relationem de Rebus Sveticis, in famam tum Regum, tum Regni Procerum, iniqviorem, publicatam, in Vincula eſſet conjectus, ac, vix evitato, Friderici II. Danorum Regis (cui Frater ejus, Matthias, gratiſſimus erat, atqve a Cura Valetudinis) interceſſione, Supplicio Capitali, e Regno, cum ignominia relegatus, Rudolphi II. Imp. Hiſtoriographus, Pragæ Anno 1600. (non 1604. qvem Thuanus, a Tenzelio, notatus, male

 ſub-

Digitized by Google

ſubſtituit) vivis exceſſit. Parentavit ei, teſte Tenzelio, Joh. Jeſſenius a Jeſſen, Archiater Cæſareus, *Monumento* peculiari, ſub finem *Tomi II. Symbolorum* Octavi Stradæ, ab ipſo editorum, Anno 1602. excuſi, obvio. De Actis illius atqve Fatis in Svecia Claud. Arrhenius, *ſub initium Vitæ Ponti de la Gardie*, & Tenzelius *in Dialogis Menſtruis Germanicis*, *M. Sept. Anno 1690. p. 859 - 862.* complura ſuggerent. Thuanus (*L. 131. ad An. 1604.*) eum *Solertiam* cenſet, *in Negotiis tractandis*, *affectaſſe*, *Scriptaqve* ipſius monet *Ingenium ad majora natum prodere.* Ex his, *Oratio*, *in funere Johannis III. Regis Sveciæ*, *habita*, Holmiæ An. 1594. in 4. *Relatio* autem *Hiſtorica de Regno Sveciæ*, *Bellisqve ejus Civilibus & Externis (pari Candore & Prudentia*, Judice Thuano *l. c. ſcripta*) Francofurti Anno 1605. in 8vo prodiit Reliqva Ingenii ejus Monumenta, præter Bibliothecarum Belgicarum Scriptores, Francof. Sweertium, & Val. Andr. Deſſelium, recenſent Henn. Groſſius *in Elencho Librorum Generali*, *lit. Qq. 3. a b.* Henn. Wittenius *T. I. D. B. p. 5.* & *T. II. p. 3.* Joh. Chr. Beckmannus *in Catal. Biblioth. Francof. p. 454.* Johan. Hallervordius *in Biblioth. Curioſa p. 154.* & Corn. a Beughem *in Bibliogr. Hiſtor. p. 275.*

Ad p. 274. OLAUS COCCIUS, Bergenſis-Norwagus, Paſtor, anteqvam in Sveciam abiret, ab An. 1606. fuit templi Nicolaitani Hafnienſis, ſed ab hoc officio, qvod Joh. Pauli Reſenium,

Acad.

Digitized by Google

Acad. Haſn. Theologum, falſo ac malitioſe Heterodoxiæ inſimulaſſet, in Comitiis Coldingenſibus, M. Febr. Anno 1614. poſt Cauſæ Cognitionem, Chriſt. IVti, Daniæ Regis, Senatorumqve Regni, Sententia, eſt deturbatus, & e Dania Univerſa relegatus. V. Er. Vindingii *Hiſt. Acad. Haſn. pag. 181. 198.* & Pet. Reſenii *Inſcr. Haſn. p. 142.*

Ad p. 275. & ſeqq. JOH. LOCCENIUM noſtratem, Acad. Upſal. Profeſſorem, ultra 50. Annos, Inclytum, de Bonis Literis, & Jurisprudentia atqve Hiſtoria Svedica, immortaliter meritum, Schefferi Socerum, d. 27. Jul. An. 1677. æt. 80. defunctum, *in Cimbria Literata* fuſius celebrabimus, ſimulqve Indicem Scriptorum ejus, Editorum pariter atqve Ineditorum, Schefferianum ſupplebimus. Conferri interim de illo poſſunt And. Norcopenſis *in Or. Funebri*, a Scheffero *p. 226.* laudata, ſed mihi nondum viſa, Olaus Svanberg in *Eidyllio Græco*, qvod Idem *p. 262.* memorat, Parentali, & Henn. Wittenius *T. I. D. B. lit. Nnnn. 2. a. b.*

Ad p. 280. JOH. SIMONIUS, patria non Pomeranus (uti Schefferus credidit) ſed Burgo-Magdeburgenſis, ex Pædagogo Wilhelmi Curlandiæ Principis, Aulico, Eloqv. & Poeſ. in Acad. Roſtoch. Profeſſor, Collegii Philoſoph. Senior, & Dicaſterii Provincialis Protonotarius, Roſtochio Upſaliam An. 1625. abiit, & a Joh. Skyttro, d. 4. Dec. Profeſſioni Oratoriæ, a ſe fundatæ, O-

Gg 5 ratio-

ratione peculiari ( de qva V. *p. 47.*) primus omnium eſt præfectus. Obiit d. 29. Maji An. 1627. æt. 62. & a Succeſſore, Joh. Loccenio, *Or. Funebri*, Roſtochii ac Upſaliæ, An. eodem in 4to excuſa, eſt celebratus. Conf. de eo Wittenii *T. I. D. B. lit. Z. 1. b. Z. 2. a.* Demetrii Phalerii *Liber* περὶ ἑρμηνείας, *Qvæſtionibus explicatus* prodiit, Roſtochii An. 1601. in 12mo, in Svecia forte recuſus. Plurima Noſter Opuſcula, imprimis Oratoria, Roſtochii, ante abitum in Sveciam, edidit, a Scheffero omiſſa, qvorum nonnulla Wittenius *l. c.* & J. C. Becmannus, *in Catal. Biblioth. Francof. p. 423. 424.* recenſent. Exſtat etiam *Volumen* peculiare *Exercitationum Oratoriarum, a Juvenibus Studioſis ejus ductu habitarum*, Roſtochii Anno 1619. in 4to excuſum.

Ad p. 281. GVILH. LEMNIUS, Levini, Poliatri Urbis in Zeelandia Batavica Patriæ, Ziricææ, Seculo Superiore Clariſſimi, Filius, Med. D. in Acad. Italiæ Piſana, teſte Parente (*L. 2. de Complexionibus, c. ult. fol. 153. a.*) eſt creatus, Ericiqve XIV. Sveonum Regis, qvi Levinum fruſtra, in Aulam ſuam, ad idem Munus, evocarat, fuit Archiater. V. Levini *Epiſt. Dedic. Librorum de Occultis Naturæ Miraculis ad Ericum.* Qvi cum a Fratre, Johanne III. Regno eſſet orbatus, ac in Vincula conjectus, Noſter etiam, Miniſter Domino ſuo fideliſſimus, & Fortunis, & Vita, ab ejus Adverſariis, eſt exutus, teſte Melch. Adamo *in Vitis Med. Germ. p. 100.* Salomoni Alberto, *in Hiſto-*

ria

*ria Scorbuti, lit. Q. 6. a.* audit *Vir Magnus, & multarum Rerum in Doctrina Medica peritus, celebratusque Ingenii nomine.* Præter Scripta duo, a Scheffero *h. l.* memorata, elucubravit:

1. *Epiſtolam ad Parentem, qva, Educationem in Animis Hominum plus efficere, qvam Aeris ambientis, aut Loci, Qvalitatem, indicatur*, Antwerpiæ An. 1554. teſtibus Simlero (*in Biblioth. p. 257.*) & Lindano (*in Tr. de. Scr. Med. p. 228.*) excuſam.

2. *Lib.* Ineditum *de Stomacaces, ſeu Scorbuti* (qvem eundem eſſe Morbum ſtatuit cum Suum Grandine) *Natura & curandi ratione*, a Parente (cui *Luculentus* is audit) *L. 2. de Complex. c. ult. fol. 153. a.* & Salom. Alberto, Prof. Witebergenſi (*l. c. lit. Q. 6. a. R. 1. a.*) commendatum.

Ad p. 281. JOH. NARSIUS, Dordracenus, Eccleſiaſtes initio in Geldria, per Luſtra aliqvot, Gravienſis Arminianus, a Synodo Dordracena Anno 1619. ab officio hoc remotus, deinde ex Theologo Doctor Medicus, Hamburgi, Fridricopoli, in Dania item, Svecia & Polonia, per Annos complures, Exul, tandem vero, cum in Bataviam Anno 1625. rediiſſet, Mercatorum in India Orientali Hollandorum Medicus, Poeta Scribax, ſed incultior, in *Cimbria Literata*, fuſius de illo, & Opuſculis ejus, commentatura, inter Scriptores Adoptivos, locum inveniet. Conſ. *Iſag. ad Hiſt. Cimbr. P. III. c. ult. §. 4. p. 357. 358.*

Ad

Ad p. 282. JOH. RAICUS obiit Anno 1631. teſte Wittenio *T. I. D. B. lit. Dd. 4. b.*

Ad p. 283. FRID. MENIUS (de qvo Conf. *Addenda p. 344.*) Pomeranus, P. L. C. Parochus initio fuit Neomolenſis, Dünemundenſis, Czarncovienſis & Rodenpeiſenſis in Livonia, dein Hiſt. & Antiqq. Prof. Dorpatenſis, tandem vero Cupreorum in Svecia Montium Præfectus, ac An. 1659. vivis exceſſit. V. Wittenii, plura, qvam Schefferus, ſcripta illius recenſentis (&, in his, *Diatribam de Maris Balthici Nominibus & Oſtiis Criticam* Latinam, *Prodromum Hiſtoriæ Livonicæ*, ac *Syntagma de Origine Livonorum* Germanicum) *T. II. D. B. p. 82.* Paulus Flemmingius, *L. 4. Epigr. Lat.* eum, tanqvam Poetam, Hiſtoricum & Antiqvarium Inſignem, commendat.

Ad p. 283. M. JOH. ROTLÖBIUS, Witebergæ Saxonum d. 4. Aug. An. 1593. natus, Pomeranis a Scheffero male accenſetur. In Svecia, Holmienſi Eccleſiæ, tum Aulicæ, tum Urbanæ, ab Anno 1624. ad 1639. inſerviit, & deinde, in Germaniam redux, ab Anno 1639. Friderico, Archiepiſcopo Bremenſi, a Sacris fuit Concionibus, ab An. 1642. Arcis in Holſatia Glückſtadienſis Paſtor, Eccleſiarumqve Comitatus Pinnebergici Antiſtes, ac tandem, ab An. 1646. Præpoſitus in Ducatu Slesvicenſi Hatherslebienſis. Obiit d. 22. Mart. Anno 1619. æt. 58. Accuratius Vitam ejus perſeqvetur, & Scriptorum ſimul Decurias aliqvot exhi-

Digitized by Google

exhibebit, Adoptivorum *Cimbriæ Literatæ* Hiſtoria. Conſule interim D. Steph. Klotzii *Serm. ex Sap. IX, 4. 5. 6. Funebrem* (*Dec. III. Conc. Funebrium, n. 4.* obvium) & H. Wittenii *T. I. D. B. lit. Yy. 4, a.*

Ad p. 283. PET. RIRSTENIUS, Uratislaviæ Sileſiorum d. 25. Dec. A. 1577. natus, poſt Iter in plerasque Europæ Partes, ipſamque Græciam & Aſiam, Septennale, Artis Medicæ in Civitate Patria (cujus etiam Gymnaſio ab Anno 1610. præfuit) Practicus, ac deinde in Acad. Erfurtenſi Profeſſor, Axelium Oxenſtirnium, Regni Svecici Cancellarium (cui a Cura erat Valetudinis,) in patriam redeuntem, ſecutus, Medicinam Upſaliæ, ab Anno 1636. docuit, ſimulque inter Chriſtinæ Auguſtæ Archiatros Locum obtinuit. Obiit tandem d. 5. Apr. Anno 1640. æt. 63. V. Joh. Loccenii *Or. in obitum ejus*, Upſaliæ Anno 1640, excuſam, &, in Henn. Wittenii *Dec. I. Memor. Med. Renov.* (*p. 112-124.*) cum G. Schröeri Inſcriptione Επιταφίῳ eleganti, Scriptorumque omnium Indice, Anno 1676. recuſam. Conf. Wittenii *T. I. D. B. lit. Oo. 3. b.* Scripta, Arabicam pleraque Literaturam illuſtrantia, & à Scheffero, quod ante adventum ejus in Sveciam prodierint, omiſſa, quære apud Wittenium *ll cc*, Joh. Ant. Lindanum *in Tr. de Scr. Med. p. 528* J. Chr. Becmanni *in Catal. Biblioth. Francof. p. 267.* Gvilh. Crowæum *in Elencho Interpretum S. Script. p. 291.* & Andr.

Aco-

Acoluthum *in Dedic. Obadiæ Armeni.* XXVI. Lingvarum, G. Schröero teſte, fuit peritus, Arabicæque (cui, Joſ. Scaligeri & Is. Caſauboni ſvaſu, Animum applicuerat) primus in Germania Inſtaurator audit, tum aliis, tum Andr. Acolutho *(l. c.)* & Georgio Nicolao Eraſmi, *L. 2. Anagr.* Χιμέ-ϑρων, *n. 38.* hoc eum Diſticho celebranti Anagrammatico:

*Petrus Kirſtenius, Medicinæ Doctor, Linguæque Arabicæ per Germaniam Inſtaurator.*

Ἀναγρ.

*Nunc Arabes quod Terra gerit Germania Doctis,*
*Vir animi melior, percipe, cauſa tua eſt.*

*Video tamen Merita ejus in Lingvam hanc valde extenuari* a Georg. Hieron. Welſchio, peritia iſtius haud facile cuiquam ſecundo, qui, *in Exerc. de Vena Medinenſi p. 233. Cognitionem* ejus *minus ſolidam* ipſi tribuit, & de Verſione *Canonis* Avicennæ inchoata, *in Præf. ejusd. Exerc. p. 12.* ita judicat: *Arti noſtræ haud immerito gratulandum putamus, quod ipſe Induſtriam ſuam, unico Ebriſinæ Libro contentus, ulterius non protulerit. Verendum quippe fuerat, ne Poſteri ſuſpicari poſſent, eum cum Gerhardo & Alpago, barbarie, & cæteris Ineptiis, certare voluiſſe.*

Ad p. 284. Quæ de LAUR. LUDENIO noſtrate, Eckernförda Cimbro, in Acad. Gryphiswaldenſi, Poëſeos & Hiſtoriarum, ab An. 1616. Matheſeos ab Anno 1618. Ethicesque & Hiſtor. ab Anno 1627. in Dorpatenſi autem Juris, E-

loqv.

Digitized by Google

loqv. & Poëſeos, ab Anno 1633. Profeſſore, ac Bibliothecæ Regiæ Ephoro, d. 21. Apr. Anno 1654. æt. 62. defuncto, ad *h. l.* & *pag. 344. Addendorum*, moneri poſſent, quamplurima, *Cimbria* reſervamus *Literatæ*, Scriptorum etiam illius Indicem, & Schefferiano hoc, & Witteniano (*T. I. D. B. lit. Fff. 3. a. b. ac T. II. p. 72.* obvio,) multo locupletiorem, exhibituræ. Conf. interim Wittenium *ll. cc.* & Georg. Chr. Gebhardi *Memorias Mathematicorum Gryphiswaldenſium p. 39. 40.*

Ad p. 287. BALTH. HENCKELII, Jütreboca Saxonis, ſupremis Jurisprudentiæ Honoribus Witebergæ Anno 1615. (teſtibus Gotfr. Svevo, *in Acad. Witeb. lit. Ggg. 1. a.* & Andr. Sennerto, *L. 1. Athen. Witeb. p. 110.*) ornati, a Pontificiis autem diu in Vinculis, quod Guſtavo Adolpho, Svecorum Regi, eſſet a Conſiliis, detenti, *Epiſtolæ Carcerales* a D. G. Morhofio (*P. I. Polyhiſt. L. 1. c. 24. p. 307.*) quod *rara* ſint, &, *ſtylo non contemnendo, varia Svecorum conſilia, Jeſuitarum Machinationes, & alia quædam Belli Tricennalis Arcaniora, alibi non facile expreſſa*, detegant, commendantur. *Diſp.* illius *Juridica de Actionibus* prodiit Witeb. Anno 1614. in 4. *Diſceptatio autem de Bello, tam Protectitio, quam Vindicatorio, Guſtavi Adolphi, R. Sveciæ, & Fide Bogislai XIV. Ducis Pomeraniæ*, Stettini 1631. in 4.

Ad p. 287. GEORG. PREUSSIUS, Revalia-Livonus, Theol. D. (Witebergæ d. 28. Nov.

Nov. Anno 1658. creatus. V. Sennertum *l. c. p. 95. 103.* & Abr. Calovii *Diſſ. de Græcorum Fide Moderna, in Promotione recitatam)* & in Acad. Dorpatenſi Prof. Extraordinarius, Phyſices autem & Logiſtices Ordinarius, deinde Oeſiliæ, ac tandem Livoniæ, Superintendens, d. 25. Dec. Anno 1675. (æt. 56.) extinctus, edidit etiam *Or. Panegyricam in Natalem Chriſtinæ, Suecorum Reginæ, & Diſpp. de Senſibus, de Matrimonio,* &c. V. Wittenii *T. I. D. B. lit. LIII. 2. a.*

Ad p. 288. ANDR. VIRGINIUS, Nob. Pomeranus, d. 9. Nov. Anno 1596. Schweſſini, Prædio Familiæ ſuæ Hæreditario, natus, ex Facult. Philoſoph. Regiomontanæ Adjuncto, Præpoſ. initio & Paſtor in Patria, ab Anno 1626. Gartzenſis, dein, ab Anno 1632. Theol. D. & Prof. in Acad. Livoniæ Dorpatenſi Novella, Primarius, primusque ſimul ejusdem Prorector, ac Livoniæ Vice-Superintendens, hinc, ab Anno 1646. ob Moſchorum Irruptionem, per duodecennium integrum, Revaliæ & Holmiæ Exul, tandem vero, ab Anno 1658. Eſthoniæ Epiſcopus, ac Conſiſtorii Revalienſis Præſes, obiit d. 20. Dec. Anno 1664. æt. 68. V. Juſti Henrici Oldecopii, Superint. Oeſilienſis, *Progr.* in obitum Ejus *Funebre*, cum Scriptorum Catalago, in Henn. Wittenii *Dec. XI. Memor. Theol. Renov. (p. 1520-1526.)* Anno 1684. recuſum, ipſiusque Wittenii *T. I. D. B. ad d. 20. Dec. Anno 1664. & T. II. p. 88. 89.* Diſputationes Philoſophicas & Theologicas plures quam 180. Oldecopio

pioteſte, edidit, quarum plurimas Witteniuſ-ſ*ecc.* recenſet. Mihi ad manum jam eſt *Manipulus XIX Diſpp. Theol.* Dorpati Anno 1635. in 8vo editus, in cujus *Dedicatione* Autor, ſe, ſolo primo Muneris Profeſſorii triennio (ab Anno 1632. ad 1635.) XLV. Exercitationes hujusmodi Sacras publicaſſe, teſtatur.

Ad p. 288. BENEDICTUS a CASTRO, Roderici Filius, Hamburgenſis, Med. D. & Practicus e Gente Judæa Celebris, Vir, inter populares ſuos, Doctrina, & L. Lat. peritia, conſpicuus, Chriſtianam quidem in Juventute amplexus Religionem, ſed ad Apellarum Sacra poſt relapſus, ac tandem d. 7. Jan. Anno 1684. æt. 86. exſtinctus, Chriſtinæ quidem Auguſtæ fuit Medicus, ſed titulotenus tantum, nec unquam Hamburgo in Sveciam migravit, minusque proinde accurate hujus Scriptoribus a Scheffero accenſetur. Plura de illo *in Cimbria Literata* dicemus.

Ad p. 288. 289. 290. 292. JOHANNIS FREINSHEMII & JOH. HENR. BOECLERI, in Eloquentiam, Politicen & Hiſtoriam, NIC. HEINSII in Muſas Poeticas, hujus autem pariter atque illorum in Literas Elegantiores, ac Scriptores Notæ melioris Antiquos, Merita adeo ſunt illuſtria, ut me Laudatore non indigeant, plura autem & majora, quam ut intra Anguſtias Hypomnematum horum coarctari ſe patiantur. Silentio igitur illa venerabundo involvam, & Au-

Hh tores

tores ſaltem aliquot, de ſingulorum Vita, Scriptis ac Laudibus, uberius commentatos, obiter indicabo. De JOH. FREINSHEMIO, Heidelbergæ d. 31. Aug. Anno 1660. æt. 52. defuncto, conſulantur Abrah. Freinshemii *Laudatio* illius *Poſthuma*, una cum Scriptorum Catalogo, in H. Wittenii *Dec. VII. Memor. Philoſ. Renov. p. 346-361.* obvia. Theoph. Spizelii *Templum Honoris, Imag. 46.* Mart. Hankii *Lib. I. de Rer. Rom. Scriptoribus, cap. 92. p. 296-299. & Lib. II. P. II. c. 92. p. 420. 421.* Witteniique *T. I. D. B. ad d. 31. Aug. Anno 1660.* De *Panegyrici* ejus, Chriſtinæ Auguſtæ dicti (qui, Judice Bœclero *in Muſæo p. 102. 103. omnes Exterorum Conatus longo poſt ſe intervallo relinquit,*) Verſione Gallica, a Jona Hambræo Anno 1655. edita, V. Librum hunc Schefferi *p. 104.* de Chriſtinæ autem, 500. illum Ducatis remuneratæ, Magnificentia, Ejusdem *Exempla Gentis Svecicæ, cap. 22. p. 146. 147. 154.* De JOH. HENR. BOECLERO, Argentinæ d. 10. Sept. Anno 1672. æt. 61. denato, conſulantur Marci Mappi, Prof. Medici, Progr. Funebre, in Wittenii *Dec. IX. Memor. Philoſ. pag. 557-566.* recuſum, ac Scriptorum Indice auctum, Melch. Sebizii Jun. *Hiſtoria Chronologica Profeſſorum Acad. Argentinenſis, p. 269. 273. 323.* Caſp. Sagitarii *Introd. in Hiſt. Eccl. c. 12. §. 43. pag. 199. 202.* H. Wittenii *T. I. D. B. lit. Gggg. 2. a. Acta Erud. Lipſ. M. Jan. Anno 1696. p. 74. 75. 76.* Conr. Sam. Schurzfleiſchii *Judicia de Noviſſimis Prud. Civilis Scriptoribus, n. 2.* & J. Georg. Kulpiſii *Diſſ. de Studio Juris Publici pag. 2. 8. 9. 12. 20. 53-59. 87. 88.*



Digitized by Google

*97. 103. 115. 116. 152. 162. 164. 167. 186. 191. 192. 206.* De NICOL. HEINSIO deniqve, Hagæ Comitum d. 7. Oct. An. 1681. æt. 61. extincto, *Libri II. Carminum Adoptivorum*, ab Exteris & Belgis, in honorem ejus, ſcriptorum, cum *Paralipomenis* ſuis, *Poematis* ipſius, in Editione Anni 1666. Amſtelodamenſi, ſubjuncti, *Ephemerides Eruditorum Anni 1682. Gallicæ, p. 112. & ſqq.* H. Wittenii *T. I. D. B. lit. Rrr. 4. b.* Rol. Mareſii *Epiſtolæ Philologicæ, Lib. 1. n. 43 & 49. Lib. 2. n. 2. 27. & 49.* Ol. Borrichii *Diſſertt. de Poetis p. 143.* & D. G. Morhofii *Avtoſchediaſmata Poetica p. 19. 20. 21.*

Ad p. 289. 290. De BOGISLAO PHILIPPO CHEMNITIO, Martini Junioris, Cancellarii Holſatici, Filio, Martini Senioris, Theologi Brunſvicenſis Inclyti, Nepote, Stettini, ni fallor, nato, Chriſtinæ Auguſtæ Hiſtoriographo, ejusqve *Hiſtoria Belli Germanici*, ex Actis Archivi Svedici publicis congeſta, ac in Svecorum Partes proniore, Hyppoliti item a Lapide, τȣ̃ ψευδωνύμȣ, *Diſſertatione de Ratione Status in Imperio Romano-Germanico* perperam a nonnullis ei tributa, *in Cimbria Literata* plura afferentur.

Ad p. 290. MATTHIÆ MAXIMILIANI (duplex enim ei Prænomen fuit) a PARASIN exſtat etiam *Gratulatio Panegyrica* ad Carolum Guſtavum, Regem Sveciæ, Gothoburgi An. 1658. in fol. edita. *Petram Salutis*, Flensburgi An. 1639. in 4. publicatam, Catalogus qvidam eidem tribuit.

Ad p. 291. JOH. CHRISTIANI KECKII, Argentinenſis, Aulæ Durlaco-Badenſis Conſiliarii, *Carmina, ſi qvæ unqvam, veri Spiritus Poetici, Ingenioſiſſimarum Inventionum, & terſiſſimæ Eloqventiæ, ad Imp. Romanum, Reges Gallarum, Sveciæ, Daniæ, Principes Brandenburgicos, Palatinos, Badenſes, aliosqve Heroes, ſcripta*, ac, partim ſub Nomine ipſius integro, partim ſub Literis ejusdem Initialibus J.C.K. & C.K. partim ἀνωνύμως, edita, commendat, & uno Volumine recudi optat, Joh. Deckherus *in Conjectt. de Script. Adeſpotis, Sect. XII. p. 147.*

Ad p. 293. 300. JOH. SCHEFFERUS, Autor Libri hujus πολυμαθέστατος, & de Literatura Elegantiori, Studio Antiqvario, Hiſtoria Svedica, Scriptoribusqve Priſcis compluribus, egregie meritus, d. 26. Apr. An. 1679. (æt. 58. ac Profeſſ. 31.) Upſaliæ, teſte Witteniо (*T. I. D. B. lit. Pppp. 1. a. b.*) vivis exceſſit. Jac. Thomaſio (*in Schediaſm. Hiſtorico, §. 13. p. 5.*) *Sveciæ* audit *e Germania Decus*, Pet. Axenio (*in Notis ad Phoedrum pag. 27.*) *Vir edecumatæ Eruditionis*, Val. Henr. Voglero (*in Introd. ad Notit. Bon. Script. c. 15. p. 73.*) *Inſigne non minus Argentorati ſui, qvam Upſaliæ, Decus*, Dan. Georg. Morhofio (*in Autoſchediaſmatis Poeticis p. 21. 22.*

*- - - Magnum Orbis Arctoi Jubar,*
*Nutantium Spes Literarum, maximo*
*Evectus usqve ab Eruditis Nomine,*
*Cujus per omnes volvitur Partes Geni*
*Vis alta, prompta, paſta pulchris Ignibus.*

Alia

Alia ejus Encomia, non minus honorifica, invenies in Thomæ Bartholini *Cent. IV Epp. Med. n. 37. p. 214.* Henn. Wittenii *Dedic. Dec. II. Memor. Philoſ. Renov.* & Joh. Chr. Rumetſchii *Diſſ. de Hiſtoria Theol. Evang p. 85. 86.* De Scriptis ejus (qvorum Indices etiam Wittenius *T. I. D. B. l. c.* Joh. Hallervordius *in Biblioth. Curioſa p. 200. 201. 202.* & Corn. a Beughem *in Bibliogr. Hiſtor. p. 223. 224 in Bibliogr. Mathem. p. 118. ac Appar. I. Hiſt. Liter. p. 365.* exhibent) potioribus paucula, eodem, qvo *h. l.* recenſentur, ordine, monebimus. *Notæ ad Pacatum Eruditæ, Liber* autem *de Stylo, Gymnaſio* ejusdem auctus (de qvo Conf. *Ephem. IV Erud. Ital. An. 1678.*) *nitidus*, a Thoma Bartholino, *l. c.* non immerito vocantur. *Libros IV. de Militia Veterum Navali* commendant Joh. Chr. Becmannus *in Hiſt. Orb. Terr. P. I. c. 3. p. 21.* & Paulus Colomeſius *en la Bibliotheqve Choiſie pag. 192.* Curas autem de eodem Argumento, ſecundas, longe auctiores atqve emendatiores, inter *Ἀνέκδοτα pag. 298.* relatas, D. G. Morhoſius, in Epigrammate gemino, *in Avtoſchediaſmatis Poeticis p. 21. 23. 24. obvio.* Miror eas nondum prodiiſſe, cum ab Autore ſuperſtite Typographo Batavo jam fuerint concreditæ, ab iſto autem Nicol. Witſenio communicatæ, qvem multa inde in *Architecturam* ſuam *Navalem* Belgicam tranſtuliſſe, Noſter eidem Morhoſio, per Literas, indignabundus ſignificavit. V. Morhoſii *Prælect. Polyhiſtoricas MSS. c. 15.* Æliani *Hiſtorias Varias*, cum Notis,



Digitized by Google

Anno jam 1647. anteqvam in Sveciam abiret, publicavit. De Edit. Secunda Argentinenſi, qvam Indice auxit ampliori, a Typographo mendoſe An. 1662. excuſa, &, ob amiſſas Schedas ſuas, Addenda atqve Emendanda in Notis indicantes, fœde mutilata, *in Anott. ad Phoedrum p. 227.* & in Epiſt. ad Thom. Bartholinum Ann. 1663. exarata (*Cent. IV. Epp. Med. Barthol. n. 42.*) conqveritur. Editioni Tertiæ, Argentinæ An. 1685. in 8vo excuſæ, Joach. Kühnius Scheffri Notas poſthumas auctiores, & Indicem pariter locupletatum, cum obſervationibus ſuis, & illis, & huic, paſſim immiſtis, adjecit. V. de illa *Acta Erud. Lipſ. T. I. Supplem. Sect. IV. pag.* 221. 222. *Ephem. 36. Erud. Gall. An. 1685.* & P. Bælii *Novellas Reip. Lit. M. Oct. An. 1685. Liber de Natura & Conſtitutione Philoſophiæ Pythagoricæ*, Hiſtoriam hujus Generalem, e Scriptis Veterum, Chriſtinæ Auguſtæ juſſu, perſecutus, Jac. Thomaſ. (*in Schediaſm. Hiſt. § 13. p. 5.*) audit *Aureus*, & a Morhofio (*in Hiſt. Naturali ἀνεκδότῳ, P. I. c. 6.*) ob Diligentiã & Eruditionem, magnopere itidem extollitur. Novam ejus Editionem An. 1690. *in Nundinarum Lipſienſium Vernalium Catalogo*, Adamus Rechenbergius promiſit Ipſum Opus *de Philoſophia Pythagorica* Tripartitum, cujus ille fuit Prodromus, cupide qvidem cum Er. Mauritio (*in Specim. de Princip. Jur. Publ. p. 62.*) Gaſſendino de Epicurea haud inferius iſtud fore augurato, expectavit Orbis Eruditus, ſed ſpe ſua excidit, cum manus ei Ultima (uti Libri hujus *pag. 300.* te docebit) ab Autore non ſit impoſita.

Arria

Arriani *Tactica*, & *Deſcriptio Aciei contra Alanos*, Upſaliæ An. 1664. mendoſe admodum impreſſa, cum Schefferi Verſione ac Notis, in Operum Arriani Editione, a Nicol. Blancardo Amſtelod. An. 1683. in 8vo publicata (de qva V. *Acta Erud. Lipſ. M. Febr. Anno* 1684. *p.* 122. 123. & Beughemii *Bibliogr. Mathem. p. 8.*) denuo prodierunt. Notæ Politicæ & Antiqvariæ in Hiſtoriam Gotrici & Rolfonis Islandicam Editioni hujus, An. 1664. ab Olao Verelio evulgatæ, de qva *p. 197.* dictum, ſunt adjectæ. In *Notis* ad Fragmentum Petronii Tragurianum, & præfixa his *Diſſ. de vero illius Autore*, γνησιότητι iſtius Noſter patrocinatur. Thom. Reineſius, qvi idem Lipſiæ An. 1666. cum Schefferi *Notis* (qvas *Eruditas in Ep. Dedic.* appellat) & *Diſſertatione* (*compta ſatis*, uti in Præfat. judicat, & *curioſè inſtructa*) Scholiisqve ſuis, Schefferi hortatu ſcriptis, recudi curavit, genuinum qvidem eſſe itidem agnoſcit, ſed a Petroniaſtro tamen aliqvo paſſim fuiſſe interpolatum, contra Schefferum (cujus Diatribæ ſæpius contradicit, ac πολὺν ῥεμβασμὸν, & *Inclinationem in utramqve contradictoriarum, nihil λευκῶς adſerentem*, exprobrare *in Præfat.* haud eſt veritus) contendit. Huic Cenſori nonnulla Noſter regeſſit, ſuamqve de Fragmento controverſo Sententiam ulterius expoſuit, in *Appendice Notarum* ad iſtud, Upſaliæ An. 1668. impreſſa. De *Upſalia Antiqva* V. qvæ *P. II. Iſag. ad Hiſt. Cimbr. c. 1. §. 4. p. 6. 7.* monuimus. *Memoria Joh. Canuti Lenæi* Francof. A. 1684. in H. Wit-



Digitized by Google

Wittenii *Dec. XII. Mem. Theol. Renov. p. 1650-1660.* eſt recuſa. *Graphicen* commendat Joh. Henr. Bœclerus (*Librum* eam vocans *Elegantem*) *in Bibliogr. Curioſa lit. B. 4. a.* & Val. Henr. Voglerus *in Introd. ad Notit. Bon. Script. c. 15. p. 73.* De *Inſtitutione Regia* αὐδεσπότῳ, An. 1669. edita, conſule, quæ *ad p. 9.* annotavimus, de *Libris* autem *III. de Re Veterum Vehiculari* Morhofii duo Carmina in illos Encomiaſtica argutiſſima, *in Autoſchediasmatis Poet. p. 21. 22. 23.* *Liber Exemplorum Gentis Sveticæ Memorabilium* Hamburgi An. 1687. in 8vo eſt recuſus. Epiſtola ψευδώνυμος, ſub *Conſtantini Opelii* nomine edita, Marci Meibomii *de Triremium Fabrica Librum*, Regi Galliæ inſcriptum, ac Amſtelod An. 1671. in 4to publicatum, impugnat. De Anonymi *Chronico Archiepiſcoporum Upſalienſium*, An. 1673. Notis illuſtrato, relege *ad p. 8. & 9.* jam monita, & Conf. Tenzelii *Dialogos Menſtruos, M. Febr. An. 1690. p. 152-165.* De *Lapponia* (cujus etiam Verſio Gallica, ab A. Lubino, Geographo Regio, concinnata, Pariſiis An. 1678. in 4to prodiit) agitur *in Actis Philoſ. Angl. n. 102. Ephem. XII. Erud. Ital. A. 1677. & Ephem. XXII. Erud. Gall. An. 1678.* teſte Beughemio *in Appar. I. p. 365.* De *Lectionibus Academicis* conſuli idem jubet *Ephem. VII. Erud. Ital. An. 1678.* de Julii autem Obſeqventis *Libri de Prodigiis*, & *Supplementi* huic a Conr. Lycoſthene adjecti, Editione Amſtelodamenſi *Nonam Anni 1679. Conſilium de Inſtitutione Literaria Adoleſcentis Generoſi* Hamburgi An. 1683. in 8. eſt

Digitized by Google

eſt recuſum. *Libri de Antiqvis Veriſqve Regni Sveciæ Inſignibus*, tres illi Coronas, contra Danos, operoſe vindicantis, Laudes, ac recenſum prolixum, variis Obſervationibus & Digreſſionibus eruditis illuſtratum, invenies in Celeb. Tenzelii *Dialogis Menſtruis*, *M. Sept. An. 1690. p. 792-852.* De ipſo deniqve hoc *Svecia Literata* Libello Præfatio noſtra *Bibliothecæ*, cujus partem is conſtituit, *Arctoæ* poteſt conſuli. Hactenus Monumenta Schefferi Edita, calamo fugitivo, ductu Indicis illorum, *h. l.* obvii, luſtravimus. Subjiciemus jam nonnulla, in iſto omiſſa. Qvalia ſunt:

1. *Diſſ. de Varietate Navium apud Veteres.* Argentinæ 1643. in 4. Recuſa, cum *Libris de Militia Navali*, Upſaliæ Ann. 1653. in 4. V. de illa *Epiſtolam de Triremibus* ad Thom. Bartholinum, paulo poſt laudandam *p. 311.*

2. *Agrippa Liberator; ſeu Diſſ. de Novis Tabulis.* Argent. An. 1645. in 12mo.

3. Editio prima *Hiſt. Var.* Æliani, qvam An. 1647. prodiiſſe, jam ſupra indicavimus.

4. *Diſſ. de Toga & Sago*; in 4.

5. *Diſſ. de Republica Felici & Diuturna*, *ex Salluſtii Catil. cap. 9.* Upſaliæ An. 1664. in 4.

6. Diſputationes aliæ Upſalienſes, *de Præſtantia Monarchiæ*, *de Rota Fortunæ Romanæ* (*ex Salluſtii Catil. c. 10.*) *de Inſtinctu ſacrificandi in Gentilibus*, *de Aulico* (*e Taciti L. 4. Annal.*) *de Clarigationibus Bellicis*, *de Senatore* (*e Cic. L. 3. de Legibus c. 18.*) *de Jure Naturæ ejuſqve Fundamento*, *de Or-*

*tu Status Politici*, & *Norma Politice vivendi*, qvas Wittenius *T. I D. B.* ad Annum ejus emortualem An. 1679. enumerat.

7. *Breviarium Politicorum Ariſtotelis* poſthumum, Holmiæ Anno 1684. in 8vo editum, qvod Stagiritam *preſſe ſeqvi*, & *Capita ejus ſingula ſatis fideliter exhibere*, Celeberrimus Placcius noſter, *in Epitome Conſilii de Studio Philoſ. Pract. pag. 43.* teſtatur.

8. *Hugo Grotius de Jure Belli & Pacis, in uſum Guſtavi Adolphi, Comitis de la Gardie, Enucleatus*, Libellus Doctrinam Grotianam ſuccinctis Theſibus complectens, Stettini An. 1693. in 12mo, ab Amico noſtro Ampliſſimo ac Eruditiſſimo, Dethlevo Marco Friſio, editus, & *in Actis Erud. Lipſ. M. Dec. An. 1693. p. 546.* atqve a Placcio *l. c. pag. 38.* commendatus.

9. *Epiſt. de Triremibus Veterum*, Argentorato Anno 1646. ad Thom. Bartholinum ſcripta, & in hujus *Cent. I. Epp. Med. n. 75. p. 310-315.* An. 1663. excuſa.

10. *Epiſtola de Torqve Frothonis III. Regis Danici*, Saxoni *L. 5. Hiſt. Dan.* memorato, *ac Pygmæorum Fabula*, ad eundem Th. Barthol. An. 1662. exarata, qvæ *Cent. IV. Epp.* hujus *Med. n. 42. p. 240-249.* occurrit, & cum duabus ejusdem Argumenti Bartholinianis (*ibid. n. 37. p. 213-218. & n. 43. pag. 250-256.* obviis) eſt conferenda.

Α'νέκδοτοι numerum augebunt, quæ paſſim in Libris Editis ab eo promittuntur, v. g.

Ora-

Oratiuncula de Livio, *in Lib. de Stylo, c. 5. p. 51.*
Scriptum de Vitiis Januæ Lingvarum Comenianæ, *ib. c. 6. p. 64.*
*Lib. de Ingenio Affectuum, Ib. c. 7. p. 87.*
Opuſc. de Epiſtolis Politicis, *in Gymn. Styli p. 97.*
Tr. de Transmutatione Literarum, *Ib p. 205.* &c.

Ad p. 301. VALENT. MUSCULI Verſio Germanica Librorum Grotii *de Verit. Relig. Chriſtianæ*, Jacobi, Comitis de la Gardie, Archiſtrategi Svedici, juſſu concinnata, Holmiæ An. 1656. in 12. eſt recuſa.

Ad p. 301. De CHRIST. RAVII, Lingvarum etiam Orientalium Profeſſione, ante Adventum in Sveciam, Amſtelodami & Ultrajecti, poſt diſceſſum autem ex eadem, Kilonii Cimbrorum, circa Ann. 1670. functi, & in Acad. tandem Marchiæ Brandenburgicæ Viadrina, d. 21. Jun. Anno 1677. æt. 68. defuncti, Vita, Longinquis in Orientem Itineribus, Fatis, Scriptis, Conatibusque & certaminibus Literariis, *in Cimbria Literata* fuſe commentabimur, *h. l.* autem filemus. Conf. interim de illo Marci Rhodii, Acad. Francofurtanæ JCti, *Progr. Funebre*, Clem. Brechtii *Piam* illius *Memoriam*, Francof. ad Viadrum An. 1678. in 4. uti fertur, editam, ſed mihi nondum viſam, H. Wittenii *T. I. D. B. lit. Nnnn. 1. b.* & J. Chr. Becmanni *Catal. Bibl. Francof. p. 378.*

Ad p. 303. JOH. JAC. PFEIFFIUS, Stettinenſis, Eccleſiæ Germanicæ Holmienſis, per An-

Annos 25. Paſtor, & dein Eſthoniæ, ab Anno 1666. per duo Luſtra, Epiſcopus, Revaliæ d. 26. Mart. Anno 1676. æt. 62. vivis exceſſit. V. Wittenii *T. I. D. B. lit. Llll. 3. a.* Epiſcopus Rigenſis perperam ab Abr. Calovio, *in Leſſu Haberkorniano*, ſalutatur. Wittenius *l. c.* falſo ei tribuit *Diſſertationem de Unione Myſtica Chriſti & Fidelium*, quam Fratri ejus Danieli, Theologo Hafnienſi, deberi, *in Homonymoſcopia, Sect. II. c. 7. §. 98.* & in Hypomnematis ad Alb. Bartholini *Tr. de Scr. Dan.* jam indicavimus.

Ad p. 303. De NICOLAO SEVERINI Conf. Alb. Bartholinum (cui *Nic. Severus* audit) *l. c. p. 110.* Exſtant etiam ejus Sermones Funebres Danici complures, &, hos inter, unus, Caroli Guſtavi, Svecorum Regis, Memoriæ Sacer, Anno 1660. excuſus.

Ad p. 304. JOH. HABÆUS a Lichtenſtein, Conſil. poſt Diſceſſum e Svecia, Danicus, ac tandem Cæſareus, obiit d. 29. Oct. Anno 1680. V. Wittenii *T. I. D. B. lit. Qqqq. 4. a.*

A. p. 304. CHRISTOPH. GERTNER a Gartenberg, Grimma-Miſnicus, J. U. Lic. & Caroli XI. R. Sveciæ, initio γλωσσοδιδάσκαλος, deinde autem Conſil. ac Secretarius Status Livonici, obiit d. 13. Jan. Anno 1689. æt. 63. Exſtant etiam ejus *Epiſtolarum Centuriæ aliquot*, ac *Character Virtutum Latino-Gallicus.* V. Wittenii *T. II. D. B. p. 160.*

Ad

Ad p. 305. M. CHRISTOPH. BEZELIUS obiit d. 26. Maji Anno 1689. æt. 61. Miniſt. 37. V. Wittenium *l. c. p. 164. 165.*

Ad p. 305. LAUR. FRID. PERINGERUS, Weiſſenfelſenſis, obiit d. 23. Apr. Anno 1686. æt. 73. V. Wittenium *l. c. p. 138.*

Ad p. 305. De JOH. COSTERO, Lubecenſi juxta Schefferum, juxta Wittenium autem Gadebuſchia Megapolitano, ante Adventum in Aulam Sveciam Poliatro VViſmarienſi & Revalienſi, poſt diſceſſum autem ex eadem, Magni Ruſſorum Ducis Archiatro, Revaliæ d. 22. Febr. Anno 1685. æt. 71. extincto, Conf. VVittenii *T. I. D. B. ad Ann. 1685.* & Georg. Abr. Merclini *Lindenium Renovatum p. 561.* Exſtat etiam *Diſſ.* ejus *de Dyſenteria*, Regiomonti An. 1646. in 4. edita.

Ad p. 305. 306. JONAS RUGMANN obiit d. 24. Jul. Anno 1679. æt. 43. teſte VVittenio *T. I. D. B. lit. Pppp. 2. b.* De Monumentis, quæ, curante illo, lucem viderunt, Hiſtoriæ Veteris Arctoæ Islandicis hanc Anno 1694. Cenſuram tulit Otto Sperlingius Jun. *in Comm. de Lingua Danica Antiqua Gloria & Prærogativa, §. 18. p. 20. Obſerva Servitutem, quam Islandis imponere cupiunt Svecia Scriptores. Jonas Rugmann enim, Islandus, quamdiu in Svecia conſtitutus fuit, & Scripta edidit, vix auſus fuit Lingvam ſuam Islandicam vocare, niſi ſimul profiteretur eandem eſſe Gothicam. Id quod*

*tamen*

*tamen Veritati non admodum litat, ſive Veterem Gothicam, ſive hodiernam, reſpicias.* Verſioni Sveticæ Hiſtoriæ Regum Norwagorum Islandicæ, Anno 1670. ab eo publicatæ, præmiſſa ſunt Hug. Grotii *Prolegomena ad Scriptores Gothicos, de Origine & Rebus Geſtis Gothorum, in Sermonem itidem Sveticum transfuſa.* Monoſyllaba Lingvæ Islandicæ eo fine collegit & edidit, ut huic, copia iſtorum alias ſuperanti, Matris reliquarum Communis Titulum ac Prærogativam, ex Joh. Goropii Becani & Franc. Junii Hypotheſi, aſſereret. V. Joh. Diecmannum, ab eo diſſentientem, in *Diſſ. de Lingva Primigenia Hebræa p. 22. 23.*

Ad p. 306. De PET. VVINSTRUPIO Juniore relegantur, quæ ad Alb. Bartholini *Tr. de Script. Dan. p. 130.* annotavimus.

Ad p. 307. M. JOH. GERDESSEN, quem noſter VViſmarienſem fuiſſe tradit, juxta VVittenium (*T. I. D. B. lit. Hbbb. 1. a.*) VVolgaſti in Pomerania eſt natus, ac Theol. initio fuit Profeſſor Gryphiswaldenſis, deinde vero Paſt. VVismarienſis, & tandem Germanicus Holmienſis. Quo in Officio, d. 29. Mart. Anno 1673. (æt. 48. ac Miniſt. 17.) eſt defunctus. Sermonum ejus Funebrium Indicem prolixum VVittenius *l. c.* exhibet.

Ad p. 308. M. NICOL. WESTERMANN obiit Anno 1670. V. M. Joh. Vulteji *Serm.*

*Serm. Funebrem*, *p. 250.* memoratum, & VVittenii *T. I. D B. lit. Eeee, 1. a.*

Ad p. 308. M. JOH. HERBINIUS, Bitzenienſis Sileſius, Scholæ initio patriæ, & dein VVolavienſis, Rector, hinc Gymnaſii Bojavienſis Prof. Primarius, porro Scholæ Germanorũ Holmienſis Moderator, tandemque Eccleſiæ Vilnenſis in Lituania Lutheranæ, ab Anno 1671. Grudentinæ autem in Pruſſia ab Anno 1675. Paſtor, d. 14. Febr. Anno 1676. æt. 44. eſt extinctus. V. VVittenii *T. II. D. B. p. 111.* Scriptis ejus, *h. l.* memoratis, addantur:

1. *Terræ Motus & Quietis Examen.* Ultraj. 1655. in 12.

2. *Diſp. de Fœminarum Illuſtrium Eruditione.* VViteb. 1657. in 4.

3. *Admiranda Michaëlis Koributhi in Regem Poloniæ Electio.* Hafn. 1669. in 4.

4. *Diſp. de Paradiſo.* Hafn. in 4.

5. *Diſſertationes de admirandis Mundi Cataractis, ſupra- & ſubterraneis, earumque Principio Elementorum Circulatione, ubi etiam Æſtus Maris refluι vera Cauſa oſtenditur, ac Paradiſo Terreſtri Locus Situsque Verus in Palæſtina reſtituitur, in Tabula Chorographica oſtenditur, econtra Utopios, Indos, Meſopotamios, aliosque, aſſeritur; cum Figg. Æneis.* Hafn. 1670. in 4. Amſtelod. 1678. in 4. V. Beüghemii *Bibliogr. Med. p. 118. Bibliogr. Hiſtor. p. 118. & Appar. I. p. 192.* ubi *in Ephem. 30. & 32.*

*& 32. Erudd, Gallica Anni 1685.* de iis agi, teſtatur.

6. *Cryptæ Religioſæ Kyovienſes, ſive Kyovia Subterranea, in qva Labyrinthus ſub Terra, &, in eo, emortua a 600. Annis Divorum atqve Heroum, Græco-Ruthenorum, necdum corrupta Corpora, e* ΠΑΤΕΡΙΚΩ *Slavonico* (ſive Libro Neſtoris, Ruthenorum Chronographi, Slavonico, Patrum, Kyovienſium, in Cryptis iſtis ſepultorum, Res Geſtas prolixe enarrante, Kyoviæqve An. 1661. in fol. excuſo, de qvo V. Joh. Hallervordii *Biblioth. Cur. p. 282.* & ex iſta Ant. Teiſerii *Catal. Catall p. 243. 244.*) *deteguntur.* Jenæ An. 1675. in 8. Recenſum Libri qvære in Gothofr. Zeuneri Parnaſſo An. 1693. *V*ernali Germanico *p. 158-168.*

7. *Tr. de Statu Eccleſiarum Auguſtanæ Confeſſionis in Polonia.* in 4to.

Wittenius *l. c.* illi etiam tribuit *Clavem Logicæ, & Larvam Sophiſticam detectam, Collegium Oratorium de Cauſarum Generibus, Eloqventiam Academicam, Politicam, Domeſticam, Inſtitutionem Epiſtolicam, & Or. ad Epiſcopos Daniæ, pro Eccleſiis Polonicis.* De *Hebraiſmo Slavono-Polonico* ſeu Tractatu de Lingvæ Slavono-Polonicæ cum Hebræa Cognatione, in Vocibus plurimis, & Materiali & Formali, qvem *in Cryptis Kyov. c. 15.* promiſit, V. Judicium Celeb. Tenzeli *in Dialogis Menſtruis German. M. Febr. An. 1693. p. 151. 152. 153.*

Ad p. 309. SAM. PUFENDORFII, Floha Miſnici, Viri Incomparabilis, & Politicorum

rum pariter atqve Eruditorum Ætatis noſtræ Principibus accenſendi, a Carolo XI. R. Sveciæ, ex Acad. Heidelbergenſi in Londinenſem Scanorum, Regiamqve deinde Holmienſem, evocati, ac in Baronum tandem Ordinem evecti, a Frid. Wilhelmo autem, Elect. Brandenburgico, Germaniæ, & Aulæ ſuæ Berolinenſi, poſtliminio vindicati, & in hac d. 26. Oct. An. 1694. æt. 63. defuncti, Nomen per Europam univerſam adeo eſt illuſtre, ut ſatius ſit plane de illo ſilere, qvam pauca dicere. Vitæ ſane ipſius, Rerum in publica Aularum Luce præclare geſtarum, Scriptorum, tum Nomen Autoris ſui profeſſorum, tum ἀνωνύμων atqve ψευδωνύμων, Meritorum in Jus Naturale atqve Publicum, Philoſophiam Practicam, Politicam accuratiorem, Hiſtoriam Seculi præſentis modernam, ipſamqve Theologiam, immortalium, ac Certaminum deniqve cum Theologis, aliisqve Æmulis & adverſariis, tanto Achilli imparibus, aſſiduorum, Hiſtoria peculiarem meretur Commentarium. Nec deerunt, uti auguror, qvi Viro Summo, & in Germaniæ atqve Seculi ornamentum nato, de Livore atqve Ingratitudine, poſt fata, jam triumphanti, Honorem hunc poſthumum, Calamo venerabundo, propediem exhibebunt. Conſulantur interim, de Scriptis potioribus, Ephemerides noſtri temporis Literariæ, &, qvi harum Loca indice commonſtrat digito, Corn. a Beughem *in Appar. I. Hiſt. Liter. Noviſſ. p. 332. in Appar. II. p. 254. 255. & in Bibliogr. Jurid. p. 185. 186.* de Cer-

taminibus autem, *Eris* ipſius *Scandica*, ſive Tractatuum contra Adverſarios Polemicorum Sylloge, Francofurt. An. 1686. in 4to excuſa.

Ad p. 310. JUSTUS HENR. OLDECOP, Hildeſienſis, ex Concionatore Svecico Caſtrenſi, & Paſtore ac Præpoſito Revalienſi, Superintendens tandem Oeſiliæ, & Parochus Oppidi in Inſula hac Arensburgenſis, obiit d. 2. Mart. An. 1686. æt. 55. V. Wittenium, Conciones ejus a Scheffero omiſſas, enumerantem, *T. I. D. B. lit. Yyyy. 4. b.*

Ad p. 311. CHRIST. CASSII Junioris, poſt Diſceſſum ex Acad. Londinenſi, Studiis Friderici, Principis Daniæ Hæreditarii, gubernandis Hafniæ admoti, exſtat etiam *Panegyricus de Vita Car. Guſtavi, Regis Sveciæ*, Carmine ſcriptus Heroico, & Holmiæ, ſine Anni mentione, in fol. excuſus.

Ad p. 313. JAC. HELWIGIUS Jun. patria non Berlinas, uti Schefferus credidit, ſed Prizwalca Marchicus, Gymnaſii initio Berolinenſis circa An. 1660. Rector, dein Eccleſiaſtes ibidem, circa An. 1663. Marianus, hinc Cœtus Germanici Holmienſis Paſtor, tandem vero, ab An. 1677. Eſthoniæ Epiſcopus, d. 19. Jan. Anno 1684. æt. 53. vivis exceſſit. V. Wittenii *T. I. D. B. lit. Uuuu. 2. b.* & Conf. Joh. Uppendorfii *Gratulationem ad eum de Epiſcopatu, p. 314.* laudatam, ac D. G. Morhofii *Cupidinem Argum*, ſive geminum in Nuptias ejus

Digitized by Google

ejus Epithalamium, *in Veneribus Antiqvis p. 33 - 44.* obvium. Complures illius Diſputationes, Orationes & Homilias Sacras, a Scheffero omiſſas, Wittenius *l. c.* recenſet, Scriptaqve alia haud pauca, prælo parata, in Revalienſi periiſſe Incendio, conqveritur.

Ad p. 314. JOH. UPPENDORFII, Tundera Cimbri, Regii jam in Civitate Rigenſi Athenæi Rectoris, Amici noſtri LL. Or peritiſſimi, & in condendis Poematis Ἀμέτροις, ſive Inſcriptionibus, ſolertiſſimi, Meletemata varia, a Scheffero omiſſa (inter qvæ *Schematiſmus Orbis Univerſi, tam Antiqvi, qvam Recentioris, Geographicus*, Rigæ An. 1687. & 1696. in fol. editus, eminet) *in Cimbria Literata* enumerabimus.

# AD APPENDICEM DE SCRIPTORIBUS FINNICIS.

Ad p. 316. M. MICH. AGRICOLA, Epiſcopus ab An. 1554. Aboenſis, & Guſtavi Regis in Moſcoviam Legatus, obiit d. 9. Apr. An. 1556. V. de illo Joh. Meſſenii *Chron. Epiſcc. Sveciæ, c. 12. p. 157. 158. 159.* De Verſione ejus Svetica *Legum Maritimarum Wisbyenſium*, Scheffero ignota, qvam Joh. Hadorphius Holmiæ An. 1689. edidit, *ad p. 258.* diximus.

Ad. p. 316. M. PAULUS JUSTEN, Epiſc.

piſc. ab An. 1554. Wiburgenſis, & ab An. 1563. Aboenſis, e Legatione Moſcovitica, & tolerato in ea Carcere triennali duriſſimo, domum reverſus, Aboæ Anno 1576. deceſſit. V. Meſſenium *l. c. c. 12. p. 157. 158. 160. Chronicon* eju; *Epiſcoporum Finnlandiæ* laudatur ab Ohrnhiälmio, *L. 4. Hiſt. Eccl. Sveo-Goth. p. 491.*

Ad p. 317. M. ERICUS ERICI, Scholæ Gevalienſis per qvinqvennium Rector & dein Epiſc. ab An. 1583. (teſte Meſſenio *l. c. p. 161.*) Aboenſis, Anno 1611. eſt defunctus. V. Wittenii *T. I. D. B. lit. I. 3. a. & Append. ejusdem, ad An. 1611.*

Ad p. 319. GEORG. (Chriſtoph. Fil.) ALANUS, ab Alandia patria, Finnoniæ Inſula, Cognomen hoc adeptus, Gymnaſii initio Aboenſis Rector & Mathematicus, deinde vero in Acad. novella, ibidem erecta, Phyſices, ac tandem Theol. Profeſſor, Eccleſiæqve Oppidanæ Paſtor ac Præpoſitus, obiit d. 15. Jul. An. 1664. æt. 56. Prof. 24. V. Wittenii *T. I. D. B lit. Ttt. 3. a.*

Ad p. 320. M. HENR. CARSTENIUS obiit An. 1683. teſte D. Pet. Bängio *in Conc. Funebri.* Ejus Cantio J. C. Cygnæa Finnice eſt verſa, & Aboæ Anno 1667. edita, ab Andr. Pacchalanio. V. *p. 322.*

Ad p. 321. ANDR. THURONIUS, Kyrenſis Finno, obiit d. 8. Aug. Anno 1665. æt 33. V. Joh. Flachſenii Parentationem *p. 322.* memoratam, & Wit-

Digitized by Google

& Wittenii (*Diſputationes* etiam *de Hominis in Utero Formatione* illi tribuentis) *T. I. D. B. lit. Uuu. 3. b.*

Ad p. 321. M. AXELIUS KEMPE obiit d. 4. Jan. Anno 1682. (æt. 59. Prof. 30.) ac *Diſpp.* etiam edidit *de Sole*, *de Homicidio ac Defenſione neceſſaria*, *de Subditis*. V. Wittenii *T. I. D. B. lit. Ssss. 3. a.*

Ad p. 321. JAC. FLACHSENIUS Anno 1690. fuit Theol. D. ac Prof. in Acad. Aboenſi Primarius. V. Wittenii *Ind. V. Tomi II. D. B.*

Ad p. 322. JOH. FLACHSENII exſtat etiam Relatio Svetica *de Cometa Ann. 1680. & 1681. viſo*, An. 1681. in 8. excuſa.

Ad p. 322. JAC. BRENNERUS obiit d. 13. Jan. An. 1685. æt. 78. Miniſt. 55. V. Wittenii *T. II. D. B. p. 154.*

Ad p. 322. MART. MILTOPOEUS, Aboenſis, Eloqv. in Acad. patria Profeſſor, & Paſt. Pikenſis, obiit d. 14. April. Anno 1679. æt. 48. V. VVittenium, complures ejus Diſputationes, a Scheffero omiſſas, enumerantem, *T. I. D. B. lit. Pppp. 1. b.* Parentavit ei Succeſſor Dan. Achrelius, teſte Scheffero *p. 324.*

Ad p. 323. ELIAS BRENNER, Collegii Antiqq. Svetici Aſſeſſor, edidit Holmiæ An. 1691. in 4to *Theſaurum Nummorum Sveo-Gothicorum*, *Libris Duobus* (qvorum primus Antiqvos, a Bior-



Digitized by Google

nonis Imperio, ſive A. C. 818. usqve ad Guſtavum I. ſive Annum 1521. Alter Recentiores Guſtavi I. ac Succeſſorum, ad hæc usqve Tempora, cuſos, Autoris ipſius manu æri accurate inciſos exhibet) *comprehenſum*, Operis de eodem Argumento majoris Ἀποσπασμάτιον Sciagraphicum. De hoc *Theſauro*, & Opere, cui Viam ille ſternit, majori, *Nummophylacio* item *Brenneriano*, *ſive Catalogo Nummorum Sveo-Gothicorum*, *30. Annorum ſpatio ab eo collectorum*, *cum Notis* propediem publicando, V. Narrationes prolixiores honorificas Dn. Tenzelii, in *Dialogis Menſtruis Germanicis*, *M. Jan. Anno 1694. pag. 86. & M. Aug. pag. 646-657. it. M. Majo An. 1695. pag. 345-363. & M. Aug. pag. 697.*

# AD APPENDICEM ADDENDORUM.

Ad p. 325. D. JOH. PETRI BRASK, Epiſc. ab An. 1513. Lincopienſis, Reformationi Eccleſiaſticæ, & Imperio Guſtaviano, fruſtra obluctatus, relicta tandem Patria & Dignitate Epiſcopali, in Monaſterium Boruſſiæ Olivenſe ſe abdidit, & ad Concilium Tridentinum abiturus, Lendæ in Polonia Anno 1538. expiravit. V. Meſſenii *Chron. Epiſcc. Svec. c. 7. p. 92, 93.*

Ad p. 327. De ERICO RIBBINGIO V. Sylveſtri Joh. Phrygii Conc. in obitum ejus Funebrem

Digitized by Google

brem, Anno 1617. editam, ac a Scheffero *pag. 73.* memoratam.

**Ad p. 331.** NICOL. LAURENTII MALMENIUS, Nycopienſis Südermannus, Eloqv. in Gymnaſio Strengnenſi & Acad. Dorpatenſi, Log. autem ac Poeſeos, & dein Theologiæ, in Aboenſi, Profeſſor, tandemqve Epiſc. VViburgenſis, An. 1668. eſt defunctus. V. VVittenii *T. I. D. B. lit. Bbbb. 1. a.*

**Ad p. 336.** M. SIMON BENEDICTI obiit An. 1649. V. Joh. Canuti Lenæi *Conc. Funebrem, p. 329.* memoratam, ac VVittenium *l. c. lit. Zz. 3. a.*

**Ad p. 343.** M. ANDR. HASSELQVISTII, Theol. in Acad. Aboenſi Profeſſoris Extraordinarii, & Eccleſiaſtæ Oppidani, exſtat etiam *Concio de Cometa Anni 1680. Pœnitentialis* Svetica, Aboæ An. 1681. in 4to excuſa.

**Ad p. 344.** M. MATTHIÆ GIGERI, Baſileenſis, *Artificium Muniendi Geometricum* prodiit Holmiæ An. 1650. in 4to.

*FINIS.*

Digitized by Google

MVSEVM BRITANNICVM

6

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google